

Antiqua Bys
HOLMUS ANTI

A
11
479



BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN

72137
3671B

5827

BIBLIOTECA CENTRAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	11
Numero:	479



R. P.
IOANNIS BONIFA
CII SOC. IESV THEOL.
Martyr DE N...



DIVÆ VIRGINIS
MARIE.



VITA ET MIRACVLIS.
LIBER V.



In gratiam Eiusdem
sodalium ab innum
eris mendis repur
gati correcti
et aucti.
Cum grat. et Privilegio




Sumptibus
BERNARDI
GVALTERI.
Coloniæ MDCX.
permissu Superiorum



18170687



V
o
vi
tu
&
m
pi
pt
ta
li
pu



AD MODVM

REVERENDO

IN CHRISTO ET SPECTATISSIMO VIRO D. IOANNI CHAPEAUILLON, Cathedralis & Collegiatæ D. Petri Ecclesiarum Leodiensium respectiue Præposito, Canonico, Pœnitentiario, Reuerend. Serenissimiq. Antistitis & Electoris Colonienfis in spiritibus Vicario dignissimo, &c. Domino plurimum obseruando.



Vobis meritò, si quid aliud, in peregrini hominis erga te Reuer. admodum & amplissime D. obsequio demireris, pugnâ stetit. Cum enim volumen Historia

Virginalis nuper è prælo meo tanquam ex ouo (quod aiunt) nec vnquam elegantius vsque ab Authoris calamo prodijisset, gratulabar mihi de candore non expectato, & nutu, an voce (difficulter memini) præmonebam, curatum à me iri, vt nulli propius, quam hospiti viro, vel ad fidem pròprietudinis meæ omnibus expositæ ac paratæ contingeret. Quid igitur? nemo consilio huic meo subscribere, nemo non repugnare

Κὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι. Siccinè ordiebatur



EPISTOLA

batur iste) quod alienigenis impertire, Patri-
 triæ inuides, & alteri messem acceptam re-
 fers, quàm cuius beneficio ad excolendum
 Marianum codicem laudis ac fauoris uti-
 que tibi feracem accessisti? Quasi veid
 (infit alius) in Republicâ nostrâ desint
 pares industriæ tuæ Meccænates, & cogaris
 exterorum titulis edito abs te libro splen-
 dorem conciliare. Cæteri quantò rectiùs
 suspicabantur, me copiam hanc gestorum
 Virginalium non nisi doctrinæ ac digni-
 tatis ditissimo optimati consecraturum,
 tanto minùs existimabant committendū
 esse, vt soli radios, aquam mari infunderē:
 ipsos Agrippinates non tam æquo animo
 dimissuros hunc thesaurum, quin careant
 iniquissimo, cum supremâ Urbis suæ pro-
 speritatem in cœlestis Reginæ impertasâ
 veneratione constituent. Sed facili nego-
 tio, Admodum Reuer. & eximie vir, nepe
 obiectu celeberrimi Nominis Tui tot in
 me emissa tela detorsi; nã vbi IOANNEM
 CHAPEAVILLVM dixi, tãtam simul vim
 ipsius in Vbios & vniuersum orbem bene-
 factorum extuli, vt omnes in aduersam a-
 cti sententiam confirmarent, iure gratitu-
 dinis ei, nec potiùs alteri Parthenicas has
 elucubrationes deberi. Occurrebant im-
 primis publicæ faces, quas anno nupero
 contra tenebras ignorantia & infidelitatis
 expo-

DEDICATORIA.

exposuisti, ne illius instinctu, de quâ in sacro Epithalamio legeras: *Lampades eius læ Cant. 2. pades ignis atque flammarum.* Occurrebat Vicaria sollicitudo, quâ bonam ouium CHRISTI partem Reuerendissimi Serenissimiq; Præfulis ac Principis nostri ERNESTI autoritate sic pascis, vt hætenus sibi videantur in ipsis liliorum conuallibus Sponsæ Virgini dotis vice datis accubuisse. Denique veniebat in mentem Marianæ Sodalitatis, quam, nè collabefiat, animi firmitate sustines incredibili; nè obscuretur, radijs conspicuæ dignitatis illuminas; atque vt tantò gratiorem edat de se fragrantiam, imple odor defæcatæ virtutis tuæ, vnde fodès, vnde accepto, nisi ex illis Diuæ Matris vberibus, quorum suauitatem ab incunabulis vsque degustatam eructare non desinis, *Pulchriora sunt Cant. 4. vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata?* Cæteris supersedeo, vt nè onerosus sim, cum præsertim hæ rationes tantum in se ponderis ac momenti cõtineant, vt à nemine possint eleuari, sed omnes pari ore & animo, quicquid è conatibus meis emerfit, Reuerendæ ac Spectatissimæ D. V. nempè DEIPARAE cultori & clienti hæud vulgari adiudicent.

Suscipe igitur, & quando pristina in Te benignitas hucusque viget, in amoribus

EPISTOLA

bus habet hoc munusculum meum, in quo si materiam spectes, legitime quidem nihil desiderabis; si affectum, testabitur de eo vir ordinis tui oppidò spectatus & grauis, quocùm omnia necessitudinis iura Tibi intercedunt D. IOANNES CHOLINVS: neque enim hic paternis beneficijs affinem sibi in Bernardo Gualterio sanguinem toties affecisset, nisi certus, publicos ipsius labores cùm ad immortalitatem quandam probè de Ecclesiâ meritorum hominum; tùm verò maxime ad Christianæ Catholicæ rei incrementum contendere. Valeat. Datum Colonia Vbiorum 4. Kal. April. M. DC. X.

Reuerend. & Amplissima D. V.

Humilimus in Christo

*Seruus Bernardus Gualterius
Bibliopola Colonensis,*

IOAN.

IOANNES
BONIFACIVS
SOCIETATIS IESV PA-
TRIBVS ET FRATRIBVS, PIO-
que Lectori, præsertim ex congre-
gatione Virginali.



ANCTISSIMAE Dei
Matris historiae, Patres
dignissimi, fratresq; cha-
rissimi, cū multas & gra-
ues in optimis libris perle-
gissim, opera pretium me
facturū putavi, si sparsas
disiunctasq; colligerem, atque in vnum volumen
collatas, ad totius orbis tum voluptatem, tum vel
maximè salutem, diuulgarem. Nulla enim alia
neq; grauior, neque salubrior est questio, quam
qua de Christo humani generis liberatore &
vindice, deque eius sanctissima parente à doctis
hominibus & eruditis, cum dignitate scribitur,
literisque mandatur, ad posteritatis memo-
riam, diuinaque laudis celebritatem sempiter-
nam. Historia verò de vtriusque praconijs, pro-
digijs, atque miraculis cum ipsa argumenti cel-
sitate legentis dulcedinem copulat, atque con-
iungit. Sacra quidem litera, quia reconditos
& reclusos sensus habent, interpretationesque
multiplices, tractantur quidem & teruntur à
multis, sed tamen intelliguntur à paucis. Dispu-
tationes, qua auctore diuo Thoma planè Ange-
lico,

P R Æ F A T I O

lico, & alijs admiranda sapientia Theologis de Deo, deq; diuinis mysterijs, quò commodius veritas inueniri queat, in vtramque partem agitantur, ingenij incredibilem celeritatem, vniq; desiderant; cœlestiq; lumine opus est, vt alia insiciemur, alia constanter affirmemus. Historia ab omnibus comprehenditur, cuius si fortè sit dictio ipsa perspicua, lectoris intelligentiam nulla difficultas remoratur. quod si narratio eiusmodi est, vt mores corrigat atque conformet, mentes instruat, pectus erudiat, animos nouitate capiat, admiratione desigat, varietate delectet, doctrina pasciat, sensu pietatis afficiat, percipitur, ediscitur, & in mentibus penitus inhaerescit. Quæ verò sacrosanctæ Virginis beneficia, dona, consilia, solatia, praesidia, miracula in libris legimus, ita nos hac afficiunt, recreant, alliciunt, vt nulla cum his voluptatibus oblectamenta comparemus. Nam communem parentem omnes adamanant, honorant, obseruant, venerantur, neque Christiani nomine is existimatur dignus, qui Mariæ memoriã præcipua quadam religione nõ prosequatur. Itaque nobiscum infeliciter agi putamus, si quando in beatam Virginem amor ille, qui sensu percipitur, intermisit, licet de charitate, cuius spectator est Deus, solus quæ & testis & arbiter, nihil speremus esse detractum. Corpore, animo, intimis medullis, omnique mentis intentione Virginem complecti studemus, languidiq; esse amatoris arbitramur, vt solo corde ea diligatur, quæ corpus & animû Deo immortali consecrauit, sanctoq; Spiritui tabernaculum quam mundissimum præparauit.

Dei

A V T H O R I S.

Deipara Virginis hæc studia, sanctiq; amores
 Christiana pueritia, incunabula sūt, adolescētia,
 pulcra incrementa, virilis ætatis, robustaq; gym-
 nasia certaminaq; præclara, requies gratissima,
 senectutis. Hanc omnipotentis Dei naturalem
 parentem, nostramq; Matrem adoptiuam om-
 nis ætas respicit, vterque sexus implorat, flagi-
 tat omnis conditio, qualibet temporum fortuna
 deposcit. Mariam Sacerdotis arapropiciat, Re-
 gis diadema compellat, diues requirit, pauper
 inuocat, liber inlclamat, seruus deprecatur. Sed
 quò ad Dei immortalis castissimam genitricem
 honorandam atque colendam, optime Lector,
 reddaris alacrior, historias ex varijs eruditissi-
 morum hominum scriptis, ac monumētis erutas,
 & in vnum volumen inclusas afferimus, vt illis
 animi igniculus, & scintilla tui, tanquam mate-
 ria congesta, vehementer accendatur. Et quidem
 voluntas intelligentiam libèter sequitur ducem,
 vbi & quæ maximè vult, illa credit, & cur cre-
 dat, inuenit. Etenim si res eiusmodi sunt, quæ as-
 sensum vel ab inuitis extorqueant, atque expri-
 mant, qualem tandem Lectorem habebunt eum,
 qui ne leuiora quidem præ auiditate reijceret,
 minusve probata respueret? De immaculata
 Virgine quidquid vel legimus, vel audimus, ipsa
 vel pietas, vel Christiana docilitas admirari nos
 iubet; sed si pondus est rebus, authoritasq; nar-
 rantis, qui sponte currebat, quasi quibusdam ad-
 motis stimulis incitatur, adhibitisq; alis sublimè
 fertur & volat. In librorum, velut in terra ve-
 nis, thesaurus ingens latebat de admirandis Dei-
 para rebus & factis; quidam tamen aurum esse

P R A E F A T I O

rati, quod auri & colorem & fulgorem imitabatur, minutulis quibusdam historijs suos de pietate libellos referferunt. Quamobrem quadam vulgo terebantur exempla partim abiecta, & Virginis aliena gravitate, partim ignota, & incerta, quae si populo rudi persuadebantur, tamen ea docti & sapientes deuorabant. Nam illarum narratiuncularum authores vel veris historijs aduersa, vel non utilia, vel inepta recensebant. Sed bene, quod monstrante Deo multa reperimus, quae & pietatem alere possent, & curiositatis quasi famem saturarent. Nam ut Prophetas, Euangelistas, Romanorum decreta Pontificum, & cumenica Concilia, & quod vniuersa de perbeata Virgine tradit, ac sentit Ecclesia, prae teream, quae omnia nostra haec tractatio complectitur, sanctissimos Patres, & illos quasi prima classis authores in his scriptis saepe testamur, Virgineosque praecones, laudatoresque, praecellosos vel ipsorum verbis, vel nostra interprete lingua preferimus, ut qui riuulis sitim de Virgine suam explere non poterant, flumina & fontes haberent.

PRIMVS LIBER, Quae de sacrosancta Virgine tum sanctis hominibus & Dei amantibus, tum Ethnicis, quos interdum dono prophetia dignatus est Deus, sunt ostensa diuinitus, narratione ab ipso mundi ortu repetita commemorat; dein Mariae Virginis vitam omnem, & ea miracula, quae in Euangelijs exponuntur, mortem denique, immortalitatemque persequitur. Neque simplex historia duntaxat affertur, nude veres quasi veste detraeta ponuntur, siquidem sacrorum doctorum stercem quendam libauimus, qui res singulas exornaret.

AUTHORIS.

IN SECVNDO, qua ad Dei Matris cultum, honoremq; pertinent, multa narratur: decebat enim, ut ei libro, qui Virginis & faciem & mores adumbrasset, (exprimere huius nostra infantia non erat, ac ne copia quidem Angelica, nedum humana) ille subiceretur, qui eiusdem Virginis & amatores numeraret, & ipsa amoris argumenta colligeret.

TERTIVS beatissima Dei Matris dona illa & beneficia complectitur, qua ad humani generis satum, ortum, medicinam, tutelam, custodiam, valetudinem & incolumitatem conferuntur; cui parti nisi providemus, remedijsq; de caelo, vbi humana non succurrunt, pie & religiose consulimus, vita proicere rei simus, & summi sceleris arguamur. Nam quia ex animo constamus & corpore, vtriusque habendaratio est, & quoniam Virgo haec duo nostra conseruat, pro ambobus sunt vota facienda.

QVARTVS LIBER, innumerabilia Virginis & Matris dona percenset, animis nostris salutaria, quorum animorum causa à belluis separamur, & diuina illius, immensaq; & inexplicabilis natura imaginem quandam induimus, beatag; vita consortes efficiamur.

QVINTVS, IDEMQVE POSTREMVVS supplicia, pœnasq; comprehendit, & continet, quibus vni-gena Dei filius in suam genetricem, & parentem sacrosanctam impia, atrocia, nefariaque vel dicta vel facta vindicauit; quem librum in tanta, tamq; perdita nostri temporis hereticorum amentia, non esse putauimus omitterendū. Verusta
pri.

P R Æ F A T I O

primium referimus, deinde noua supponimus. Illa
 graua, & fortia, hac esse experimur opportuna.
 Altera historia maiorum nostrorum beneficia per
 Virginem, altera nostra perscribunt, nosque om-
 nes ad auidius & alacrius inuocandam mise-
 ricordia Matrem adhortantur. In exponendis
 siue antiquis, siue recentibus singulorum capi-
 tum, quibus liber quisque distinguitur, habita-
 ratio est; illa enim seligimus, qua in rem quam-
 que conueniunt, & qua questio praefixa deside-
 rat, nisi si scriptor, quod tamen raro committi-
 mus, (si culpa est, culpa verbum apponimus) no-
 strignarus incautusque propositi, res duas di-
 uersas, dissimilesque coniunxit. Et si enim quan-
 doque dissentiant, quod altera castitatis (dicam
 exempli, verbique causa) altera misericordias
 sit, tamen quia de Virgine utraque historia est,
 lectoris offensionem ex rerum discrepantia, quas
 scriptor ipse sociasset, minime duximus metuen-
 dam. Antiquioribus historijs minus antiquas sa-
 pe praeponimus, vel quia posteriorum factorum
 id ita dignitas ipsa deposcat, vel quod consulto
 fugimus nimiam temporum obseruationem in
 moralibus historijs apponendis, de qua grauissimi
 exemplorum scriptores non laborarunt: quo-
 rum Princeps Valerius Chronologiam praetermi-
 sit, ut illa liberius exponeret, qua ad virtutem
 sequendam, vitiumque declinandum spectare
 videbantur. Subdimus tamen noua veteribus,
 ut aliqua ex parte antiquitatis iura seruentur,
 nosque geratur erudito Lectori, nullusque author
 non citatur historia. Franciscus Bencius nouorum
 bonus & grauis scriptor est, & quae de Virgine
 repe-

AUTHORIS.

reperit, præcipua quadam & diligentia & fide
 seposuit, & qui tam multa tamque accurata in
 alio genere conscripsit, & peruulgauit, non
 committeret, vt in suis annalibus remissior esset,
 & cæterorum librorum, quos docti homines stu-
 diosè lectitant, authoritatem eleuaret. Nicolai
 Orlandini, & Ioannis Antonij Valtrini simile
 iudicium est, à quibus recentes quasdam histo-
 rias mutuati sumus, triumque, propter ora-
 tionis elegantiam, verba ipsa depromimus. Eius-
 dem nota vina illa sunt, quæ ex horum hausta
 dolijs nostris fratribus, & Christiano præterea
 lectori propinamus. Quinetiam nos pauca que-
 dam ex nostra quadam historia manu scripta
 prodidimus, noua illa quidem, sed qua pro anti-
 quis & receptis reipsa hortante propediem ha-
 bebuntur. Mihi enim omnia circumspicienti,
 multorumque vel iudicia vel fastidia, cogitan-
 ti, & si scribentium diligentia approbantium-
 que authoritas satis esse potuisset, tamen in no-
 uis apponendis delectus quidam fuit, partim
 ex ipso testium numero, partim ex rerum facie
 ipsa miranda, quæ se vel sine vllò patrono com-
 mendabat. Quis enim illa reijciat, quæ aut so-
 lis luce ipsa clarescunt, aut suo pondere & gra-
 uitate stabilita perdurant? An sit quisquam
 tam suspiciosus lector, tamque auditor incre-
 dulus, vt non illis fidem habeat, quæ multis vi-
 dentibus, atque inspectantibus euenisse dicun-
 tur, eiusmodi que sunt, vt eorum vanitas, si vlla
 fuisset, impunita esse non posset? Quare cum in
 multis, quæ memorantur, aut prouincia testis,
 aut

P R Æ F A T I O

aut ciuitas citetur, dubitemus, vera ne sint & certa, quæ à tam multis refellerentur, falsa si fuissent, & commentitia? Neq; hæc ed disputo, quòd clandestinis quibusdã abroganda sit fides, quæ bono aliquo indice comperta traduntur, & æterna posterorum memoria commendantur. Hæc enim rara & inusitata parietum umbræ, & noctis obscura tenebris, vnius sancti, sapientis & egregiè cordati hominis, qui ea vidit, atque rescuit, testimonio & religione firmata securè peruulgantur; qui profectò graue se scelus arbitratur admittere, si de illis taceat, quæ Deo Opt. Maxi. & eius sanctissima parenti gloriosa fore crediderit. Etenim, vt apud Tobiam Angelus disputat, sacramentum Regis abscondere, bonum est, opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorificum est. Itaq; multas à sanctissimis viris scriptas esse scimus historias, quæ vnius duntaxat testimonio, & affirmatione nitantur. Nos verò etsi multa Virginali historia, eidemq; morali inserere noua possemus, illis non inferiora, quæ in Cisterciensium, Franciscanorum, Dominicanorum, aliarumq; religiosarum familiarum annalibus inueniuntur; tamen eam moderationem adhibuimus, quæ in re tali necessaria visa est. Nam & illis obsequendum fuit, quibus noua bono authore testata non modò placent, verùm etiam profunt; & ijs occurrere voluimus, qui vel natura, vel mo-
re vi-

AUTHORIS.

re vitioso ad credendum facti tardiores, nihil probant, nisi quod volunt, & nouitatem vehementer exagitant, quam à bono testium, fautorumque numero esse vident imparatam. Valete Patres, fratresque mei, in quorum & tutela & nomine hoc meum qualecumque opus apparet, vale candidè syncereque Lector, tuque Alumne Virginis in eius sodalitie me Deo immortali, à quo laudanda cuncta consequimur, beatissimaque eius Matri, per quam illa eadem adipiscimur, piè diligenterque commenda, nostrorumque, hunc laborem & librum ad Filij, Matrisque admirationem, venerationem, & cultum libenter euolue.

Cuiusque libri argumentum sequens pagella monstrabit.



INDEX



INDEX ARGVMENTO-
RVM CVIVSQVE
Libri.

LIBER PRIMVS.

DE Virginis laudibus ante vitam,
dum vixit, & postquam migravit
ex hac, quæ appellatur vita. pag. 1

LIBER SECVNDVS.

De Mariæ Virginis ferijs, & cætero cul-
tu multiplici. 130

LIBER TERTIVS.

De beneficentia beatissimæ Virginis, &
Dei parentis erga corpus humanum, deq;
miraculis in hoc genere plurimis. 391

LIBER QVARTVS.

De beneficijs, ope & auxilio sacrosan-
ctæ Virginis in ijs, quæ ad animorum sa-
lutem pertinent. 561

LIBER QVINTVS.

De illorum supplicijs, qui Deiparam
quoquo modo violarunt, & se vel impios,
vel in ea colenda & obseruanda remissos
præbuerunt. 784

VIRGI.

- Lib. 1. c. 1.*
de beata
Virgine.
Sermo 146.
in contem-
plation. de
virgin. c. 5.
De nomi-
nis He-
braicis.
- Genes. 2.*
- Genes. 24.*
- Cap. 23.*
- Cap. 7.*
- In appen-*
dice commen-
tariorum in
Cantica.
- Genes. 3.*
- laudibus haud inscientem se præbet idiotam; vulga-
 rem verò nominis interpretationem, vt maris stella
 dicatur, comprobatur cum Hebræis Hieronymus; Beda,
 Bernardus Eucheriusque consentiunt. Maria namque
 nauigantium prosperum, & salutare tydis maritimos
 ætus coerces, tempestatesque tranquillat, perq; me-
 dios vel scopulos, vel fluctus nauem intactam, inco-
 lumemque conseruat, & sese ducem præbet ad por-
 tum. Neque verò res tanta sortuita, repentinave fuit,
 immo, quod virginis dignitatem maximè decuit, di-
 uino ore promissam non modo mutæ res, sed perso-
 næ etiam claræ, & illustres tanto antè prætulerunt. Et-
 enim Eua Mariam præsignificauit, qua mater est nū-
 cupata viuentium, Rebecca Isaci coniux, & Abraham
 nurus chara præmisit, Iudith Holoferne iugulato,
 Ester populo conseruato clarissimè præmonstrarunt;
 & eidem Salomoni cantici sponsa illa prælusit, in quã
 tam multa, tamque præclara diuinus scriptor laudum
 ornamenta cõgessit. Nam Rupertus totum illum li-
 brum sic esse scriptum affirmat, vt magna ex parte ad
 Dei sponsam Mariam referendas esse videatur. Neq;
 solum in illa antiquissima virgine, quæ & vates, &
 psaltria fuit, vt in his matronis illustrissimis, quas
 modò nominauimus, & in aliis permultis, quas bre-
 uitatis causa præterimus; sed in rebus etiam mutis, &
 sensu carentibus diuinæ parentis species, & figura
 præluxit, de quibus tum agemus cum virginitatis Ma-
 riæ texetur historia, quo tempore prophetarum de vir-
 gine vaticinia vnã cum ipsis inanimatorum symbo-
 lis, colligemus. Illud in præsentia fuerit proferte satis,
 quod vt temporis antiquitate, sic etiam promittentis
 dignitate præcellit. Cum enim diabolus Deus ob de-
 ceptam quam grauius obiurgasset, æternasque inter
 serpentem & mulierem inimicitias interminatus es-
 set, illud tandem adiunxit, quod vt Mariæ perhono-
 rificum, sic fidelibus promendum est sæpius, (ipsa
 conte-

conteret caput tuum) quo promisso quantoperè virginis dignitas augeatur, nemo non videt. Etenim Christus per Mariam de humani generis hoste triumphum reportauit. Estque victoria Christi liberatoris nostri propria, tamen communicata cum virgine, de qua corpus assumpsit. Nam quod nonnulli contendunt, & locum illustrem ac celebrem mendosè legi vociferantur, ipse conteret caput tuum, potius quàm ipsa, ex Hebraicæ linguae proprietate, & scripturæ veritate dicere necesse esse, est quidem impudentis calumniæ à factorum euerforibus, quos pietas semper offendit. Nam quoniam mulieris partus sine vlla viri mentione prædicatur, (semen tuum inquit, & semen illius) ratio vincit vt ipsa, non ipse, legere debeamus. Hebræos fontes qui iactant, vulgatæ lectionis quanta sit autoritas se nescire demonstrant. At est corrupta vulgaris, quasi verò latina solum scripta, & nō Hebræa potuerint depruari. Scio quosdā ex antiquis Ecclesiæ proceribus à contrita voce discedere, vel quia ita inuenissent, vel quia de laude virginis nihil detrahi animaduertissent. Illa enim Dei verba sunt teterissimum verteratorem arguentis, mulierisque potentiam denunciantis, quæ suo duntaxat semine dæmonis caput comminutura esset, neque qui ipse dicunt, alium intelligunt nisi eum, quem mulier multis post sæculis sine vllō maris interuentu diuinitus procreauit. Ceterum quæ in vsu est lectio, a cuius ex Concilio

a *Seff. 4.*

decret. 2.

b *Lib. 3. de*

B. Virgin.

cap. 16.

c *In Appa-*

ratu.

Tridentino valere debet autoritas, multos habet amatores, & eos minimè contemnendos, b quos noster Petrus Canisius diligenter enumerat. Deiparæ excellens dignitas, omnique humana cogitatione superior ne Rabinos quidem fugit, quorum vnus nomine Heccados (sic enim eum Cæsar Baronius appellat, c ab aliis Haccas nominatur) sanctitatis & doctrinæ laude apud suos celebris, & in scripturæ testimoniis volutatus de nostra virgine ac Domina,

*d In respon-
sione ad 7.
petitionem
Antonini
cōsulis, quē
tamen con-
sulem Ba-
ronius in
suo appara-
tu putat es-
se fictitium.*

priusquam eius sunt nati parentes ; hæc his *d* verbis predicauit; sicut abacus est armarium, quod principes architectantur, vt auri & argenti vasa in eo recondant, ita Regis Messiaë Mater erit armarium, quod Deus ipse contruxit, vt Messias in eo sedeat, ad maiestatis suę gloriam mortalibus omnibus demonstrandam. hæc cuidam Antonino Consuli ab hoc sapiente Iudæo responsa esse docti viri, consentiunt, quem tamen Antoninum consulem esse commenticium Cardinalis Cæsar Baronius arbitratur.

*GENTIVM ORACVLA ET RE-
sponsa de virgine Maria multis ante eius
ortum seculis.*

CAPVT II.

NON equidem miror Iudæos multos inueniri, qui de nostra virgine permagnificè sentiant, quos prophetarum testimonia conuincant, atque vniuersa penè vetus scriptura permoueat: miror potius in antiquata synagoga residere quemquam, neque in Ecclesiam velle migrare, quæ Euangelij perpetua luce clarescit, totoque orbe terrarum dilatata radices egit altissimas. Signa Iudæi quærunt, & consectantur? Christianorum miraculis nihil esse potest illustrius. Imperij eos species mouet & dignitas? in Romanâ Christiani regni arcem intueatur, à qua in cæteras Christianorum Regum prouincias sanctitas, & cum sanctitate felicitas permanuit. Sapientiam admirantur? nulla Philosophorum, nulla Sophistarum, nulla Magorum, nulla Esetorū & Poëtarum doctrina vnquam fuit, quæ cum Christianorum libris & literis comparetur. prophetiam iactant, eiusque domicilium & quasi patriam Iudæam fuisse gloriantur? at Hebræi vates vno ore Iudæorum vilitatem, nostramque illorū antiquæ gloriæ vicariam felici-

felicitem prædixerunt, illudque prophetis semper in ore, Messia gentem, id est Ecclesiam fore perpetuam, contraque synagogam ad nihilum esse venturam. Cum vatum oraculis Iudæorum res, & fortuna consentit, quæ genus hoc hominum vehementer exercet, nulla ad manendum certa sede, ubique labor, infamia, seruitus, exilium, fuga, solitudo. Scilicet incredulos manet hæc pœna iustissimo præpotentis Dei iudicio constituta. Ne autem veritatis ignorationem, quæ veritas penes Christianos est, excusare notio vlla possit, ubiq; locorum, ac gentium aliàs publicos, aliàs secretos vera fides habuit interpretes, & præceptores. Nam Sibyllas sanctus afflauit Spiritus, quæ cum alia, tum diuini Verbi ex virgine corporati sacrosanctum, cœleste, diuinumque mysterium tanto antè cecinerunt, ipsamque Dei Matrem suis coloribus depinxerunt, quod hæc carmina declarant, quæ in peruetusto codice nuper inuento noster Canisius se legisse ait, vt est in omni literarum genere cum pietate curiosus. Et cum decem Sibyllæ numerentur, teste Varrone, cui Lactantius assentitur, totidem hic responsa ponentur, tum ipso vel patriæ, vel gentis nomine. Etli nos quædam breuitatis amore coarctamus.

PERSICA IN HVNC MODVM.

*Virgine Matre satius pullo residebit a fello,
Incundus princeps vnus, qui ferre salutem
Rite queat lapsis.*

Ille Deus casta nascetur virgine magnus.

LIBYCA VERO.

*Ecce dies veniet, quo æternus tempora princeps
Irradians sota lata viris, sua crimina tollet,
Æquus erit cunctis, gremio Rex mœbra reclinat,
Regina mundi, sanctus per secula viuus.*

DELPHICA HOC DICIT.

Huius pertentant cor gaudia magna propheta

*Lib. 2. de
beata vir-
gin. c. 7. lib.
de falsa re-
ligio. cap. 8.
De Sibyllis
multa &
praclara
Honorius
Apparatus
in Annales
Ecclesiasti-
ces, c. 16. &
deinceps.*

6 DE HISTORIA VIRGINALI

*Eximij, qui virginea conceptus ab alio
Prodibit sine contactu maris, omnia vincit
Hoc naturæ opera, & faciet qui cuncta gubernat.*

SAMIA SIC HABET.

*Hunc poterunt clarum viuorum tangere Regem,
Humano quem virgo sinu inuiolata fouebit.
Annuat hæc cælû, & rutilantia sydera mōstrant.*

CVMANA, EAQVE CELEBERRIMA
PRÆNUNCIAT.

*Iam mea certa manent, & vera nouissima verba,
Vltima venturi quod erant oracula Regis,
Qui toti veniens mundo cum pace placebit,
Vt voluit, nostra vestitus carne decenter.
In cunctis humilis castam pro Matre puellam
Deliget, hæc alias forma præcesserit omnes.*

HELLESPONTICA NON
DISSENTIT.

*Dum meditor quondam verbi decorare puellam
Eximio castam quod se seruauit honore,
Munere digna suo, & diuino numine visa,
Qua sobolem multo pareret splendore micantem.
Progenies summi speciosa & vera tonantis.
Pacifica mundum qui sub ditione gubernat.*

PHRYGIA CONCORDAT, ET
CONSONAT.

*Virginis in corpus voluit demittere cælo
Ipse Deus prolem, cum nunciet Angelus alma
Matri, quæ miseros contracta sordè lauaret.*

TIBVRTINA ITA.

*Verax ipse Deus dedit hæc mihi numina fandi,
Carmine quoddam sanctam potui monstrare puellam,
Concipiet quæ Nazareis in finibus illum,
Quem sub carne Deû Bethlemitica rura videbunt.*

O nimium felix coelo dignissima Mater,
Qua tantam sacro iactabit ab ubere prolem!

ERYTHRÆA NON SECVS.

Cerno Dei Matrem, qui se demisit ab alto,
Vltima felices referunt ciem tempora soles,
Hebraea quem virgo feret de stirpe decora,
In terris multum teneris passurus ab annis.
Magnus erit tamen hic diuino carmine vates,
Virgine Matre satus, prudenti tempore verax.

CYMMERIA NON DISCREPAT.

In teneris annis faciei insignis honore.
Militia aeterna Regem sacra virgo cibabit
Lacte suo, per quem gaudebunt pectore summo
Omnia & eod' lucebit sydus ab orbe
Mirificum, sua dona Magi cum laude ferentes
Obijcient myrrhamq;, aurumq;, & thura Sabæa.

Erythrea verò, de qua supra, vt ex oraculorum libro
constat, Marię nomen, Gabrielis legationē, & partum
virginium clarissimè tradidit. Huius illi quoque sunt
versus:

— Verbumq;, volauit in alium,
Idq;, suo factum atq;, animatum tempore corpus
Mortale facie cretum est, puer inde creatus
Virgineo partu, mira est mortalibus hæc res,
Sed res nulla Deo Patri, natoq;, stupenda.

Quid dici poterat apertius de re tam longè posi-
ta, ipsisque non locorum, sed temporū, & seculorum
quali parietibus & muris occultata? Sed qui omnes
suæ lucis vult esse participes, ad ethnicos tum cōiun-
cendos, tum vel maxime cōuertendos hæc Sibyllis ar-
cana patefecit, quę locis distantes, nationibusq; diuer-
sæ vnum atq; idē de Christo, deq; illius gloriosa Ma-
tre prædixerunt. Valent enim, vt præclare disputat
Augustinus, ad eorū, quos paganos appellamus, infir-
mitate.

Credo men-
dum esse,
pro lacta-
bit.
Sic tamen
inuenio.

Lib. 13. cōt.
Fausi. c. 15.
Lib. 1. ad-
uersus Iosiu-
nianum lib.
4. de vita
Constant.
Ibid. lib. cō-
tra Gentes.
delita.

Oratio contra Iudæos & paganos, idem lib. 10. de Ciuit. Dei c. 27. & ep. 135. ad Martiã. lib. de vita Constant. Oratio, ad sanctorum catum c. 20.

lib. 4. de vita Constant. oratio ad sanctorum catum c. 20. libr. 3. de partu virgin.

delitatem arguendam, quæcunque à Sibyllis, ab Orphæo, ab Hermete, à poëtis & à Philosophis gentium de Christiana veritate affirmantur. Et quidem Sibyllæ, quomodo mihi persuadeo, Dei Matrem, quam versibus præcantarunt, etiam mente atq; animo sunt veneratæ. Nam qui fieri poterat, vt non illius tum desiderio, tum religione mouerentur, de qua tam multa tamque admiranda diuinitus præcognouissent? Virginem opinor, Sibyllæ coluerunt, mortalesque ad eundem cultum suis versibus, vel potius vaticinijs inuitarunt. Eas S. Hieronymus virgines fuisse dicit. Eusebius Cæsariensis, & quem paulò antè nominauit, Lactantius, itemque Arnobius à Sibyllinis carminibus testimonia sæpè numero mutuuntur. Cùm enim gentium errores infectarentur, Sibyllarum authoritatem ethnicis opponebant, quasi testium domesticarum, quàm scirent illis hominibus esse grauissimam. Certè Homerus Delphicæ Sibyllæ versibus suam poësim exornauit, cuius exemplo Virgilius quartam suã Eclogam Cumææ Sibyllæ carmine fecit illustrem, quod carmen de Christo & Virgine dici non dubitat Augustinus; idem ante Augustinum Eusebius iudicauit, hos eosdem versus de diuino Verbo nostra carne vestito intelligendos esse Constantinus ipse testatur. Non enim, vt quidam somniarunt, Asinio Pollioni ob natum filium, sed cunctæ Romanorũ Republicæ, orbi deniq; vniuerso gratulari poëta voluit, in quo pax illa florebat, quàm Sibylla promiserat, cuius pacis Christus autor erat, de quo Sibylla, Virgiliusque.

*Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies calo demittitur alto.
Hoc idem sentiens Sannaçarius ita cecinit,
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,*

Magna

*Magna per exactos renouantur secula cursus;
Scilicet hac virgo est, hac sunt Saturnia regna.*

Ac ne illud quidem tacendum est, quod in nostris *Survius nona die August.* historiis legimus de Secundiano viro honorato & graui, deque Veriano non dissimilis conditionis, qui cum Marcellianum virum doctissimum adiissent, & Virgilianum hoc carmen diligenter expendissent, variaque eiusdem sensa contulissent, Christum inibi, & præterea neminem describi consenserunt, quem virgo editura esset in lucem, vt genus humanum assereret, & in libertatem vindicaret. quare hi tres Christianorum antea partim osotes, partim vexatores, commutata vitæ ratione, à Timotheo Presbytero baptizati, & à Summo Pontifice Xisto hoc nomine secundo confirmationis Sacramento in fide roborati, Promodij viri consularis sententia insigne martyriū subierunt. Neque solum quatuor illos Eclogæ versus, sed totum etiam poemata de Christo interpretatur Eusebius. Huc spectant quæ Simeon Metaphrastes de inclyto illo Martyre Christi Procopio, qui & Næanias dicebatur, scribit. Nam cum apud Flavianum præsidem iniquissimum pro Christiana religione diceret, Sibyllæ testimonium protulit, & insuper Delphici Apollinis oraculum citauit his ferè verbis: *Ëlla Sibylla, cuius libros Rex Romanorum Tarquinius multis talentis emerat, secundo carminum suorum libro de Christo & virgine in hunc modum prophetauit:*
*Verbum quando Dei summi est paritura Iuuenca,
Clara die in medio stella apparebit ab ortu,
Nuncia permagni signi mortalibus agris,
Magni tumq; Dei natus venturus ad ipsos
Est homines gestans carnem, assimilatus & ipsis
In terra, huicq; Magi portabunt munera, nempe
Aurum, myrrhã, & thus; hac omnia namq; placebunt.*
 Primum versum, qui esse videbatur obscurior, idē sanctus Martyr Procopius, vt omnem scrupulū Flavianio

Ibidem.

*De vitis
sancto. Iu-
lij.*

niano eximeret, his verbis interpretatur, Iuencam, inquit ille, appellat virginem expertem nuptiarum, siquidem apud Hebræos virgo & iuuenca idem profusus nomen sortiuntur. Quòd si oraculis, Flauiane, fidē habes, Dodonei Iouis & Apollinis tum Pythij, tum Delphici, & Ammonis, quibus tui similes credunt, multa ex his omnibus promere mihi liceret, sed breuitatis causā duo Delphici Apollinis responsa testabor. Nam de humani generis vindice & liberatore Christo Iesu, deq; eius Matre virgine, ita Iasoni nihil tale suspicanti respondit. Cū enim Argonautarum dux ille à Gæcis poëtis celebratus de templo, q̄ Athenis in arce constructum esset, Apollinem Delphi consuleret in hunc modum; predic nobis Phœbe vates, cuiusnā erit hæc ædes, & cui sit in posterum seruitura, sic ille respondit; quæcunque ad virtutem, & honestatem vos incitant, facitote; de me sic habete, tres cupere Deum regnantem apud superos: cuius verbū ab interitu alienum conceptum in simplici virgine, qui velut ignitus arcus percurrens mundi medium, omnes capiens eos adducet donum Patri: huius erit hæc ædes. Maria autem nomen eius. Cū verò quidam Battus nomine hunc eundem Apollinem de Deo percontatus esset, hoc accepit responsum, vnus mihi Batte vim affert vir cęlestis, cū passus sit Deus est, & tamen nō ipsa passa est diuinitas: vtrunq; enim simul est Deus & immortalis à Patre ferens omnia, & omnia Matris habens: ex patre quidem habens vitā, & vires, ex matre autē mortali Crucem, sepulcrum, molestā & grauē contumeliam, cuius ex oculis aliquando calide fundebantur lacrymæ, & quinque hominum millia satiauit quinq; panibus, Christus est meus Deus, qui est in cruce extēsus, qui mortuus, qui è sepulcro venit ad polum } en duo Apollinis oracula, quibus Christus agnoscitur, & sacrosancta Dei Mater explicatur, cui Atheniense templum dicatum iri Apollo

Apollo pronunciat, veritas namq; singulari Dei providentia etiam ab alienis præcogitata est, multosq; ex gentili superstitione dominans ille in nobis Deus veraces voluit prophetas fieri ad priscorum impietatem domesticis testimoniis refellendam. Hæc verò veterum oracula quamvis recondita Procopius martyr egregius non ignorabat; qui cum humana sapiëntia diuinam, cœlestemq; coniunxerat. Est quidem ab immortali Deo tanti æstimata Maria, quanti nullus neq; homo, neq; Angelus; eiq; cura maximæ fuit, vt virginis Mariæ cultus iam inde à mundi exordio præsignificaretur, & in orbem terrarū induceretur. quare Cedrenus scribit templum omnium nobilissimum ab Argonautis ædificatum fuisse, cuius mirabilem formam & pulchritudinem Plinius fortasè describit, consultumq; ab illis oraculum cui consecrari deberet, his carminibus respondisse illa eadem, quæ Martyr Procopius exposuit.

*Affidua virtute decus sublime parate,
Atq; utinã (Sic mando) Deū qui cūcta gubernat,
Cœleste residens solio, colite atque timete,
Illius aeternum, atq; ante omnia secula verbum
Nescia virgo viri nostras emittet in auras.
Quod velut igniferis impulsâ sagitta procellis
Edomitum reddidit diuino munere mundum,
Huius cui Maria nomen sanctissima Mater
Agnoscat templum proprium sibi ritè dicatum.*

Hoc oraculum vsque adeo suspexit antiquitas, vt illud æreis literis in marmore incisum aeternitati cõmendarit, atq; in ipsis templi valuis affixum cunctis legẽdum proposuerit. Enim verò populi sincerae veritatis ignari, à dæmoneq; seducti, fabulose Deorum matri, quæ multis est appellata nominibus, templū illud dedicauerunt, quod tandem eodem referente Cedreno imperante Zenone ad sanctissimæ virginis Mariæ cultū Christicolæ traduxerūt. Ægyptios suafore

*Apud Metaphrasten
8. Iulij.*

Lege Thomam Bozium de signis Ecclesie Dei, lib. 9. c. 6.

In compendio lib. 36. cap. 15.

Ibidem.

Jeremia

*Affirmat
Dorotheus
in Synopsi,
& Epiphanius
in vita
Ieremia.*

Ieremia Propheta virginis Mariæ præcultores fuisse accepimus. Cum enim sanctus Dei propheta in illo Ægyptiaco exilio sacerdotes illius gentis conuenisset, ipsisque audientibus simulacrorum, quibus se non minus cupidè, quàm turpiter dabāt, demolitionem, & vastitatem prædixisset, eius rei tum fore tempus adiunxit, cum virgo in præsepi filiū collocaret, quem salua integritate peperisset, atque in Ægyptum non multo post Deo iubente secederet. Huic Ieremiæ vaticinio sacerdotes credidisse, exin virgineam imaginem in lecto collocatam, iuxtaq; infantem puerum in præsepio cubantem venerari cœpisse, cumque Ægyptius Rex quidam decursu temporis quid illa sibi vellet effigies, rogauisset, solennem ritum illum esse virginem, virginisque partum adorandi respondisse, quem maiores Ieremiæ Domini prophætæ docenti didicissent, suisque posteris quasi per succedentium manus tradidissent. Ieremiam porro Ægyptiis esse charissimum, quæ Ioannes Euiratus scribit, ostendūt. Fuisse locum Alexandrinis venerabilem, vbi credebatur Ieremiæ esse sepulchrum, illuc ab Alexandro vrbis conditore translatum, quem locum postea Christiani sepulchri religione permoti, frequentabant: ingens profectò summi Dei vel aduersus Ethnicos clementia est, qui eos virginalis mysterij tanto antè vulerint esse participes, cuius rei non mediocriter ex vetustissimo illo sepulchro Irene matre, & filio Constantino imperantibus reperto fides augetur: in quo hæc erat inscriptio aureæ incisa laminæ, & Christus nascetur ex virgine, & ego credo in eum, o Sol sub Irene, & Constantini temporibus iterum me videbis? quisquis ille fuit, qui hæc de Christo, & eius Matre præcinuit, profectò luxit in tenebris, & in illorum numerum referri potest, quos D. Paulus iuxta fidem defunctos esse affirmat, nō acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspiciētes, & salutantes. Ceterum Con-

*In prato
spirituali.
177.*

*S. Thomas
22. qu. 2.
art. 7.
Nauclerus
tom. 2. ge-
neratio. 27.
Volaterra-
nus in An-
thropologia
lib. 23.
Ad He-
braos.*

stanti-

stantinus hoc nomine sextus, & eius præclara mater Irene hanc laminam ex solido auro in mortui hominis pectore inuentam in maximo precio habuerunt, fuit ea dies Byzantinis maximè læta, siquidem nemo dubitauit quin illud hominis esset antiqui, & Christi aduentui præcurrentis. Non est dissimile, quòd Martinius Polonus scribit Archiepiscopus Cosentinus, quædam Iudeum Toleti, dum rupem excindit, vt vineæ terminos proferat, in medio saxo concauum latibulum inuenisse, quod non manu factum videbatur, nec enim in illa caurè scissuræ signum vllum apparebat, intus repertum esse librum foliis quasi ex tenuissimo ligno leuigatis, tribus quidem linguis Hebræa, Græca, & Latina conscriptum, in eo de triplici mûdo disseri, & ab Adamo vsque repetentem in Antichristum desinere, vltimi operis illud esse principium, & in tertio mundo Christus nascetur ex virgine Maria, quin etiam singularum ætatum in quoque mundo, hominumque res, mores, ingeniaque describi, Iudeum Christi ac virginis læto illo vaticinio, quod esse videbat antiquum & Christianorum seculis præpositum, cum tota familia baptizatum, magnam patris familias vineam colere cœpisse, neque se serius accessit, iccirco minus accepisse mercedis, erat etiam in vetustissimo codice scriptum arcani, ac retrufi huius voluminis inuentionem tum fore, cum dominaretur in Castello Ferdinandus, sed quotus hic esset, aut liber non dixit, aut Polonus omisit. itaque & nouo illo neophyto lætata Hispaniam & clarissimo de Christo ac Deipara tanto antè Seruatoris aduentum vaticinio triumphasse. Regem verò suum nominatim prædici, haud in minimis esse ponendum. extremam huic operi manum D. Ioannis Damasceni imponet auctoritas, qui de nostrorum mysteriorum, quæ fuit in hominibus antiquissimis prænotione disputans, ita loquitur (fuerunt etiam nonnulli, qui diuinam

Omni-

In suo Chronico repurgato c. 187.

In oratione de ijs qui cū fide à vita excesserunt Iacobo Billio interprete.

Omnipotentis Trinitatis fidem exiliter illi quidem ac perobscure, sed tamen perceperunt. Alij autem verbi incarnationem, venerandosq; ipsius cruciatus redditumque ad vitam prædicauerunt. Alij ortum ex virgine, atq; adeo nomen ipsius enunciarunt. Maria enim, ait quidam, nomen puellæ. Hęc Damascena tela pluris est mihi, quam Attalica, quę nostram hanc de virgineis oraculis quæstionem non mediocriter exornat, & sanctissimę Dei Matris aule, quam molimur, limen atque aditum cohonestat.

VIRGINIS REGALE GENVS
patria, & parentes.

CAPVT III.

EX Dauidis Regia stirpe generatam esse virginem, fide magistra nobis credendum Ecclesię: non vtriusque testamenti testimonia proferre necesse est. Quę sunt luce clariora, & illis maximè trita, qui sacrã scripturã vel à limine salutauerunt. Siquidẽ Abraham primũ, post Dauidi promissus est Christus, cuius vtriusq; certissima proles fuit; quod ad humanam naturam attinet. atqui Dauidis agnatus esse nõ poterat, nisi per Mariam virginem, quę à Dauide generis ducebat originem, eoque Ioseph inquit patris nobilitate viro, & suo contribuli. Erat enim solenne Iudeis, vt connubia non nisi inter eiusdem sanguinis socios, atq; vna radice fatos iungeretur, ne ad alienos hæreditas perueniret, domusq; & familię bonis alio translatis miserè laberentur. Licebat tamẽ ijs, qui Regum gentiles essent, & ex inclyta Iudę progenie suũ genus deriuarent, cum sacerdotali familia nuptias copulare, ex quo factum est, vt Aaronicę Elisabethę cognata esset virgo Deipara, materno tamen & scemineo propinquitatis infusã, alueoque pernobili. Neque verò mouere quemquam magnoperè debet vel Matthęi & Lucę in generis explicanda serie diuersitas;

uersitas; vel Mariæ habitum ab utroque genus. Si enim ponimus, quod certè ponendum est, eandem vtriusque coniugis fuisse prosapiam, qui Iosephi genus à Dauide vsque, atque adeo ab ipso rerum omnium factore & parente Deo tam diligenter repetiuit, vna & eadem opera Maria Iosephi sponsa generis & gentis nobilitatem atque antiquitatem patefecit; Adde in factum Hebræis esse, vt quidam volunt, in genealogiis recensendis foeminas memorare, quod non esse vsquequaque verum Iudith liber indicat, vbi nobilissimæ foeminae proauis, tritauis, atque abauis, generisque vniuersitas explicatur. Hæc ita Augustinus, Damascenus, Ambrosius quidam à diuo Luca non tam Iosephi quàm Mariæ genus explicatum esse contendunt, quod verò Matthei dissimilis Lucas in hac generis descriptione videatur, laborandum non est; hic enim legis, ille naturæ cognationem, ac necessitudinem persequutus inuoluto euoluendo genere in quorundam nominibus alter ab altero discordauit. Accedit illi quoque ratio, quòd in sacris literis inueniuntur sæpè multi binomines, quæ res ad conciliandos Euangelistas tum alibi tum maximè in hac virginalis trunci dissimilitudine, & generis catenæ discrepantia plurimùm valet. Regia quidem claritas (etsi sunt alia maiora) tamen Dei Matris laudem quodam quasi colore cõdecorat, quæ talis fuit, vt neque superbiorum fastidia, neque piorum desideria quod amplius requirant, habere queant; id quod Bernardum minimè fugit, qui Mariæ laudes ex vtriusque nobilitatis arbore decerpatis, vnoque orationis velut fasciculo aptas fidelium oculis intuendas, inspectandasque proponit. Cuius hæc ipsa sunt verba: (quod ergo sydereum micat in generatione Mariæ? plane quod ex Regibus orta, quod generosa ex stirpe Dauid, si id parum videtur, adde quod generationi illi ob singulare priuilegiũ sanctitatis diuinitus noscitur esse concessa, quod longè antè eisdem

*Lib. 27. cõr.
Faustum de
fide Ortho-
doxa. lib. 4.
cap. 15.
In cap. 3. D.
Luca.*

*Sermone,
signum ma-
gnum.*

eisdem patribus cœlitus repromissâ : quod mysticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænunciata propheticis.) Hæc Bernardus. Quæ igitur cum tanta sanctitate, quantam animo complecti nō possumus, Regum, Heroum, Ducum nobilitatem, claritatemq; coniunxit, eloquentiæ campos quàm latissimos dedit, in quibus piorum Rhetorum excuriat, & triumphat oratio. Quæ enim tanta esse dicendi facultas potest, quàm non filia Regum, & mater Regis Regum exhauriat? Non fuit diues Maria, non opibus abundauit; in generosos ista cadunt, quos sæpè malè habet inopia; filij Themistoclis eguerunt, at quanti ducis, & quam gloriosi? Regum liberos non semel aliena misericordia viuere oportuit. Quanquam Mariæ in tanta nobilitate medicitas consilij diuini fuit, voluit esse inops, & debuit, ne Mater filio dissimilis esset, virginis parentes Ioachimus & Anna, & à Catholicis prædicantur, & ab ipsiis nefariis nouatoribus agnoscuntur. Nota illorum orbitas, ex orbitate legalis infamia, ex vtraq; fletus, preces, & vota. Cum enim infæcundi essent, nullamque prolem generauissent, ætate ingravescente precibus ab immortali Deo mirabilem hunc partum impetrarunt; itaq; Epiphanius D. Augustini æqualis scribit, Mariæ patrem Ioachimum, cum in solitudine esset, Angelo ad se misso hoc accepisse, & vaticinium & nuncium; vxor tua concepit. Hunc Angelum Gabrielem fuisse Pantaleon affirmat, fuitque, vt Epiphanius verè ac sapienter differit, procreatio illa naturalis, & humana, Deo tamen in Senili vtriusq; coniugis etate, & in effæcto corpore naturæ imbecillitatem roborante: idemque Epiphanius Ioachimi & Annæ precibus, quas alter in deserto monte, altera in horto fudit, sanctam virginem tandem aliquândo generatam esse alio loco affirmavit. Ac ne illud quidem dubitare debemus, virginis parentes non de partu modò, sed de filia etiam nomine ab Angelo admonitos

Tullius in oratio. ad Brutum.

Hæresi. 70.

Oratio de S. Michaelis apud Metaphrastè. Ibidem. Sermo de Maria laudibus quem Ioan. Picus latinitate donauit.

ni
al
m
p
ic
ap
sp
tes
ni
rii
lem
ma
niu
par
par
& d
gis
vol
Mar
cadi
plan
Rab
Nor
trem
terti
nubi
cum
rum
Mari
anni
est, e
te ca
volu
nam
nium
mon

nitos Mariam nuncupasse. Nihil enim diuina largitas
 aliis tribuit, quin illud idē suæ parenti pleniore quasi
 modio tribuerit. Germanus patriarcha Constantino- *Sermo de*
 politanus ad pias preces Ioachimū quadragenariū *Mariæ in*
 ieiunium addidisse ait. Eundem Gregor. Nyllenus & *templo ob-*
 apprimē nobilem facit, & in legis custodia, tanquā in *lacione.*
 specula vigilantem. Certē Nicephorus virginis parē *Homil. de*
 tes nobilissimis & quibusq; pares fuisse tradit. Virgi- *humana*
 nis patriam Nazareth fuisse exprobatū constat histo- *Christi ge-*
 riis, ibi Ioachimi natale solum, vt Annæ matris Beth- *neratio. lib.*
 lemitica ciuitas. Neque illa non grauis opinio affir- *1. c. 7.*
 mantiū virginem à nobilissimis suis parentibus om-
 nium bonorum heredem institutam. Et quoniam *Ecclesia-*
 pater Nazarethus, mater Bethlemitica esset, mortuis *stica histo-*
 parentibus vtrobiq; cum sponso Iosepho habitasse, *ria.*
 & domiciliū in his duobus locis habuisse. Quo mag-
 is Iosephi & Mariæ laudari paupertas debet, quæ &
 voluntaria esset, & ex altissimo Dei profecta consilio:
 Mariæ nomen & eius parētis Ioachimi Rabinus Hac-
 cados diuinavit, quod Galatino mirabile visum est, &
 planè propheticum, eiusdem Ioachimi meminit
 Rabinus Haccanus, & de eo magnifica prædicauit.
 Non sunt audiendi illi, quibus Annam Deiparæ Ma- *Lib. 7. de*
 trem, & Christi auiam mortuo Ioachimo iterum, ac *arcana ca-*
 tertio nupsisse placet, tresq; Marias ex totidem con- *tholica ve-*
 nubius genuisse pugnat eorum sententia non modo *ritatis c. 12.*
 cum honestate, sed etiam cum Historiis antiquo-
 rum. Nam si cum Cedreno fatemur Ioachimū post *In compen-*
 Mariæ Dei Matris ortum cum Anna vxore grandæua *dio.*
 annis propè duodecim superuixisse, verisimile non
 est, eam propè decrepitam nulla iam sterilitatis virgē-
 te causa secundas, ac deinde Tertias nuptias repetere *Lib. 2. c. 3.*
 voluisse. Hippolytus Martyr apud Nicephorum An- *in Appara-*
 nam vni Ioachimo nupsisse confirmat: legat Baro- *tu. num. 41.*
 nium lector curiosus, qui hæc diuæ Annæ tria matri-
 monia deridet.

DE HISTORIA VIRGINALI
VIRGINIS IMMACVLATÆ
Conceptio.

CAPVT IV.

IN causis forensibus non illa tantum, quæ litem finit, terminatque sententiam, sed ipsa etiam præiudicia magni penduntur, & æstimatur; quæ quo & plura & lætiora sunt, eo fœliciorē causæ totius exitum fore promittunt: similiter in illa grauissima questione de sempiterna Desparæ munditia, deque intacta prorsus inde ab ipso cōceptu puritate: cum virginis amatoribus tam multa iam Mater Ecclesia concesserit, quanto itineris maior pars videtur esse decursa, tanto alacrius ad metam properandum est. Mariam enim qui non modò ab ea culpa quamuis minima, quæ volūrate suscipitur, vindicant, quæ fides ipsa tradit, sed ab ipsa etiã originis labe puram esse contendunt, si nõ aiente, certè annuente Ecclesia, factisq; ipsis suã de virginis statu voluntatem declarante, ita docere, sentire, ac loqui perseverant. Siquidem nostra mater Ecclesia Romana, cuius est, fidei decreta, dogmataque sancire, etsi adhuc mutam se in hac quæstione præbuit, tamen Zachariæ exemplo pugillares interdum sumit in manus, & Theologorum, qui pro immaculata conceptione propugnant, tantum non opinioni sententiæque subscribit, quid enim sibi volunt anniuersariæ conceptionis feriæ apud Græcos ante mille annos celebrari cœptæ, vt ex Galarino intelligimus, diligentissimo antiquitatis indagatore, apud nostros verò latinos in Romanam Ecclesiam cæterarum magistram, & præceptricem annis abhinc quingentis introductæ? Et quidem ter centum annorum spacio festus hic dies totius Ecclesiæ generalis non fuit, sed cum aliæ alibi pro sua quæque pietate vel vrbes, vel provinciæ celebrabant: illo autem trium seculorum exacto curriculo coli dies hic cepit ab om-

Lucas 1.

Lib. 4. c. 4.

ab omnibus vbique locorum Christianis, estq; festa huius lucis religio ducentorum annorum corroborata vetustate. Nam vt humana, sic etiam interdum quædam diuina paulatim ac sensim adoleſcunt, & cum tempore capiunt incrementa. Basiliensē Concilium mancum illud quidem, ac debile, quippè cui Romani pontificis authoritas quasi manus defuerit, tamen quantum lingua valebat, tantum contulit ad virginem ab omni corruptæ vitiatæq; radicis inquinamento vindicandam! si se cum suo capite coniungeret, vocem multò valentiorē fundere potuisset. Nunc illa desiderantur, sine quibus res constanter affirmari non queunt. Tridentinus ille grauissimus sanctissimusq; conuentus, cum de originali peccato, cuius causa omnes Adami posterī ingenita macula, & quasi hæreditaria deformantur, tamen ab ea vel doctrina vel lege virginem excepit, nihilque se aliud de Maria Dei Matre sancire, quàm quod Sixti hoc nomine quarti Romani Pontificis edicto contineretur, aperuit, remq; integram alijs vel Conciliorum, vel Romanorum Pontificum decretis reseruaui. Quamquam non omnino integram dicere possumus, quãdo testimonium illud contritum & vulgare, id est, murum sententiæ aduersariorum (omnes in Adam peccauerunt) & quæ illi sunt consona, disturbauit, illisq; verbis virginē comprehendere negauit. Accedit Christianorū consensus, & Theologorū, præter paucos, mira alacritas in Marię virginis hac asserenda puritate, quam ne puncto quidē temporis maculosam fuisse dici pariuntur. In multis Academiarum gymnasijs nemo magistrī, doctorisve honorifico illo titulo decoratur, quin iuratus promittat, nunquam se aduersus eorū sententiā pugnaturū, qui virginem cōtractæ à primo parente labis expertem fuisse profectetur. quin etiā religioſa quædā familia, cui ab immaculata Cōceptione nomen est, in Dei ecclesia militat,

*Sessione in
sine primi
decreti.*

Ad Rom. 5.

*Libr. 1. de
beata vir-
gine cap. 5.
& seq.*

*In Commē-
tarijs 3. D.
Thom. qu.
27. art. 1.
& 2. disp.
2. sect. 5.*

Ioan. 9.

quàm summi Pontifices Iulius secundus, & Leo decimus approbarunt. Testimonia Patrum antiquorum huic nostræ sententiæ propitiæ enumerat multa Canisius; ego ne actum agere videar, prætermitto. Rationes si querimus, multas in eodem Canisio inuenimus, qui non modò disputantis Theologiæ nervis hastas in aduersarios vibrat, sed etiam eloquentiæ armis partim Catholicos huic sententiæ parum deditos, partim hæreticos, ac diuini iuris, humanique prædones tela contorquet. Post Canisium Franciscus Suarius hanc quæstionem, multasque alias accuratè, acuteque disputat, scriptores colligit antiquos & nouos, aduersariorum argumenta dissoluit, scripturæ loca expendit, suamque de immaculatæ Deiparæ virginis conceptione sententiam illis maximè probat, qui & refelli sine iracundia, & refellere sine pertinacia parati sunt. Etsi enim in hac re progredi vltra nõ possumus, quàm vt probabilia dicamus, tamen ita vèro simile est, quod asseueratur, & ponitur, vt nihil vsquàm similius possit inueniri. Deum enim virgini dare potuisse, vt nulla generationis illuue sordesceret, confessæ res est, certa, indubitata, verissima: voluisse, quod posset, in ea exornanda, quàm Matrem elegisset, ratio persuadet; nam quoniam à Christo per Virginem originale peccatum destruendum esset, eam oportebat ab ea culpa abesse longissimè, quia morum & vitæ magistra futura erat, prouidendum fuit, ne quid tale obijci vnquam à religionis hostibus Mariæ possit, quale Pharisei quondam sapienti illi admonitori, quem Christus illuminarat, illis verbis responderunt (in peccatis natus es totus, & doces nos?) Nempe decens fuit, vt in virgine omnia quam maxima essent, extraordinaria, inaudita, nemini antè concessa. Ex quo efficitur, illa negari non debuisse, quæ & primis parentibus, & verè Angelis scimus esse donata, quos Deus ab ipso primordio perfecta quadã innocentia, integra-

integræque dotauit. Quod si illa, quæ indignitatem
 quandam habent ex peccati labe contractam à Sacro-
 sancta Virgine Theologia remouet, si propter hanc
 ipsam causam ne leuissimū quidem erratum in vir-
 ginem cadere potuisse dicimus, si motus à Deipara
 Deum prohibuisse affirmamus, quicumque rationis
 non reguntur arbitrio, si propter hoc ipsum nega-
 mus virginalē corpus in sepultura mansisse, in cine-
 remq; redactum inficiamur; multò iustius fateri de-
 beamus, horum omnium effectricem illam culpam
 ne temporis quidem momento in virgine anima
 fuisse. Iam illud cuius temperantiæ est, vt sponte filius
 suæ Matri denegasse credatur, quod dare nullo nego-
 tio potuisset? Ecclesia non modo permittente, sed li-
 beate etiam, Deiparæ nostræ parenti hunc honorem
 habere possumus: quæ igitur causa est, cur ei hanc
 iniuriam vltro faciamus? Immunem profiteri licet
 (quàm & deceat, & oporteat disputatum est satis) cur
 tributariam dicere malumus, & honestatis fontem
 minus honestè appellare pergimus? Quod verò de
 Redemptione obiici solet, à qua Dei mater videtur
 excludi, si captiua non fuit, in eo veritatis quædã est
 umbra non corpus. Redemit Christus, redemit in-
 quam, Matrem suam, sed alio quodam modo. Non
 enim expectare voluit dum ab hoste caperetur, sed
 seruitutem anteuertit, in quàm sine dubio Mater in-
 curreret, nisi filius præcauisset. Fecit hoc idem fortis
 ille Dauid, qui cum & sibi & suis ab iniquissimo Sau-
 le metueret, parentes ex Iudæa emissos Moabitarum
 Regis fidei, custodiæq; commisit, & non minus piè,
 quàm diligenter commendauit, & ne ab hoste im-
 portunissimo iniuriosius tractarētur multò antè pro-
 uidit. Quid ergo in Christo Iesu singulare, præcipuū-
 que relinquitur, (sic enim nos illi redarguunt) si Cō-
 ceptio Virginis talis fuit, qualis ipsa Seruatoris? Nol-
 lem ita isti pugnaret. quæ enim virgini cum Christo

*Regum 1.
c. 22.*

potest esse cōtentio? Alter natura bonus, altera quid-
 quid habet (quid autem non habet?) gratiæ debet,
 quàm à Deo accepit. Nimirum virgo luna est, quæ
 luce lucet aliena, suamque omnem claritatem à sole
 iustitiæ Christo mutuatur; omnia sunt in Dei homi-
 nisque filio præclara, admiranda, diuina, summa, quo-
 rum multa cum virgine communicari non potest, at,
 quippè diuinæ propriæ naturæ, hæc verò originis pu-
 ritas atque radice debuit Christi & Mariæ esse com-
 munitis, in cuius aluo tanquam in sacrario futurus ille
 esset, cui non tantum culpa inuisa est, sed ipsum etiã
 putet culpe vestigium. Quid autem tam iniuriosum
 virgini quàm opinari, dicere, vociferari, eius animam
 aliquando originalis peccati quasi stercore fuisse res-
 pectam? quid tam indecorum cœlesti sponso, qui in
 virgineo vtero tanquam in thalamo commoraturus
 esset tempore constituto? hæc nos pauca de concepta
 virgine philosophari voluimus, cuius studio longius
 fortasse processimus, quàm historiæ leges patientur.
 Equidem nescio quomodo à simplici narratione &
 quieto rerū exponendarū genere ad disputationē, &
 obiurgationē acriorem delapsa oratio est, quæ profes-
 sio suū cursum lenis ac placida tenuisset, nisi in me-
 dio itinere hæc se illi certamina, & atrocioris pugnæ
 labores obtulissent. Certè quidem magni illi patres,
 quorum auctoritate nituntur, qui virginē immundi
 gurgitis ab Adamo vsq; decurrentis cœno oblitam,
 sed quamprimum tamen ablutam esse affirmant, si
 hodie viuerent in terris, se ipsi retexerent, ac virginis
 conceptionem pleno ore laudarent; neq; se tam po-
 pulo placere, & virginis studiosissimis gratificari, ac
 multitudini obsequi, quæ huic nostræ sententiæ ve-
 hementer applaudit, quã Deiparæ debitum præstare
 se officium arbitrarentur, rationibusque victi succum-
 berent, quas videret multò esse & plures & firmiores,
 quàm quas illa ætas inuenisset. Etenim Dei immor-
 talis

talís voluntate, sapientissimóq; consilio factum est, vt Ecclesia quotidie magis excolatur, certissimisq; decretis in dies augeatur. Illud omitti nõ debet, quod planè historicum est, nostramq; tractationem vehementer illustrat, S. Brigittæ virginalis conceptionis puritatem diuinitus esse monstratã, & Mariæ corpus, quod patris Ioachimi matrisq; Annæ cõgressus procrearat, singulari præpotentis Dei tum amore, tum prouidentia conformatum, eiq; infusã animam, quam item peculiari Deus consilio creauisset, mox eam, priùs quàm labes imprimitur, quàm maximè sanctam reddidisse. Angelos iam tum datos esse custodes, quorum intuenda virgine diligentiam, comitanda studiũ, colenda officii nulla humana cogitatio comprehendat. Alio verò in loco ita de virgine Brigitta loquitur (Maria de radice Adæ processit, & de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta.) quin & Deiparæ ad eandem Brigittã illa sunt verba (verum illud est, me originalis maculæ experte sine peccato fuisse conceptã) causamq; exponit eadẽ diuina Mater in quodã alio cum Brigitta colloquio. quare hæc tam diu veritas latuisset. Mea inquit, cõceptio nõ omnibus nota fuit. vt enim legem scripturæ necessitatẽ hominibus imponentẽ lex naturalis antecessit, quæ liberã cuiq; in ijs, quæ ad externum vnus Dei cultum spectarent, dabat optionem; ita diuino actũ consilio est, vt mei multis esset ambigua conceptio, quò quanto liberius cuiusq; in me studiũ esset hæc in re profitenda, tanto ei me præberem gratiorẽ. Aderit tamen ille dies, in quo veritas elucebit. Hæc ex Brigittæ visis admirandis, cuius ego non committam, vt prophetiã spernere videar, vetat enim Apostolus. De conceptione purissima, ne saxo ille quidẽ verè saxeus, qui septentrionis has procellas excitauit, dubitare voluit; eiusdem firmus assertor miser ille Desiderius est, in quo tam multa veræ religionis desideratur

Lib. 1. Reuelat. c. 9.

Lib. 5. in fine.

Lib. 6. c. 49.

Lib. 6. c. 55.

1. ad Thes. 5.

In concione de virginis Conception.

Desiderius

Erasmus in

Apologia

ad libros

Alberti p. 4.

indicia. Ita salus ab inimicis, & ab inuitis expressa veritas, quæ diu obscura esse non potest.

MARIAE SANCTITAS, ET
ortus gloriosus.

CAPVT V.

VIRGINIS munda conceptio cum inexplicabili sanctitate coniuncta maternæ fuit prærogatiua dignitatis. Non enim solum præpotentis Dei manus communem illam mortalium generis luem à sua matre prohibuit, sed eam etiã quam sanctissimam reddidit, & omni virtutum genere cumulauit. Non supremis Angelis, non Patriarchis, nõ Præcursori, non Apostolis talia, tantaque gratiæ dona & munera largitus est, qualia & quanta Sacrosancto animo virginis impertiuit, quæ cælicolas omnes longo superat interuallo. Etenim cum gratia in virgine ociosa non esset, sed negociosa semper excreceret, & mirabiliter augetur, quantam eam fuisse putabimus, quæ tales haberet & vires, & causas incrementi? itaque vera illorum oratio est, qui virginẽ cum oceano comparauerunt, cuius est immensitas admiranda. libet voluptatis causa maioris rē ab ipsis inchoare principiis. Animam, cum primùm virginali inclusa corpori est, omni peccati contagione liberrimã quædam & singularis sanctitatis claritas circumfulsit, & originalis iustitia decorauit. Igitur illius ortum ecclesia concelebrat, quæ priusquam nata est, omniũ virtutum ornamenta possedit: Bernardique ratiocinatio fortis & valida est virginem ex Matris utero sanctam produisse concludentis, cuius natalem diem festum & sacrum ecclesia veneretur. Sanctusque Ildephonus Bernardo antiquior simili argumentatione vsus idem ostēdit; (sancta inquit, est virgo, nisi enim in utero matris sanctificata fuisset, minimè eius natiuitas.

Epist. 27. 4.

*Lib. de virginitate
Maria.*

uitas colenda esset.) Sed hæc tamen gratia virginis Christi conceptione ad incomparabile peruenit augmentum. Nam Christus verus Elifæus suo ingressu hospitium donis muneribusque compleuit. Postrema tandem fuit virtutis & sanctitatis accessio cum ex his terris migravit in cœlum, quo tempore plenitudo tanta erat, quantam vllius neque oratio neque cogitatio capere possit. Cœlites & singulos, & si quibusdam Theologis credimus minimè rapidis, vniuersos anteiuit; fons enim ille primus sanctitatis fluminibus ita deinceps cœpit augeri, vt infinitū quoddam mare constiterit. Nam Dei Mater omninò gratiosa, salutaris, benefica, sui opificis amans, & proximorum, quæcunq; ageret, diceret, cogitaret, caperet, vellet, daret, pateretur, moliretur, dormiret, somniaret, ad nouæ gratiæ additamenta valebant: multaque eiusmodi erant, vt ipsa per se gratiam parerent, cœlestemque iustitiam copiosè, largèque vltro præberent. illorum namque probabilis sententia est, qui virginem cum primis illis fidelibus vel à Christo Domino, qui Petrum, Euodio apud Nicephorum teste suis manibus baptizauit, vel ab eius Apostolis saluari lauacro tinctam esse arbitrantur. Baptismo accepto etsi nihil erat quod salutaris vnda posset abluere, tamen augescēte gratia locupletior est facta, quàm esset, creuitq; maiorem in modum sanctimonia, & sacri charactere Baptismatis virginalis ille animus nouo quodam pulcritudinis splendore ac lumine radiauit. Nec dubium, quin virgo sanctissima ad illos se aggregauerit, quibus Sacrosancto die Pentecostes Sanctus Spiritus dona & charismata dispertiuit. Quis verò vel neget, vel ambigat eo tempore, ac sepè quidem aliàs noua merita, nouamque sanctitatem subinde illi accreuisse, ac tum quidem maximè, cum Sacrosanctam Eucharistiam perciperet, quæ in nascente illa Ecclesia summo cum fructu, & gaudio Spiritus quotidie sumebatur?

4. Reg. c. 4.

*Suaræ ibidem quat.
37. art. 4.
dispnt. 18.
sectio. 4.*

*Ecclesiasticæ histor.
lib. 2. c. 32.*

mebatur? Nam tria illa Baptismi, Confirmationis, & sacrae Synaxeos à Deipara sacramenta esse percepta, sancti patres vno ore confitentur, extremae Vnctionis fortassè; in hoc enim scriptorum iudicia, sententiaëque discordant; Ordinis nequaquam, quod in illum sexum conuenire non poterat, multo minùs Pœnitentiæ, cuius est materia peccatum, à quo longissimè abfuit. Cùm Iosepho quidem matrimonij vinculo iugata virgo est, sed ante Euangelij legem Christianorum connubia consecrarent. Ex his fontibus Deiparæ gratia manauit; ex hac vena thesaurus exiuit; ex hac agrorum fertilitate diuitiæ illæ virginales extiterunt, quæ, vt mihi persuado cum quibusdam haud perperam sentientibus, omnes omnium cœlitum opes antecedunt. Equidem illud Salomonis (multæ filie congregauerunt sibi diuitias, tu supergressa es vniuersas,) ita interpretor, vt existimem omnes Angelicas mentes, omnesque omnium beatorum animos in vnum locum collatos, nō esse cum Deiparæ virginis sanctitate & gratia comparandos. Quotiescunq; in Euangelica historia suæ Matri Christus loqui videtur asperius, (qui legit intelligat) vel propter illos dicta, qui aderant, quiq; Christum Deum esse nesciebant, vel loquutionem illam expectantis esset, non negantis. Quod verò concionantem Christum inopportunè Mater interpellauerit, hæreticorum commentum est, impudensque mendaciū. Vt enim demus Matrem interuenisse, tamen haud concedendum est, concionem impedire voluisse. Quare illa Christi reprehensio, vel potius præceptio in eos fuit, qui alieno tempore ad Christi cognatos respexissent, documentaq; dedit carnis cognationem cū spirituali propinquitate coniungi debere. Catholicis ex eiusmodi verbis scrupulum, quicumque erit, eximere facile est, (pax enim multa diligentibus legem tuam, & non est illis scādalum) illi verò,

quos

*Proverb.
vlt. cap.*

quos perfidiæ nox tenet oppressos, passim offendūt,
 & vti libet conuitorum monstra confingunt. Sed de
 hoc aliàs. Suscepta in hanc lucem Deipara est anno à
 mundi exordio quater millesimo septimo, placet
 enim nostri Pererij dinumeratio, Olympiade cente-
 sima nonagesima prima, anno ab vrbe cōdita septin-
 gentesimo trigesimo septimo, imperij Augusti vige-
 simo septimo, Danielis hebdomada sexagesima ter-
 tia, aut non multò secus, Anno Herodis 15. etsi hoc
 dubium & controuersum. Nam Abulensis annum,
 in quo Maria nata est, decimum quartum fuisse cen-
 set regni Herodis tyrannicè dominantis, & Iacob de
 Christi aduentu vaticinium comprobantis, Christi
 natalem diem annis quindecim virginalis ortus an-
 tecessit; nam Euodius apud Nicephorum decimo
 quinto Mariæ ætatis anno octavo Kalendas Ianua-
 rias Christum ex virgine natum esse ait; cui senten-
 tiæ, quod ad felicissimum & augustissimum Mariæ
 partum attinet, vniuersa assentitur Ecclesia. Virgo
 autem non sine diuino consilio Septembri mense
 edita in lucem est, vt Eua erratum corrigeret, quæ ex
 Hebræorum sententia in Septembri quoque ex A-
 dami primi parentis costâ, ossibusque formata vi-
 rum cum summa nostra pernicie delinuit. Natalitia
 virginis tanta prædicabilia esse lætioraque Christi-
 colis debent, quanto Christi Dei Mater Christi est
 præcurfore præstantior, cuius præcurforis diem nata-
 lem non modò Christiani, sed ipsi etiã Mahumetani
 concelebrant, erat quippè gaudium illud ex Baptistæ
 ortu ab Angelo prænunciatum. Ergo Mater Ecclesia
 lucidissimam suam auroram summa tum corporū,
 tum maximè animorum alacritate decārat. Hinc illa
 Eulogia de virgine (natiuitas tua Dei genitrix virgo
 gaudiū annunciauit vniuerso mundo.) Quod cantu-
 cum ne Græcis quidē ignoratū est, teste Sergio Hie-
 rapolita, apud quem hoc idem carmen agnoscimus.

*In Daniel.
lib. 7. qu. 5.*

*In cap. 2.
Matth. 44.
91. Gen. 43.
Ecclesiast.
historia lib.
2. cap. 3.*

Genes. 3.

Luca 1.

*De festo
Natiuitat.
Maria.*

Simile

*Cap. 6.
Ibid. c. 11.*

*Serm. 2. 6.
3. de Maria
Natiuitate.
Baronius
in notis ad
Martyrol.
2. Septemb.*

*Lib. de vir-
ginitat.
Vide Petri
Ribadeni-
ram in suo
sermone sancto.
2. Sept.*

Simile illud est eiusdem nostræ Matris Ecclesiæ (natiuitatem hodiernam perpetuæ virginis Dei genitricis Mariæ solenniter celebremus.) Locum vero Cantorum de hac aurora quidam bonus poëta apud Canisium versibus eleganter enucleat. Rationes & causas, quibus Ecclesia festum hunc diem virgini nascenti dicauerit, Petrus Damiani percenset. Hæc ferias perantiquas esse eorum demonstrat antiquitas, qui eas concionibus illustrarunt. Horum vnus Germanus est Bizantinus patriarcha, qui iam inde à pueritia sanctus, ac Deo dicatus & deuotus, & in sacrarum literarum studiis apprime exercitatus tantam nominis claritatem assequutus est, vt patres in secunda Nicæna Synodo multum eius autoritati, iudicioque tribuerint. Hic & in concione de virgine, & in explicatione psalmi quadragesimi quarti, de hoc ipso Deiparæ ortu multa sapienter admiscet; Sergius Hierapolita de eodem natali virgineo multa congescit. Harum feriarum sanctus meminit Ildephonsus. Rupertus Tuitiensis lib. 6. commentariorum in cantica ita virginem affatur. (Quando nata es ô virgo beata, tum vera nobis aurora surrexit, aurora inquam diei prænuncia sempiterni: vt enim aurora quotidiana finis est præteritæ noctis, & initium diei sequentis, sic natiuitas tua, natiuitas ex semine Abrahamæ, clara ex stirpe Dauid, ad quos cum iuramento facta est repromissio benedictionis, finis dolorum, & consolationis fuit initium.) Has ipsas ferias Guericus suauissimè decantauit. Sanctæ quidem Brigittæ reuelatum esse legimus, Deipara nascente Angelos insolita quadam lætitia esse perfusos, quàm Dei Matrem fore diuino spiritu præuidissent. quin & ipsum Adamum huius Natiuitatis præscium animo exultauisse credendum est. Idem de cæteris Patriarchis, & veteris Testamēti fidelibus ad beatam vitam referuatis debet esse iudicium. Nata hæc diuina puella longè maturius, quàm infan-

infantes pueri, puellæve solent, rationis vsu viguit, & res diuinas intellexit, idque cruditis quibusdam scriptoribus vel in vtero matris, atque adeo in ipso Conceptionis articulo verisimile videtur. Nam quod Baptistæ damus, virgini tanto excellentiori negare non debemus. Nec est dubitandum, quin quo tempore sancta facta est, Deum, Christumque cognouit, & ad illam, quæ dabatur, sanctitatem accipiendam sui se arbitrij libertate comparauerit, quæ virginis anticipata prudentia vt multis placere video & doctis & pijs, perseuerauit in virgine, neque eam nascentem, crescentemque defecit; quæ res ad ea, quæ sequuntur, facilem communit viam.

*In sermo.
Angeli. c. 7.*

TRIENNIS IN TEMPLO

sistitur.

CAPVT VI.

QUOD in libris Regum de puero Samuele, eiusque Matre Anna diuinæ nos literæ docet, illius Annæ præsignificatio quædam fuit, quæ Christi veri Samuelem Matrem paritura esset. Multa enim in vtraque historia consentiunt. Nam vetus illa Anna Eleanæ vxor lacymis, precibus, voto denique Samuelem obtinuit, & auulsum ab ubere, vt promiserat, sic memor & grata donauit. Huius exemplo, quæ multis post sæculis Anna Ioachimi vxor Mariam pepererat, votis item & lacrymis impetratam, vbi & vsu lactis abstraxerat, in templum deduxit, vt votum solueretur. De quibusdam gradibus, per quos nemine adiutore puella sancta ad altare fertur ascendisse, legendus ille author est de ortu beatissimæ virginis. Neque sola parentum sponso tale tantumque munus coëgit offerre: siquidem & ipsius diuinæ puellæ habita ratio est, quæ sese omnium rerum moderatori Deo libenter dedicabat. Nicephorus Callistus, qui Græcorum volumina diligenter euoluuit, & eruditæ

*1. Reg. cap.
1. c. 2.*

*Apud Hieronymum.
com.
4.*

*Ecclesiastici
ca. Histor.
lib. 1. c. 7.*

postero-

*Homil. de
Natali do-
mini. De fi-
de orthodo.
lib. 4. c. 15.
lib 2. c. 3.
epist. ad
Antiochen.*

*In compen-
dio.*

*Lege Epi-
phanium
presbyterū
de vita
virginis.*

*Et Anselm.
de vita itē
Maria vir-
ginis.*

*Sermo de
dormitione
Maria ho-
milijs de
oblat. vir-
ginis in tē-
plo.*

*Homil. de
Natali
Christi.*

posterorum pietati consuluit, historiam explicat copiose, Annam in suo cum Ioachimo coniugio sterilem diu fuisse, ad preces cōfugisse, quod pareret, Deo se dedicaturam, addicturamque, vouisse: voti competentem obligatam liberasse fidem, & Mariam filiam annum ætatis tertium agentem in templum deportasse, veterisque Annæ vestigijs institisse. Hoc ipsum ante Nicephorum Gregorius Nyssenus, & Ioannes Damascenus affirmant: utroque antiquior Eudodius, quem diuinum Nicephorus, beatissimum Martyr appellat Ignatius; qui Euodius primus post Petrum Antiochenæ fuit pastor Ecclesiæ, huius oblationis meminit, quæ vulgo præsentationē nominamus, Mariamque trimulam in templum esse deductam, & in illo loco, quem sancta sanctorum Hebræi appellabant, annos vndecim permanuisse. Addit porro Cedrenus, Mariam vndecimo ætatis anno parentes amisisse, templo non excessisse; si qua re indigeret, ad solam Elisabetham cognatam, & templo vicinam adiisse, literas Hebraicas superstitite etiã tum patre Ioachimo perdidicisse. Eadem à Metaphraste dicuntur. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, Andreas Cretensis, Gregorius Nicomediensis mirè consentiunt. Patrum hæc sententia cum Iudæorū consuetudine maximè congruit; qui, ut ex veterum cōstat scriptis, scæminas quasdam Deo Opt. Maxi. consecrabant, ut eius cultui vacarent solutæ curis, & humanis occupationibus liberatæ. Igitur Gregorius Nyssenus locum virginibus in Hierosolymitanò templo fuisse testatur, illum scilicet, qui esset inter altare, & templum interiectus, ibi Mariam in sacris rebus institutam affirmat, quem eundem nuptis inaccessum esse dicit, honesti, ac decori habita ratione. Ante Gregorium idem senserat Origenes, Mariamque & antè & post partum in eodem virginum loco resedisse, confirmat. Quod factum cum ab alijs reprehenderetur,

ab Io-

ab Ioannis Baptistæ patre Zacharia constanter esse defensum. Hanc historiam paulò copiosius Gregorius Nyssenus his verbis exponit, nos eadem Petro Francico Zino Veronensi interprete reponemus. (non erit intempestiuum si incorruptæ Matris testem cum, qui inter templum & altare fuit occisus, proferamus. Hic est sacerdos Zacharias, non sacerdos solum, verum etiam propheta. Hic igitur diuino numine ad occultorum cognitionem ductus cum virginitatis mysterium in partu incorrupto non ignoraret, in sacro templo virginem Matrem à loco virginibus per legem assignato non semouit, Iudæosque docuit naturam humanam vnà cum reliquis omnibus rerum omnium effectori & Regi ita subiectam esse, vt arbitrato suo eam ipse regeret, non autem ab ea regeretur. Itaque in manu ipsius esse, nouam ortus rationem moliri, quæ matrem esse virginem non impediret. Quomobrem eam se à virginum loco non exclusisse; locus autem ille erat spacium quoddam inter templum & altare. Cum igitur audiuissent Iudæi rerum omnium Regem in vitam humanam diuino ordine prodixisse, metuentes ne Regi subderentur, sacerdotem, qui hoc de ipso partu testificabatur, ad ipsum altare sacrificantem interemerunt. Hæc Gregor. non aliter Cynillus sentit Alexandrinus; subscribit eidem sententiæ Theophylactus. Gregorij Nysseni frater Basilius, idem protus affirmat. Diuus quidem Hieronym. ita huic est opinioni aduersus, vt ei somnium esse videatur, sed tot patrum vincit auctoritas, vt vera somniasse videantur. Etenim sententia hæc non à Græcis tantum, sed à Latinis etiam descenditur: Nam Tertullianus per antiquus scriptor hæc his verbis testata reliquit. (Zacharias intra altare & eodem trucidatur, perennes cruoris sui maculas siliibus assignans.) De hoc ipso Zacharia ac de vltione inter-

De templi loco, de q. re tota Baron. in apparis. cap. 38. Tract. 26. in Matth. ibidem.

Libr. aduersus Anthropomo. cap. 27. In cap. 23. Matthai. Homil. de humana Christi generatione. In cap. 23. Matth. In Scorpiaco. c. 8.

*Extat apud
Theodoret.
Histor. Ec-
clesiast. lib.
4. c. 7.*

*In compen-
dio histo-
riarum.*

*Cap. 63. in
cap. Matt.
124.*

*Lib. 1. de
institutio.
virgin.
Epistol. ad
Marcellam
& in Epi-
taphio Pau-
la.
Homil. 10.
in cap. 20.
Lent.*

*Luce 2.
Lib. 1. de
virgin.*

interfectores sequuta Valentinianus imperator me-
minit, in Epistola, quam scripsit ad Episcopos Asiae,
cuius haec ipsa sunt verba, (ne in ea, quae testamenti
Christi sunt, damna incurrat, id quod in Zachariae
sanguine eueniebat; nam funesti illi perinde ac pesti-
fer daemones, qui caedis illius socius erat, mortis suppli-
cio traditi, adueniente caelitus Rege nostro Iesu Chri-
sto disrupti perierunt.) De sede autem virginum in
templo Solymorum ita Cedrenus, (erat in templo
secretus locus arae vicinus, ubi solae virgines stare so-
lebant. Ac reliquae sane populo dimisso domum
suam redibant, Maria vero in templo permanebat, &
ab Angelo nutriebatur) haec ille. In hoc templi recessu
virgo sanctissima in lana, in lino, in bysso, & in fer-
rico sese diligenter exercuit, sacerdotumque vestes
ornare didicit, & inconsutilem tunicam, si Euthymio
credimus, apparuit. In nostra vero Ecclesia solenne
fuit, ut Christiani suos liberos immortalis Deo per-
petuo consecrarent; testis Ambrosius Eusebij lau-
dator, quod filiam nomine Ambrosiam Christo
deuouisset. Testis Hieronymus, qui Asellam, & Pau-
lam a suis utramque parentibus, priusquam nasceretur,
Domino oblatas esse commemorat. Sine retractione
affirmat Origenes, licitum esse Christiano vel seipsum,
ut in lege veteri Nazareus, vel alterum, ut Anna Sa-
muelem Deo bonorum omnium largitori dicare,
Quid? quod in Iudaeorum Synagoga mos ille inue-
teravit, ut quaedam partim virgines, partim viduae in
Salomonis templi penetralibus precationi & ieiunio
operam darent. ex hoc viduarum numero Annam
illam fuisse accepimus, quae vitae degendae tabernacu-
lum & sedem in templo locauerat, neque porta pe-
dem efferebat. De virginibus quidem idem sentit
Ambrosius; cui sententiae Machabaeorum secundus
liber videtur suffragari. Scitum illud est ex multis
Scripturae locis quaedam mulieres ad ostium tabernaculi
excubare

excubare consueſſe, quod ſanè velut progymnaſi-
 na quoddam fuit ſacræ virginum militiæ, quas tam
 multas habet Eccleſia. Apoſtolorum ætate fœminas
 plurimas fuiſſe conſtat, quæ ſe Chriſto manciparēt,
 & ſolèni ritu, ac cæremonia deuouerent. Hinc illæ ſo-
 litariæ à Philone primū, deinde ab Euſebio celebra-
 tæ. Huc illæ pertinent ſacrorum vaſorum, portarum-
 que cuſtodes, quas Diaconiſſas dixit antiquas, de qui-
 bus ſanctus Clemens Papa ſcribit, ex his, quæ virgi-
 nes eſſent, eos velari, obnubique ſolitas: quæ viduæ
 initiari, Epiphanius tradit: idem Tertullianus Apo-
 ſtolicorum temporum vicinus oſtendit. Hæc à no-
 ſtræ hiſtoriæ curſu declinatio, cōtendit, vt quātus
 virginitati & continentiæ in omni ætate, atque me-
 moriæ honor ſit habitus, oſtendatur. Cum Hebræo-
 rum verò moribus quàm hæc Virginis Deiparæ ob-
 latio conſentiat, nemo ſanus vertet in dubium. Mariæ
 ſanctiſſimæ in triennali ætatula ad templum allatæ,
 ac Deo à parentibus deuotæ feſtum diem Chriſtiani
 & in Græcia, & in Oriente iam inde à priſcis Eccleſiæ
 temporibus coluerunt. teſtes illæ ſunt cōciones apud
 Metaphraſtem patrum antiquorum Germani Byzā-
 tini Antiftitis, Gregorij Nicomediænſis, Gregorijque
 Nyſſeni. Iude hæc ad Gallorum Eccleſias translata re-
 ligio Caroli hoc nomine quinti Francorum Regis
 pietate, vt illa teſtatur Epiftola ad Nicolaum Antifio-
 dorēſem epiſcopū anno milleſimo trecentefimo, ſep-
 tuageſimo quinto. In Romana Eccleſia Pius ſecun-
 dus, & Paulus itidem ſecundus, has caſdē ſtatuerunt;
 alij antiquiores eſſe aiunt, & Cœleſtini tempore hoc
 nomine ſecundi natas eſſe contendunt: Pio quinto
 Pontifice maximo, qui iuſtis de cauſis Kalendarum
 contrahendum putauit, vt quo pauciores ſeriē eſſēt,
 eò celebrius, ac dignius colerentur, hic ex factis euul-
 ſus eſt dies, & ad breue tempus intermiſſus. Nam Si-
 xti hoc nomine quinti non tã permiſſu, quam Iuſſu

c. 3.
 Regū 1. c. 2.

Lib. de vita
 contēplari-
 ua. Eccleſ.
 Hiſto. lib. 2.
 c. 17.

Li. 2. conſti-
 tutio Apoſt.
 c. 61. & lib.
 8. c. 26.

Cōtra Col-
 byridianos.
 Lib. de caſt.

21. Nouem.

Molanus in
 additionib.
 ad Vſuard.

has eadē virginalis in tēplo præsentiaē ferias, & quasi Deiparæ incunabula eadem Catholica Ecelesia retentat animo, temporibus remissis summa voluptate ac lætitiā reuocauit, diesque ille ante ii. Kalendas Decēbris religiosus & sacer proprijs & precationibus, & lectionibus celebratur.

VIRGINIS EDUCATIO. MORES
amabiles, & naturalis pulchritudo.

CAPVT VII.

Qualis quæque substructio futura sit, fundamenta demonstrant, quæ ad templi magnificam molem, & sumptuosam, regiae alicuius amplitudinem ponendam atque firmandam solidissima iaciuntur. Cum igitur Annæ filia Deum ipsum conceptura esset in utero, ab ipso vitæ limine omni virtutum laude cumulatur: illeque animus præ ceteris, qui sunt, fuerunt, atque erunt (Christi animam semper excipio) cœlestis manu artificis expolitur. Ex hoc illa in virginis conceptione, mundiciæ, sanctitatisque præcursorio, vsus rationis in alio matris, & virtutum omnium comitatus adhuc versantis in utero; gloriosa deinde Natiuitas, exactaque trieteride, voluntarius tam pusillæ virginis, & votiuius parentum in templum aduentus, oblatioque muneris pretiosi. Non minora fuerunt, quæ deinde consequuta sunt, immo verò quanta dierum atque adeo punctorum, tanta virtutum fiebat accessio. Solent ab orationibus clarorum virorum, & illustrium foeminarum incunabula ipsa laudari, educatio ab iisdem explicatur, institutio proponitur, laudesque à teneris vnguiculis repetuntur. Hæc in nostra virgine tantā habent dignitatem atque præstantiam, vt in eis exponēdis omnis omniū eloquētia muta esse videatur. Non Samuelis disciplina puerilis, non Ioannis Bapti-

Baptistæ virilis infantia; non illa Salomonis quasi antelucana prudentia cum Mariæ principijs (rudimenta caue dicas) villo est pacto comparanda. Quæ Magnus ille Hieronymus de quarundam puellarum institutione præcipit (quid autem sapientissimus Doctor omisit) ad rerum Mariæ complexum puncti instar obtinebunt, & virginis comparatione virtutum, vitia videbuntur. Nulla vnquam tam præclare instituta puella est, nulla tantos fecit in sanctitate processus. Magistros discipula vincebat, alumna nutrices, & cum vincendi causa nihil faceret, tamen omnium victrix semper euasit. Nempe de ea canit Ecclesia (Cū essem paruula placui Altissimo.) Igitur in eade sacra non modo cum ingenti fructu, sed etiam cum singulari voluptate primos ætatis suæ annos ita consumpsit, vt in paradiso esse, ac sola cum Deo solo versari, & colloqui videretur. Itaque grauissimi Patres virginem ab Angelo altam esse aiunt, qui sacram puellam frequenter inuiferet, & familiares cum ea sermones dulcesque conferret. Neque ei illa in ætate apparitiones & cœlestia visa defuisse, Gregorij quidem Nicomediensis Archiepiscopi oratio sic habet: (ô homo admirabilem virginis, & nouam in templo viuendi rationem audiens, noli de eo dubitare, noli examinare rationis frutina, quæ capere non potest cogitatio. Vides ipsum Dei Verbum modo inexplicabili habitasse in eius utero, & contendes, fueritne alimentum, quo Maria vesceretur ex hac terrena materia concretum, an expers materiæ? Vides paterno consilio Sanctum Spiritum obumbrantem, & de Angelorum ministerio dubitabis? Nihil est dubium in his, quæ sunt castissimæ virginis; nihil est non conueniēs & consentaneum in eius admirabili vita & factis. Omnia à veritate ipsa confirmantur. oportebat enim diuinum tabernaculum huiusmodi gradibus exaggerari; oportebat agnam immaculatam tali con-

Epi. ad Lætam de instit. filia, & ad Gaule. de infant. educatio.

Homil. de oblat. virginis in templo.

In compendio historia.

*Lib. 4. de fi-
de ortho-
doxa c. 15.*

*Sabellicus
lib. 2. exem-
plo. c. 4. &
o. & lib. 3. c.
4.*

*Obscurus
locus, ide
revelationes
citatus.*

uiuio accipi, talibusque cibis satiari.) Hæcille. Cædrenus credit (temerè tamen & inconsideratè) cum media de nocte virgo anno ætatis duodecimo piji intenta precibus esset, vocem diuinam ab ea esse auditam (pariet filium meum,) cuius tamen inuolutam sententiam, (vt Cædreni vera hæc esse affirmatio queat, quam nemo doctus probat, vel potius nemo non reprobat) biennio post Angelus Gabriel euoluit verus interpret In diuina lege, & diuinis scriptis exercitatissimam fuisse Mariam & veterum sententia est, & Canticum docet, quod in ædibus Zachariæ suauissima voce concinuit. Etenim Maria tam maturè in templum adducta frugiferam oliuam, Damasceno ita contemplante, se præbuit, quæ in domo Dei confita, & diuini legiticata Spiritus imbre fructus tulit vberimos Mentem, vt idem cogitat Damascenus, ab omni profana cura, & ab omni corporis vel minima cupiditate seuocauit, animumque ab omni labe quam purissimum cõseruauit, vt eam decebat, quæ Deum ipsum in vtero esset habitura, & ventrem laturo mirabilem. Ad Mariæ autem tum industriam singularem, tum sui contemptionem admirandam illa maximè valent, quæ ex veterum traditione scriptores quidam affirmarunt, ocij negotijque ratione ita virgini constituisse, vt à prima luce ad tertiam diei horam rebus diuinis operam daret; inde ad meridiè puellare aliquod opus exerceret, & lanificio vacaret; interdum innox à cibo, qui parcissimus virgini fuit, sacram scripturam legeret, cui reliquam diei partem tribuebat. Noctis etiam horas, temporaque dispertijt, atque ita se gessit, vt momèra ipsa numerare, atque expendere videretur. Ita & caelestia sanctè curabat, & humana illa non prætermittebat, quæ salua decoti lege relinqui non possunt. Sequæ & Martham operosam, & in sancto contèplationis ocio versantè Magdalenā præbuit. Brigittā loquentem audiamus, quæ

secre
huius
pidi
uit
raro
pfo
dein
præ
vt h
char
gine
mis
min
erat
stifi
eo te
Chr
tati
arbi
pau
ma
mor
si qu
appo
dide
sine
sanè
diui
retu
silen
loqu
aur
cuit
Con
null
Cib

secre

secreta enunciat, sub ea tamen conditione commissa huic viduæ offensa virginis anima est, & incensa cupiditas, qua Deo Mariæ anima seruire semper optauit. Nam Deum in primis vt rerum omnium moderatorem & effectorem, vel in tantulo corpore, & in ipso Matris Annæ utero veneratam esse virginem; deinde vt Israelitici populi defensorem, cui fauit ille præcipuè, totis animi viribus obseruasse: Postremò vt humani generis liberatorem ac vindicem intima charitate dilexisse; vbi primum præcognouit de virgine esse nasciturum, vsque adeo diuini amoris flammis arsisse, vt nihil aliud, nisi Deum seruatorem hominum cogitaret, desideraret, expeteret. Illud vnum erat in votis, vt Messiaæ ætate viueret, atq; vt ei⁹ augustissimæ parenti famularetur. Quod Brigittæ visu de eo tempore intelligendum est, in quo Virgo propriam Christi Matrem nesciebat. Etenim ante Angeli salutationem Dei Matrem sancta virgo longè positam arbitrabatur; quamobrem qui Cædreni sententiam paulò antea à me explosam funditus eieciunt, verissima loquuntur, & iudicant. Castitatis tantus erat amor, vt perpetuam virginitatem voto sponderet, si quidem Domino consilium probaretur; etsi hoc de appolita conditione ambigua fide quidam pauè tradiderunt; quid enim conditione opus fuit in re, quæ sine exceptione laudatur? Quin & se suaque omnia sanctè & religiosè Deo dedicauit. Et cum amor ille diuinus in singula momenta magis ac magis augetur, secessum nosira virgo querebat, quietem atq; silentium, vt dies noctesque cum Deo versari ac colloqui sine interpellatione posset, optabat; linguam, aures, oculos in potestate habuit. Neque tamen tacuit sicubi fructuosè loquendi sese tulisset occasio. Corpus, quod Angelis curæ fuit, ita animo paruit, nulla vt vnquam inter vtrunque discordia esset. Cibum & potum temperantissimè sumpsit, Vigili-

Lib. 1. Resurrectionis. 10.
 & 1.3. c. 8.

liarum & laborum modum prudentissimè terminavit. Non defuit ori formæ perfectio, & admirabilis pulchritudo, quæ omnium in se oculos & ora conuerteret, sed insigni pudore, ac totius decore corporis intuentium frænabat aspectum, & ad reuerentiam sobriasque cogitationes & vultus & animos componebat. Cum Brigittæ viduæ sanctissimæ testimonio Mechtildis claræ virginis dicta consentiunt, nos quædam ex eius quodam libro vel verbo, vel sententiâ proferemus. Ut primùm animata virgo est, sanctus illam affluit Spiritus, & singulari quædam sanctimonia præditam sibi sacrarium elegit, ut rosa ab spinis aliena prodiret, & mundo tanquam sine nube Lucifer, oriretur. Eandem ab ipso Matris vtero tanta esse gratia præmunitam, ut ad omne bonum mirè propensa redderetur. Prima virtus, si eidem Mechtildi credimus, in qua se virgo rationis compos exercitavit, humilitas fuit, & actio gratiarum, quippe quæ tantis ornata donis, neque se vlli diuina hæc Pandora prætulit, & omnia Deo accepta retulerit; cum humilitate obedientiam sociavit, vtramque charitatis administram esse voluit, quæ charitas in virgine quam altissimè se extulit, & reliquarum virtutum corona fuit. Apud parentes nunquam offendit, quorum iussa magna, parua, significata, explicata compleuit, inaudita præter ætatem & annos insolitaque prudentia suas omnes actiones, gestum, morumque corporis, statum, incessum Deo hominibusque probavit. Nemo propheta, nemo Patriarcha videndi Messie ardentiore desiderio flagrauit. Pro bonis, quæ accepisset, nullus se præbuit immortalis Deo gratiorem. De corde virginis eadem virgo Mechtildis multa philosophatur, quæ causâ breuitatis omitterimus. Albertus cognomento Magnus naturalem virginis pulchritudinem tantam fuisse autumat, quanta nunquam Regina Esther, ludic,

Lib. 1.

*Et Canisius
de Beata
virgine lib.
1. cap. 13.*

Lib. de laudibus Beatae virginis.

dith, Racheli, & Rebecca, pulcherrimis est tributa matronis. Vt enim Dominus noster Iesus Christus fuit speciosus forma præ filijs hominum, ita beatissima eius mater mulieres omnes forma superauit. Hoc Nicephori ex Epiphanio presbytero. formam virginis pictura demonstrat, non quidem penicillo, sed stylo, etsi quædam peccauit interpres, dum Græcum non callet exemplar. Venetijs Mariæ virginis effigiē seruari perhibent ad diui Lucae archetypon conformatam, in ea notæ illæ penicillo expressæ cernuntur, quas oratione ex Epiphanio Nicephorus adumbravit. Meminit Cedrenus, quæ statura, qui habitus corporis, quæ virginis forma esset, Epiphanium fortasse in ea descriptione sequutus, quæ sic habet (erat statura mediocri, subfusca, fuluo crine, oculis fuluis, ac mediocribus, magno supercilio, naso mediocri, manibus ac digitis longis vestes amplexans nullo colore tinctas.) Ego vt picturam, quam vel Epiphanius, vel Cedrenus aspexerat, subnigram fuisse non abnuo, quam cereorum fumus infuscasset, ita virginem subfuscam fuisse negauerim. Non equidem colorem agnoscam in virgine sancta triticeum, quo Græcos delectatos esse video; ex quibus enim forma constat non est difficile cognitu. Conformatio membrorum vndique consentiēs, moderata proceritas, par dimensio, color suauis, candor & rubor hanc pulchritudinē gignunt, quam querimus. Quæ causa est, vt me minus illa Nicephori ac Cedreni quasi tabula picta delectet, quæ virginis lineamenta quædam fortasse adubret, (non. n. antiquitatem nō veneror,) minime tamen plenam absolutamq; Dei Matris imaginē persequatur. Augebat pulchritudinem pudor ipse virginis. Vt. n. Galatinus affirmat, nihil non decens apparebat in virgine, cuius omnia membra à vertice ad talos, omnesq; sensus rationis imperio regeantur. De oculis & aurib⁹ illud proprie eodē Galatino scriptore

*Psal. 44.**Lib. 2. c. 23.**In cōpendio.**Lib. 7. c. 5.*

dicamus; cætera generatim attingisse sit satis. Illos enim nunquam ad id, quod esset immundum, admouit; eosdem, nisi cum Deum orabat, humi defixos tenebat; has, si quid dicendum ab illo esset indignius, Prophetiæ dono diuinans antè ocludebat, si commodè abire non posset, sin autè salua comitatis lege mouere se loco liceret, maturè recedebat. Forma & species virginis intuentes atque admirantes, ad castitatem inuitabat, & ijs, quos virgo Mater inuiseret, & à quibus videbatur, pudicitiam tribuebat. Quod de Ambrósio sumptum multi ex Theologis docuerunt. Sed diuus Thomas virginis gratiæ attribuit, & sanctitati, vt eius eximia formositas incitamentum esset castitatis, naturalis enim vel modestia vel virtus non habet tantam vim, vt pudicitiae amorem in tantæ pulchritudinis aspectu sola profeminet. Nulla prorsus fuit quasi titillatio in virgine, nulla rationis pugna cum corpore, nunquam, quæ appellari caro solet, bestiolæ more calcitrauit, nunquam mens desiderij somno consopita despexit, nunquam animi remissus est arcus, sed eum semper habebat intentum. Ergo diuinitus multa cognouit, & visorum vel frequentia, vel magnitudinæ Paulum gentium Doctore lōgè superauit. Hæc, quæ de Mariæ moribus diximus, breuius tamen, quàm res tanta dici posset, confirmat Ambrosius, roborat Chrysostomus, fulcit Basiliius, tenetque Hieronymus. Petrus quidem Damiani perspicuè docet Mariam in negotiosa, & otiosa vita tam sedulo esse versatam, vt neque officiosa actio diuinorum rerum perspicientia obliuisceret, neque contemplatio relinqueret actionem, seque omnino à rerum procuracione remoueret. Talem enim eam esse oportebat, quæ morum, ac vite magistra futura esset. Quamobrem diuus Ambrosius ita præcipit. (Sit vobis tanquàm in imagine descripta virginitas, vitaq; Mariæ, in qua velut in speculo refulget species castitatis,

Lib. de in-
stit. virg. c.
7.

In 3. par.
quæst. 1. art.
2.

Lib. 2. De
Virginib.
hom. in Do-
mini Hy-
pap.

Oratio de
humana
Christi ge-
neration.

Epi. ad Eu-
stochium de
virginitat.
seruanda.

tis, & forma virtutis.) Idem iisdem propè verbis Sophronius. Richardi Victorini verba placent. (tota inquit, pulchra merito, quia pulchra facie, pulchra mente, pulchra corpore, quæ etiam principibus tenebrarum terribilis fuit.) Idem Richard^o Mariã, & in omni gratia consummatam, & in omni bono, ac dono, quod acceperat, confirmatam fuisse censet. Rupertus hanc illam esse virginem clamat, cuius vita inelyta, quod cantatur in templis, cunctas illustrat Ecclesias. Tu(inquit) virtutum operatrix, ac totius sanctæ magistra religionis, qualem nunquam oculus vidit, qualis ab initio, quando terra facta est, non fuit, neque erit in cogitationibus suis, in verbis, in factis, in omni odore suauitatis, in omni flore, & fructu honoris & honestatis. Cardinalis Cusanus virginem Mariam longè melius, quam Magdalenam ad illud vnum adhæsisse fatetur, & quod omnium erat optimum, elegisse. Idè ita concludit si Dauid eo peruenit, vt diceret, (gustate & videte quoniam suavis est Dominus) merito Deipara quanto altior omnibus Prophetis, tanto perfectius videt gustat & gustabit illum, apud quem est fons boni, qui solus est hoc bonum, quod omnia appetunt. Cusani & æqualis & amicus Dionysius Carthusianus virginem, & ab ipsa conceptione maximis bonis abundasse dicit, & ab originalis Iustitiæ perfectionem peruenisse, tum trium Theologicarum, duodecim virtutum moralium catenam & circulum absoluisse: Adamum in aureo adhuc vitæ felicitatis statu & conditione versantem superasse: Inter beatos, qui in patria viuerent, & viatores, qui eò cursum dirigerent, medium quoddam iter tenuisse. Sed quæ de originali Iustitia Dionysius affirmat, non simpliciter, sed cum quadam sunt adiunctione dicenda. Nam quod in Deipara peccati fomes ille non fuerit, quodque rationi dicto audiens appetitus fuerit, & ad sectandas virtutes, diuinaque iussa capessenda cœle-

*Sermo. de
Maria Na-
tiuita.
Lib. 2. de
virginib.
Sermo. de
Assumptio.
virginis.
Lib. 2. de
Emmanu.
Lib. 5. in
Cantic.
Li. 4. exer-
citatio in
illud Maria
optimã par-
tem elegit.
Psal. 33.
Li. 1. 2. & 3.
de praconio
& dignita.
Maria.*

si quadam procliuitate duceretur, est illius iustitiæ proprium, quã ante lapsum Adamus habuit, & quia ad intelligendum & agendum non tam facta, quam nata esse videretur. ex quo fiebat, vt omnia sanctitatis officia sine vlla corporis retardatione ac tergiuersatione præstaret, qui illius primæ iustitiæ fructus vel maximi sunt. certè quod adhæc attinet, admiranda naturæ integritate donatam esse virginem, arbitrari necesse est. at verò quoniam mœor, dolor, timor in virginem cadere poterant, & corpus mortale gessit, & fragile, non illud quidem morbis obnoxium, sed famis, sitis, caloris, frigoris & defatigationis quasi telis obiectum, cum hæc in primo illo statu non fuerint, sequitur, vt virgo Iustitiæ Originalis particeps dicenda sit, cuius primarias dotes acceperit, nostræ tamen conditionis non omnino expert, vt ex laborum dolorumque tum experientia, tum patientia maior ac splendidiior virgini corona texeretur.

IOSEPHO RESPONDETUR.

CAPVT VIII.

*Orat. 3. de
die Natiui.
Domini O-
ratio de or-
tu & edu-
catio. Dei-
para Eccle-
siasti. Hi-
storia lib. 1.
c. 7.
Hæresi. 78.
In c. 1. Mat-
thæi.*

VETERVM opinio est, Mariam post annos in tēplo religiosè sancteque traductos, Iosepho viro nobili, atque eiusdem virginis gentili à sacerdotibus esse desponsam, qui cū sponsæ virginitatis fidissimū fore custodē diuinitus præcognoscent. Hæc ita Greg. Nyssenus: quem sequuntur Metaphrastes, & Nicephorus. Sed & Epiphanius seni Iosepho non coniunctionis causa, sed legis custodia, quæ nuptias imperabat, fortibus à sacerdotibus Hierosolymitani templi daram scribit. Chrysostomus idem affirmat, ac virginē Iosepho esse desponsam, non vt coniūgeretur, sed vt seruetur, assueerat: fuisseque solenne Iudæis, vt ante ipsum coniugium sponsa in sponsi ædes traducta aliquādiu nuptias expectaret. quorūdam alio: um sententia est, Mariam Iosepho Hierosolymis primū esse desponsam, ac deinde vel Iosephi domi

domi, vel in Mariæ ædibus familiarius vixisse, priusquam solennem nuptiarum ritum de more gentis vterq; celebraret, quem post montanum illud iter ad cedes Zachariæ tandem aliquando esse peractum, placato nimirum Iosepho, & suspitione deposita, quæ vteri virginei tumor iniecerat, Angelo Iosephum à timore deducente, ac ventri illo trimestri spacio pleniorè, sancti Spiritus opus, & miraculum esse declarante. Itaque ad illud de nocte missa vox est, (noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.) Vbi Maria coniux vocatur, non propter rem vxoriam, nec quod liberis operam daret, sed ex prima fide sponsalium. Nam scriptura sponfos viros, sponsasque vxores appellat interdum. Hęc ita nonnulli, sed nihil opus est hoc nos uti perfugio. Nam quia verum & legitimum matrimonium inter Iosephum & Mariam intercessit, nuptiarum nomen, contra quam Græci quidam doctores faciunt, non est quod horreamus, perinde quasi nuptijs adiuncta sit corporum necessitas miscendo. Constat, constat inquam matrimonium, tametsi longè absit ille congressus soboli propagandæ. Nam Maria certa castitatis Iosephi (quippe Domino præmonente) eius sese fidei potestatiq; permisit. Accedebant illæ causæ coniugij, quas sancti patres verissimas, grauissimasq; percensent; Vt virginis contribulibus Iosephi ostensa profapia, nobilissimum Mariæ quoque genus appareret, partus ille diuinus lateret ad tempus, virginis fama persisteret. Quæ ventrem ferens sancto Spiritu grauidata inscientibus graue negotium exhiberet, si maritus nullus esset, quem ignara turba patrem arbitraretur. Fuit præterea tutor opus, & custos apud Iudæos, Ægyptiosque rebus præsertim aduersis, & maximè turbulentis. Hęc ita Hieronymus sequitur Originem. Vtrique astipulatur Basilus. De hoc ita Bernardus (necessario desponsata est Maria Ioseph,

Matth. 1.

*Contra Hel-
nidi. hom. 1.
Et 3. ex di-
uerso.
Homil. de
humana
Christi ge-
nerati.
Hom. 2. de
beata virg.*

In cap. 1. Ioseph, quando per hoc & à canibus sanctum absconditur, ab sponso virginitas comprobatur, & virginis tam verecundiæ pascitur, quam famæ prouidetur)
Luca. Li. 2. aliquos de sui generatione, quam de matris pudore
de consensu dubitare. Accedit illa quoque ratio Augustini præ-
Euangelist. clara, Iosephi, ac Mariæ connubium documento
cap. 1. & li. Christianis illis fuisse, qui sola animorum adhesionem
de nuptijs et contenti, ab illo suarum coniugum concubitu, refu-
concupisc. gerunt, quo liberi procreantur. Quos fuisse quamplu-
Matth. 1. rimos veræ testantur historiæ. Quod verò Euange-
 lista dicit, (antequàm conuenirent) quodq; paulò post
 adiungit, (& non cognoscebat eam, donec peperit)
 Heluidium monstrum immane, Heluidianosque
 mouebit; de quibus feris magnoperè laborandū non
 est, eas siquidem præcis temporibus Catholica con-
 fecit, & extinxit Ecclesia; Pios atque synceros verba
 illa non terrent, quibus scripturæ loquutiones igno-
 tæ non sunt. Vt merito Picus Mirandulanus idiotam
 Heluidium irriserit, qui in scripturæ sensibus Græma-
 ticos adhiberet interpretes. Nihil enim aliud vox illa
 significat (antequam conuenirent) quam eos nun-
 quam coniunctione corporum conuenisse. vox autem
 (donec) ita exponenda est, vt tempus ostendat
 æternum. Ergo illorum Matthæi verborum ex Patrum
 interpretatione, quos solos audire debemus,
 hic est sensus; non cognoscebat eam neque ante par-
 tum, neque post partum. Sunt etiam, qui ita inter-
 pretentur: non planè cognoscebat Ioseph Mariæ di-
 gnitatem, atque præstantiam, donec partum illum
 vidit admirandum. Hæreticorum quid morer ipse
 conuitia, quæ ex eorum nata sunt virijs? Qualis enim
 cuiusque vita est, talis solet esse oratio. Itaque Hiero-
 nymus ex sectarijs ac fidei desertoribus paucissimos
 esse ait, qui diligant castitatem. Testes huius verita-
 tis Nicolaitæ sunt, Gnostici, Mahumetani, & nostri
 tempo-

In Apologia
de descensio.
Christi ad
inferos.

In c. 7. &
9. Osee.

temporis Sardanapali, qui vel Sacerdotij, vel monasticae religionis desertores violatoresq; pestiferi faciū cælibatum, cui se perpetuis votis obstrinxerant, cum funestis, incestis, sacrilegis & in nuptiis nuptijs commutarunt. Nam Hetzæus Anabaptista, vt suam execrabilem & impudentiam & libidinem mundo declararet testatamque relinqueret, tredecim simul Canisio teste, duxit vxores. Bernardinus Ochinus libellos se dignos edidit, in quibus polygamia se præbet assertorē. Eundem Bucerus commendauit, vt quorundam nobilium, ac potentium in nuptijs rescindendis vel audaciae concederet, vel voluntati assentiretur. Caluinianis familiare est, eodem teste Canisio, leuibus de causis matrimonij vincula, & foedus abrumperet. Apud Lutheranos vnus maritus binas sæpè habet vxores ex magistratuū auctoritate. vix annus agitur (vt ait idē his verbis Canisius) quod è Lutherano concionatore catholicus factus est Sebastianus Fläschius Mansfeldēsis, qui certo & crebro se compertisse testatur, ministros Euangelicos, vt vocant, inter quos bonam vitæ partem ipse transegit, ad cō suis vxoribus non contentos esse, vt ad insatiabilem libidinem suam explendam iuxta Lutheri magistri doctrinā frequenter abutantur ancillis, ac aliorū etiam vxoribus vim afferant; neque rarō, (quod in Euangelicæ doctrinæ professoribus multō est sædius) mutuo suas inter se coniuges perinde ac merces commutare soleant) hæc ille. Cum his insanis, vel vt melius dicā, furiosis depugnare non est mihi consiliū, quos ipsis Iudæis atque Ethnicis stultiores, hebetioresque esse reperio. Illi enim Esseos testificari suos possunt mirificos voluptatum contēptores, quibus teste Iosepho, nulla vnquā coniugia placuerunt. Hi Platonem Ini Tarētini, Crissi, Astici, vel Chrysoni & Astili, vt in alijs eodicebus legitur, Diopōpi, & aliorum cælibum præconē & laudatorem habent, quod voluptates cō-

*De B. Virgi.
lib. 2. c. 11.*

*Ibid. cō eis
fermè ver-
bis.*

*Lib. 1. de
bello Iudæi-
ca. 17.*

tinencia

tinentia ita superassent, vt sceminam ne videndam
 quidem putarent, & quidquid esset sceminæ simile,
 cautè sapienterque defugerent. Scitum est illud He-
 siodi, virum coniugij expertem felicem appellantis.
 Nam liber lectu optimus, vt dixit antiquitas, & ex
 ambigua voce festiuitas. Quare nunquam satis Ma-
 riæ, authore Christo, laudari virginitas poterit, quæ
 non modò solutis, sed etiam coniugatis lumen præ-
 tulit admirandum. Morum porò Iosephi sponsi, op-
 portunitas magno & solatio & adiumento virgini
 fuit, quem perpetuè quoque virginitatis flore dona-
 tum fuisse verior patrum sententia confirmat. Estque
 maximè obseruandum illud Athanasij dictum, non
 alibi, quam apud Christianos caeleste Virginitatis
 seruari consiliu, atque in eo inquit, magnum docu-
 mentum est, apud nos veram esse religionem. Senex
 ne an iuuenis Iosephus fuerit, non est magnopere la-
 borandum. Etsi illis minimè assentior, qui octogena-
 tium fuisse contendunt, quando sponsus factus est
 Virginis. Non enim tam exacta ætas cum diuinis
 consilijs celandi partus, fallendi humani sensus at-
 que iudicij, Christo & Mariæ seruiendi, procurandæ
 domus, serendorumque onerum congruebat. Se-
 namque Christi alumnum primò, deinde quasi pæ-
 dagogum diligentissimum, tum Mariæ sponsum ca-
 stissimum, demum vtriusque administrum fidelis-
 simum præstitit, laboresque pro Christo innumera-
 biles exantlauit. Cedrenus Iosephi vitam ad Christi
 baptismum perducit, mortuamque affirmat anno æ-
 tatis centesimo decimo, Epiphanius nonagenarium
 obiisse narrat. Neutria nobis opinio satisfacit; quod e-
 nim longiorem vitam Iosepho damus, eò Virginis nu-
 ptias minus facimus tempestiuas. Cū ratio ipsa per-
 uincat; Mariam neq; adolescentulo nupsisse Iosepho,
 quia sacrosanctæ virginis grauissima honestas repu-
 gnabat; neque admodum natu grandi, quia Deiparæ
 necess-

*In Apolog.
 ad Imperat.
 Constant.*

*In cõpendio.
 hares. 78.*

necessitas ob stare videbatur. Sed quoniam venerabilis antiquitas est, liberum cuique relinquimus opinandi locū. Ante mortuum Christum è vita migrasit, nō obscurè Euangelista Ioannes ostendit, dum testatur Mariam veluti viduam (nam hoc eam nomine appellat Hieronymus). harissimo discipulo à moriente Christo vnicè commendatam. Hæc multorum sententia est; Diuus tamen Cyprianus ad Christi patientis tempora peruenisse dicit; idē sensit Augustinus: hos Hieronymus Vida sequutus in suis de Christo patiente carminibus Iosephū cum Pilato loquentem facit, & Christi res gestas à primo ortu repetentem. Nam in re tali si illa sine auctoritate finxisset, meritò posset reprehendi. Ego sanctum Mariæ sponsum cum sanctissimis quibusque comparo, & quanta eius sit gloria dies ille monstrabit, in quo secreta pandentur. Nec enim potest non esse sublimis, cui pater cœlestis suum filium commendauit. Ioannes Gerson vitam sancti Iosephi carmine heroico celebrauit, testatur Abbas Tritheimius se de Iosephi laudibus librū confecisse, & addidisse Rosarium ex præconijs meritorū. De donis sancti Iosephi librum accuratè scripsit Isidorus de solanis ex Prædicatorum illustri familia.

MARIÆ PERPETVA VIRGINITAS.

CAPVT IX.

ET operis me breuitas admonet, & lectorum morosa cogunt fastidia, vt, quæ sunt in vulgus nota, præteream. Sed mariæ tamen perpetua virginitas etsi in earum numero rerum reponenda est, quas gens Christiana decantatas habet, tamē eius & recordatio suauissima est, & iteratio valde salutatis. Quare verendum non est, ne hæc res repetita displiceat Christianis præsertim, ad quos partim informandos, partim inflammandos nostra hæc omnis incumbit oratio. Mariā & esse, & permanere virginem Deus voluit, vt suam potentiam maximè hoc

c. 19.

*Contra Heluidium.**Ser. de pass. Domini.**Sermo. de tempor. sz.**lib. 2. epist.*

*Epi. ad He-
ronē Diaco.*

*Genes. 3.
Lib. 2. test.
aduersus
Iuda.
Psal. 131.
Lib. 3. ad-
uersus S.
Maria.
Isaia 7.*

hoc Virginitatis fœcundæ miraculo demonstraret. Quod multo maius exquisitiusque fuit, quam reditus ad vitam mortuorum, utque prioris Adami similitudinem conseruaret. Quoniam alter è Virginali terrâ factus, alter ex Virgine procreatus est. Decebat namque, quod martyr docet Ignatius, rerum omnium conditorem non consueto uti partu, sed insolito, & cunctis admirando: qui diuinitatem à solo Patre Deo, humanamque naturam haberet à sola genetrice. Quin & puritatis authorem ex purissima Virgine nasci necesse fuit, ut quam munditiam nobis ex cœlo deportabat, eandem nascendi tum nouitas, tum puritas declararet. Atque etiam Matris virginitas spōse Christi, id est Ecclesiæ virginitatis quasi prænuncia fuit, quam nulla libido improborum, nulla adulteria hæreticorum, nulla stupra ebriosorū maculatura essent, ac florem libatura cœlestem. Virginitatis Mariæ quasi typos habet scriptura permultos. In illo enim, uti iam exposuimus, originum libro mirabili, insidioso serpenti Deus non viri scœrum aliquem, sed fœminæ minitatur. Quem locum Cyprianus obseruat, & Virginei partus prædictionem admirabilem in eo esse contendit. Eodem referri illa potest diuina promissio (de fructu ventris tui ponam super sedem tuam) Quæ verba Tertullianus premit, ac Mariæ vterum, quæ Dauidica futura esset, intelligit. Augustinus in eiusdem psalmi enarratione, de fructu (inquit) ventris, quia de fœmina natus est Christus, quod vir non accessit. Quid illa Dei vox & aperta promissio? (ecce virgo concipiet, & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emmanuel.) Quid illustrius, quam quod Euangelicus propheta Isaias hoc in loco non solum de virginis conceptione, sed etiam in partu prædixit? quod sanè vaticinium Matthæus in Maria constituisse affirmavit, docuerunt Apostoli, Martyres sanguineis literis exararunt, Doctores vno quasi

qu
rib
con
C
set,
nir
feru
nih
ma
De
cele
pœ
lem
lito
ant
lum
ipsu
di re
dic
can
uide
culo
tum
app
cred
affir
Hec
Vsi
de q
ercit
stim
and
expe
tū,
Mess
Acco

quasi ore dixerunt, & vniuersa Ecclesia tot iam labē-
 tibus annis & seculis tanto consensu vbiq̄ terrarū
 confitetur. Euangelicus ille Simeon, si Nicephoro &
 Cedreno credimus, cum in hūc Isaiæ locum incidisset,
 de vaticinij veritate cœpit ambigere, hæsitanti boni-
 ritas diuina succurrit, viroque cætera recto, legis ob-
 seruatori dubitationem sustulit, nempe Dei potēti
 nihil esse difficile, Messiaē dignitatē exigere, vt eius
 mater virgo sit, nulloq̄ matris interuentu clarā
 Dei soboles generetur. Quæ cum docilis illa mēis
 celeriter attriuisset, virginem amabat, cogitabat, ex-
 pectabat, quæ salua pudoris integritate Emmanue-
 lem editura esset in lucem. Quin & ipse rerum mo-
 litor ac prouisor Deus Simeoni fore promisit, vt non
 ante diem obiret extremum, quam Isaiæ id oracu-
 lum re ipsa compleri, perficique vidisset, ac virginis
 ipsum eundem filium oculis aspexisset, vnde mundi
 remedium, salusque penderet. Igitur Simeon hunc
 diem votis omnibus expectabat. Hanc virginem &
 eandem genitricem animo, ac mente præcepta pro-
 uidebat, hunc diuinum partum sibi ponebat ante o-
 culos, dies, noctesque Messiaē præstolabatur aduen-
 tum. Multi ex Iudæorum magistris, quos Rabbinos
 appellamus, virginēi partus inexplicabile mysterium
 crediderunt, Messiaēque matrem virginē esse futurā
 affirmarunt. Ex eo numero Berachias fuit, Iodannus,
 Heccadus, Huma, & Chaldaeus Paraphrastes, Ionathā
 Vsilieus filius vir maximi nominis apud Hebræos,
 de quibus Petrus Galatin⁹ vir in Hebraica lingua ex-
 ercitatissimus copiosè disseruit. Qui nō vno Isaiæ te-
 stimonio contēti multa alia scripturæ loca ad hanc e-
 andē Christi Matris virginitatē asserendam sapienter
 expenderunt. Nā qui primum hominem ex terra fi-
 ctū, Euam ex Adami eductā costa meminissent, in
 Messiaē generatione creduli & faciles esse debuerunt.
 Accedebat vetulæ Saræ partus ille mirabilis, quā gignēdi

*Ecclesiast.
 hist. c. 12.
 Libri primi.
 in cōpendio
 historia.*

*Li. 7. de ar-
 canis catho-
 lica verita-
 tis, & lib. 2.
 c. 2.*

*Cateches. 12**Exodi. 4.**Epist. 81.**Exo. 14.**Iosue 8.**Nium. 20.**Reg. 4. c. 6.**Serm. 14. de**Natali Do-**mini.**Lib. 14. in**Esaï.**cap. 19.**De institut.**virgi. c. 13.**cap. 32.**Hom. 2. in**Missus est.**cap. 1.**Li. 3. aduer-**sus hareses.**cap. 28.**Li. 3. in Oseã**cap. 1. l. 1. cõ**mẽtar. in**Cant.*

nendi vis ipsa defecerat. Atqui sterile peperisse fatebantur, virginalem fœtũ negare non poterant. Aut enim, Cyrillo argumẽtante, vtrumque inficiandum est, aut vtrũq; concedẽdum. Hoc certe Mosis illa manus in varias formas figurasque mutata credibile facit; hoc idem ex virgine concepti Verbi mysteriũ, vt Ambrosio videtur, dubitare nõ possumus, qui maris fluminisque fugã in diuinis libris lætitamus, fontem ex petra erupisse scimus, ac ferrum natauisse recordamur; testem citabo Elisaũ, cui Iordanẽ trajiciẽti Eliã vestis pro cymba fuit. D. quidẽ Aug. ad vrgẽdos Iudæos incredulos his vitur argumẽtis, Lex sine graphio in tabulis diuinis incisa est; Aaronis virga refioruit; vtraque res Virginis sine viro partũ adũbrauit. Et nimirũ hanc habet vim panis ille in solitudine quẽ nullus scũuit agricola, fons signatus, hortus conclusus, Mosis rubus, vellus Gedconis, partus virginalis symbola fuere præclara. Iã Esaiaẽ radix, de terra fictiente Hier. interprete nihil aliud significat, nisi Christum ex virginis vtero prodeantem. Hoc sibi voluit illa eiusdem Esaiaẽ nubes agilitate prædita, vt Ambr. videtur, quã iccirco leuis dicitur, quod Dei mater cõiugij pondus, molestiasque nescierat. Hęc est illa fœmina virũ circumdans apud Ieremiam. Quẽ virum Deum à virgine conceptum D. Bernardus exponit. Maria Danielis ille mons est, vnde sine manibus, Irenæo teste, lapis exciditur. Ille autẽ vêtus ab Oseã prædictus à deserto persians, Hieronymo explanante, Christus est, qui ex virginis aluo prodiuit, quã deserti nomine significatur, propterea quod nihil ibi solertia humana consequit. Etenim virgo eum edidit, qui se in Canticis campi florem, & lilium conuallium appellauit. De quo ita Rupertus, (verẽ Christus flos campi, & lilium castitatis, quia puer mundissimus, & præ filiis hominum forma speciosus, flos in tali campo exorians, qui nec aratro scissus, neque sarculo defos-

sus,

fus, neque manu hominis satus, tamen florem tulit
 medicamentum animarum, cui nihil potest compa-
 rari.) Ergo S. Ambrosius carnem Christi sine opere
 vocat, Græcam sequutus dictionem, idque ostendit
 ex Dauidis versu: inoperatū cum viderunt oculi tui,
 pro quo nos legimus, imperfectū. Huc spectat quod
 Oseas sub Messiae persona loquitur: Ero quasi ros Is-
 rael. Etenim ros puro & sereno cœlo, nulloque crasse
 nubis oppositu stillans flores aspergit, herbasq; lacti-
 ficat, nec est qui illius præuidere, ac præsentire adue-
 tum queat; similiter Christus tacitis vestigijs in virgi-
 nis illapsus est vterum. Id quod Rupertum minimè
 fugit. Neq; sine causa Christus vermis à Davide nū-
 cupatur, nam vt vermis existit è terra, ita Christus de
 sola natus est virgine. Hæc Origenes, Maximus, &
 Bernardus. Quod verò de Davide scriptum legimus,
 (ipse quasi tenerimus ligni vermiculus) mirificè
 quadrat in Christum. Nam iridem vt lignum ex sese
 gignit, procreatque vermiculos, ita beata Virgo de
 radice Iesse Christum protulit nullo opere nuptiali.
 Quid? Porta Ezechielis nulli viro peruisa, per quam
 Dominus penetrauit, nonne virginitatis Mariæ testi-
 monium dat, eamque vel contumacissimis persua-
 deret? Neque vacat mysterio, ter clausam hanc portam
 à Propheta repeti; vt intelligamus Messiae parentem
 ante partum, in partu, post partum virginem fuisse,
 neque vllò vnquam tempore integritatis laudem
 perdidisse. Hæc est Chrysostomi de hac Ezechielis
 porta sententia; ita Hieronymus iudicat, obscuri hu-
 ius Prophetæ mirus interpres; hoc idem sentit Am-
 brosius, cuius allegoriæ prædicantur; non dissidet
 Augustinus disputator acerrimus. Non est omitten-
 da Eliæ pueri visio, qui nubeculam è mari extitisse
 dixit, in qua vestigium hominis apparebat. Qui lo-
 cus ad Mariam maximè pertinet, quæ ex mundi flu-
 idibus homo nata surrexit, à quibus se quam altis-

*In enarrat.
 Psal. 138.
 cap. 14.*

Li. 6. in Ose:

Psal. 22.

Hom. 14. in

Lucam. Ser.

de Domin.

palma.

Ser. de Pass.

Domini.

Reg. 2. c. 23.

cap. 44.

Hom. de Io.

Baptista.

In cap. 44.

Ezechielis.

De institut.

virg. c. 8.

Sermo. 2. c.

14. in nat. a.

Domini.

simè extulit: qui autem neque cū Iudæis hallucinatur, neq; cum desertoribus, ac fugitiuis insanit, neq; gentium cæcitate caligat, hominis vestigium videt in nube, id est humanæ naturæ veritatem agnoscit in Christo, quam de virgine sumpsit. Hæc ita Ioannes Hierosolymitanus exponit Rabbini illi, quibus Messiaë matris perpetua virginitas incredibilis visâ non est, ad hanc veritatem asserendam cum alia, tum illud Salomonis accommodant. (Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam naui in medio mari, viam viri in adolescentia sua) quod postremum alij vertunt viam viri, id est fortis, & potentis in Alma, hoc est virgine. Quæ omnia illi referunt ad Messiam, cuius futura esset miraculosa cõceptio. Mariam sacri doctores ex ipsis Euangelij verbis (quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco) & voto virginem, & vouentium primam extitisse demonstrant. Quæ res Deiparæ Euangelicarū virginū principi laudē peperit immortalē. Nam huiusmodi virgines voti sanctitate obstrictæ, magistra ac duce Dei Matre, sēper in Ecclesia floruerunt. Quarum tum in priuatis ædibus, tum maximè in monasterijs tanta olim frequētia fuit, vt perfidi Manichæi Episcoporū piam studium calumniarentur, quod eorum suasu propè maior in Catholicis Ecclesijs sacrarum virginum numerus esset, quā mulierum reliquarū. Quod sanctus Augustinus apertissimè tradidit. Ambrosius quidē affirmat pauciores homines in Occidentis Ecclesijs se viuo fuisse natos, quam & in Oriente vniuerso, & in Africa, quæ tertia mundi pars est, virgines consecrari solerent. Ex Iustino & Athenagora scribit Canisius vtriusque sexus innumerabiles fuisse in cœlibatu & castitate firmissima ad mortem vsque permanentes; Ipsumque consecrandi virgines ritum exponit ex media Ecclesiæ antiquitate repetitum. Et

Lib. de institutione monacho.

Pron. 50.

S. Ildephonsus. Serm. 5. de Assumptio. Maria.

Luc. 20.

Bernardus Ser. 4. de Assumptio. Amb. de Instit. virg. cap. 5.

Lib. 30. contra Faustū Lt. 1. & 2. de Virginitate.

Lib. 2. de beata virg. c. 4.

eas, quæ se cæremonijs illis, votoque immortali Deo
 dicassent, innubiles fieri. Nimirum Deipara virginū
 & dux & Regina cunctarum ad talem, tantamque
 virtutem viam munivit; quodque antea probrosum,
 & maledicto obnoxium videbatur, vt id honestissi-
 mum fieret, & in summa laude poneretur, Christia-
 nisque per omnes ætates, & in omnibus hominum
 ordinibus familiare esset, illa perfecit. Hinc illi sancto-
 rum Eunuchorum greges integro corpore, qui ani-
 mum procul à sensibus abduxerunt, & quam natu-
 rali potentia voluptatem capere poterant, ab ea se vo-
 luptate spadones planè Euangelici in perpetuū refre-
 narunt. De quibus Athanasius & Basilius illud Pro-
 phetæ regalis intelligunt, (Adducentur Regi virgines
 post eam) Affirmat Epiphani⁹ sua ætate multis mo-
 ris fuisse virginibus, vt in nomen Mariæ quasi iuran-
 tes castitatem seruare, ac seipsas continere studerent.
 Itaque Bernardus (Castissima, inquit, virgo Mater in
 confinio vtriusque legis votum consecrauit perpetue
 & integerrimæ virginittatis; offerentur Regi virgines,
 sed post eam. nam primatum sola vendicat sibi) vo-
 tum autem, vt Augustino videtur, virgo ante saluta-
 tionem Angelicam nūcupauit. nam vti diuus Tho-
 mas censet, Maria multò ante sponsalia virginittatem
 adamauit, suamque voluntatem diuino arbitrio per-
 misit. voto verò, postquam Iosepho desponsata est,
 ante Gabrielis tamen aduētum sese libens obligauit,
 cognita iā diuina voluntate, Iosephoque annuente:
 quod ne Bullingerus quidem negat inimicus Eccle-
 siæ, qui & Iosephum eiusdem propositi consortem
 fuisse confitetur. Enimuerò si scriptoribus credimus
 numero multis, auctoritate permagnis, hoc votum
 matrimonio præcucurrit, quod votum nimis serū vi-
 debatur esse post nuptias: quib⁹ nihil inde virginittati metu-
 eret, præmonita à Deo. Quin & ipsa virginittas, quæ

*In Euang.
 de sanctissi-
 ma Deipa.
 In psal. 44.
 Hæres. 78.
 In Ser. Si-
 gnū magnū.*

*Li. de virg.
 cap. 4.
 In 3. p. qu.
 28. art. 4.*

*Lege Fran-
 ciscū Suarē*

*ubi supra.
Esaiâ 7.*

perfectissima virt⁹ est, sacrosanctæ puellæ ab ipso etatis initio, sine vlla cõditione cordi fuit, quæ necessario nõ erat in re optima promittēda, lege præsertim si nõ iubente, certè nõ vetante: aderat oraculorũ, & scripturæ clara notitia, quæ scriptura Messia: matrē virginē fore prædixerat. Qui ita sentiunt, & Mariæ dignitati seruiūt, & virginitatis vim magnitudinēq; perpēdūt.

SALVTATIO ANGELICA, ÆTERNIQUE VERBI CONCEPTIO.

CAPVT X.

GABRIELEM præpotentis Dei ad sacrosanctam virginem oratorem & legatum veteres Theologi tũ Archãgelũ, tum sui ordinis Angelorum præfectum ac præsidem appellarunt. Diuus Greg. summum Angelum dicit, & summa nunciantem. Quorum vtrumque si mihi ipse crederē, libentissimè darem, nunc trita pergendum est via, & alterum D. Gregorio dandum, alterum interpretandum. Non enim summus est Angelus, si ei Michaelē cũ quibusdam scripturæ interpretibus anteponimus, sed suorum prius, quem in modum Damasceni intelligēda sunt verba, Gabrielem, Angelorum principem appellantis. Diuus Thomas ex vltima Hierarchia fuisse opinatur, suiq; ducem, moderatoremq; cœtus, atque collegij, & eorum maximum, qui funguntur munere nunciorum. mihi illa admodum placeret opinio, qui Gabrielem aut summum, aut ex summis esse contendunt, si canescere cœpisset, & roborari vetustate; cui tamen ex antiquis patribus non pauci videntur suffragari. Sed nouitatis inuidiam cõsultò fugimus, & virginalem hanc historiam ab omni offensione quoad poterimus, vindicabimus. Adsit illa nobis, pro cuius gloria conscribitur. Dei ad homines mandata quam sepè Gabriel attulerit, ex scriptura cognoscimus, neq; tacet Origenes Gabrielem diuino consilio ad hanc p̄detrosissimã legationem

*Ser. de Assump. Virg.
3. P. qu. 5.
ar. 2. ad 4.
Hesichius
Homil. 1. de sancta Dei pa. Andreas
Hierosolymitanus
Archiepisc.
Homil. de Annuntiatione,*

nē potissimum esse delectum, qui in bellis gerendis
 numinis volūate antesignanum agere solet, ipsoq;
 nomine cōmendetur, quod Dei virtutem, fortitudi-
 nemq; significet, teste Hieronymo. Quamquam, si
 Proculo credim⁹ præfuli Constantinopolitano, alia
 nominis huius est notio, quæ cum ipsa missione cō-
 sentit. Gabriel enim, inquit ille, Deus & homo; itaque
 vertit ex Hebræo. Et quidem Gabrielis maxima il-
 la laus est, quod à Sūmo Deo ad summū conficiendū
 trāsigendūq; negocium ad terras destinatur,
 Dominatoris supremi mandata sapienter exponit,
 iussa ad vnguem exequitur, & grauiſſima legatione
 perfunctus Euangelicæ gratiæ prima ponit funda-
 menta. Nihil nuncio illo felicius, ministroq; com-
 modius, qui cum ad virginem additam, atque secre-
 tam penetrasſet, & à salutatione perhonorifica suam
 esset legationem auspicatus, de quæ cœlestibus arca-
 nis virginem docuisset, voluntatemq; Dei pateſe-
 cisset, item à pijs omnibus tot seculis expectatam, desi-
 deratamq; perfecit. Alas Gabrieli pictura semper
 apponit, non quod pennas, vt bene Chrysostomus,
 Angelus habeat, cuius forma digito demonstrari nō
 valet, sed ob sublimem, excelsamq; naturam, vt quæ
 cū è superno domicilio ad terras quasi volatu quodā
 lapsū esse gratissimis animis reputemus. Sancti do-
 ctiores salutiferum Gabrielis cū Maria colloquium te-
 terrimi Angeli mortifero; cū virgine Eva sermoni sa-
 pienter opponunt, vt contrariarū rerū conflictus &
 pugna Dei immortale beneficiū magis illustret. Nā
 quæ maximè aduersa sunt, contentione fiunt clario-
 ra. Missus est, inquit Bernardus, Coluber tortuosus à
 diabolo, vt venenum per aures mulieris in ipsius mē-
 tē trāsfunderet, vt sic refuaderet in toti⁹ posteritatis
 originē. Missus est Gabriel Angelus à Deo, vt verbum
 patris per aures virginis in vētrē, & mentē ipsius eru-
 starct, & eadē via intraret & antidotum, qua venenū

*Bernardus
 Homil. 2. de
 Annūciat. 2.
 Daniel. 9.
 C. 10. cap.
 lib. de Trin.
 Li. de nomi-
 nib. Hebr.*

*Hom. de in-
 cōprehensi.
 Dei nat.*

*Ser. 2. de fe-
 ſto Pentec-
 costes.*

*Serm. 1. de
Natiuita.
virginis.*

intrauerat. Petrus Damiani Gabrielē Archangelum & Ioannem Euangelistam duobus leonibus comparat, quorum alteri dextræ virginalis, alteri sinistræ sit ab immortalī Deo custodia demandata. Nam Gabriel mentem, Ioannes corpus virginis vigili cura seruauit; qui propter rugitum altisonæ vocis non infensē leones appellantur. Quantus Mariæ pudor esset, qualis amor virginitatis, quanta modestia, quanta denique prudentia, in hoc cum Angelo sermone monstrauit. Eam Angelus vt sacratissimum, atq; augustissimum Dei templum suspicit, obseruat, reueretur, honorificentissimis titulis, verbisque salutatur, distante Spiritu sancto, cuius ipse paranympus erat. Salutata, atque honestissimè appellata sese virgo demittit, in respondendo ita prouida, vt omnia circumspectat examinetque ponderibus. Cui tantum honorem æterna illa Patris sapientia detulit, vt non prius redēptionis nostræ mysterium inchoauerit, quam eidem post hominum memoriam saluberrimo, & maximo operi assensū Deipara est, seq; liberationis nostræ prebuit adiutricem. Decebat enim, vt virgo purissima sciens volensque mater fieret Emmanuelis. Annuentis illa vox fuit. ξ Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. ζ Quibus in uerbis, mirū quantæ, quam multæ, quamque mirabiles uirtutes elucebant; quas illis speculandas relinquimus, qui non historiam pertexerūt, sed de uirginis rebus scribunt cōtiones. Gabrielis aduentus uirgini nouus non fuit, quā idem solebat inuisere, vt est author Ambrosius. sed ipsa legatio. Sunt qui dicunt propriā Gabrielis Angeli naturā uirginis oculis patuisse. Quod & si de Maria tantis ornata muneribus incredibile uideri nō debet, tamen scriptorum tritum cursū sequenti diuerticula curæ non sunt. Doctorū cōmunitatis sententiā est, Gabrielis cū uirgine colloquentis aspectabilē uiri figurā & formam fuisse, uel, vt eidē placet Ambrosio, uirilem

Li. 2. de uir.

*Li. 1. offic.
c. 18.*

nilem quidem speciem, peregrinam tamē atque inu-
 firatam: Censet Augustinus, rerum tantarum annū-
 ciatorem Angelum habitu, incessu, amictu virgini se
 mirabilem ostendisse, & si virginem non tam visā,
 quā verba turbarunt, non agnoscentem laudes il-
 las, quibus ab Angelo cohonestata est. vtrumque da-
 re possumus, vt non solum salutandi nouitas, sed i-
 psa etiam virginem Angeli noua forma commoue-
 rit, qui solito splendidior apparuit, vt legationis di-
 gnitatem fulgor ipse monstraret. Neque tamen de-
 sunt, qui affirmant, speciem hanc fuisse terribilem,
 virginemque non Angeli ore, sed oratione commo-
 tam, quæ de sese quā infirmē sentiebat. Intrasse An-
 gelum Euangelista testatur, quæ vox virginalem ve-
 recundiam, solitudinem, recessumque declarat. Non
 enim se foris ostendebat, sed domi potius latitabat,
 & sacris vacabat studijs. Quod ne Loffius quidem
 lutulenti illius Germaniæ vexatoris, deceptorisque
 discipulus inficiari est ausus, teste Canisio. Salutatio-
 nem Angelicam cum Elisabethæ eulogio de virgine
 ad Mariam in primis honorandam, tum imitandā,
 postremō deprecandam nullo non loco magistra Ec-
 clesia & præceptrice Christiani reuerenter vsurpant.
 Quamobrem Bernardus de virgine loquens non re-
 cedat inquit ab ore, non recedat à corde, & vt impe-
 tres eius orationis suffragium, non deseras. conuersa-
 tionis exemplum. ipsam loquens non deuias; ipsam
 rogans non desperas; ipsam cogitans non erras. Hæ-
 stenus ille dulcis. Semper enim docuit Ecclesia sola
 Mariæ inuocatione nobis non esse vitendum, sed &
 imitandi studium, quoad eius fieri possit, ad bene
 sancteque viuendum adiungi oportere. Ergo Euan-
 gelica mulier, quæ Mariæ ventrem laudibus extule-
 rat, hoc à Christo responsum accepit, eos demum
 per beatos esse, qui Dei verbum tum audirent, tum
 maximè custodirent, Mariæ scilicet prædicatæ, lau-
 datae

*Serm. 14. in
 Nat. Dom.*

*Petrus
 Chrysologus
 Serm. 140.
 Luca 1.*

*Lib. 3. de B.
 Virg. cap. 1.*

*S. Bernardus.
 Hom. 2. de
 Maria vir.*

Luca 11.

dataeque vestigijs, insistentes, quae & Dei voces diligenter attendit, & ad illorum praecceptorum, quae audisset ac percepisset, rationem & regulam, suam vitam omnino conformauit. Virginis vero praestantiam, celsitudinem, dignitatem ex Angelo discimus, cui gratia plenissime Dominus praesto est, vel potius ipse Dominus inest, quae propter ceteras mulieres grata & chara rerum omnium parenti Deo pro reliquis omnibus adoratur. Veruntamen Mariam Dei matrem esse naturalem, tantam habet velut in picturis eminentiam, quantam neque hominum oculus, neque Angelorum acies valeat intueri. Nullius eam intelligentia capit, mens nulla comprehendit. Simulatque virgo consensit, & illius orationis { fiat mihi secundum verbum tuum } pronunciantem finem fecit, verbum, quod diuinam naturam hypostasis est, ita humanam naturam assumpsit, ut vna & eadem esset diuinam naturam, humanaeque persona. Quo factum est, ut tam admiranda coniunctio vtriusque naturae actiones, & proprietates conseruaret: & in hoc quidem mysterio quaedam supra naturam ordinem, quaedam naturam vi effecta esse Christiani contemplantur. Nam quod ex purissimo virginis matris sanguine Christi corpus formatum credimus, in eo naturam humanam agnoscimus, cum illud omnium hominum corporibus commune sit, ut ex materno sanguine coagmentata concreverat; illud naturam ordinem, & humanam intelligentiam superat, ut ad inuolatam virginis assensum sanctissimum Christi corpus formatum sit, ei que anima rationis compos infusa, atque in ipso temporis articulo perfectus Deus, homo perfectus extiterit. Hoc autem nouum fuisse & admirandum Spiritus sancti opus, nemo dubitare potest, cum seruato naturae ordine nullum corpus, nisi intra praescriptum temporis spacium, hominis anima informari queat. Deinde vero illud accidit maxima admiratione dignum, quod ut primum cum corpore anima coniuncta fuit, ipsa etiam diuinitas cum

*Ex Romano
catechismo
in expositione
Symboli.*

corpore & anima copulata est, quare simulac corpus formatū, atque animatum est, corpori & animæ diuinitas adhæsit. Ex quo fit, vt eodē tēporis pūcto perfectus Deus, & perfectus homo esset, virgoque Sanctissima verè & propriè Mater Dei & hominis diceretur, q̄ eodē momēto Deū & hominē concepisset. Et nimirum hæc illa est Ieremiæ prædictio. ξ mulier circūdabit virū. } plane virum, cuius anima vbertimam Spiritus Dei copiam, atque omnem charismatum abundantiam acceperit, ipsaque in nos plenitudo redundarit. Quare nulla est felicitas, nulla fertilitas, quæ cum sœcunda Mariæ Matris alio possit comparari. Sola enim suum, rerumque omnium genuit creatorē.

Vt meritò dicere possit, ξ qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. } Bernardus, ξ quod verò, inquit, Deū, & Dei filiū genuit, vt idem ipse Deus, atque hominis filius vnus omnino De⁹, & homo prodiret ex Maria, abyssus est luminis, nec facillè dixerim, quòd vel Angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiā non caliget. } Diuus Thomas dicere non dubitat, infinitatem quandam illi personæ, quæ Dei mater est, attribui oportere. Si enim, quo altior est filius, cò dignior mater censenda est; quis ambigat, quin filij infiniti authoritas in Matrem pertineat, & honorē immensum illi conciliet? Quæ sola cum æterno Patre

dicere potest, ξ filius meus es tu, ego genui te.) Dionysius Rickelius Mariam ob eā ipsam causam, quòd Mater est Dei, tanta plenitudine gratiæ præditā censet, quantam ne ipsa quidem, nisi diuinæ naturæ, & vt Theologi loquuntur, essentiæ adiuta visione, possit aspicere. Greg. Nyssen. in huius rei cōtemplatione defixus exclamat ξ o beatū vterū illum Mariæ! qui bonitatis præstantia ad se traxit animi bona! in reliquis enim omnibus hominis animus purus Spiritus sancti præstantiam capit, hic autē caro fit Spiritus receptaculum. Ildephonus Christi cōceptionē omni miracu-

*Eccles. 24.
in Sermon. Signum magnum.*

in 1. Sent.

*Psalm. 2.
Lib. 2. de præconio virg. 28.*

Oratio de Natiuitate Domini.

Lib. de virginitate. Maria c. 11.

tacu-

*In Sermone
quem Lati-
nè vertit.*

*Ioannes Pi-
cus canoni-
cus Parisiēf.
Ibidem.*

Luca 1.

*Lib. de con-
siderat. ad
Eugenium.*

Matth. 13.

*Lib. 1. reuo-
latio. c. 50.*

Cap. 51.

Cantic 3.

*Lib. de in-
stitut. virg.
c. 10.*

raculo mirabiliorem, omni opere potentio-
rem, omni-
niq̄ue signo ac prodigio augustiorem nominauit. E-
piphanius Angelos in stuporem affirmat esse dedu-
ctos, quòd mulieris filius sit, qui & ipsius, & seculorū
est Pater. Pleniq̄ue nouatores apud Canisium mater-
nam virginis dignitatem talem esse confitentur, vt
infra eam omnes collocent principatus, neminemq̄;
inueniri posse dicant, qui huius rei excellentiam ex-
plicare queat, etiā si tot linguis præditus sit, quot flo-
res atque herbulas terra ferat, quotve cælum stellas,
aut arenas maris ora sustineat. Hoc inimici testimo-
nium virgini dant, quæ fore prædixit, vti se omnes
generationes beatam nuncuparent. Et si hæreticorū
generatio vix est hoc nomine digna, quæ progenies
diaboli est, & extirpanda radicitus. Bernardus Mariā
Euangelicam illam esse mulierem dixit, quæ tres fa-
rinæ partes fermento permiscuit, atque ita tempera-
uit, vt vna massa constaret. Nam Maria suæ fidei qua-
si fermento perfecit, vt tria illa, anima, corpus, & Ver-
bum, vna Christi persona continerentur. Nō est huic
alienum quod sancta Brigida testatur, eximiam Ma-
riæ virginis puritatem Deo vehementer placuisse, di-
uinitatemq̄ue traxisse, & ardore spiritus inflamma-
tam Deum atque hominem in vtero conclusisse. Il-
lud porrò duco esse verissimum, suæ matri Christū,
quod ad speciem externam attinet, quam simillimā
fuisse. § Egre dimini igitur filia Sion, & videte regem
Salomonem in diademate, quo coronauit eum ma-
ter sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ
cordis eius. } Nam grauissimi Patres Ambrosius &
Gregorius hunc locum ita interpretantur, vt ad æteri
verbi conceptionem referendum putent. sacrosan-
ctum corporati diuini verbi mysterium in vigesimū
quintum Martij diem incidisse, nemo Catholicus
dubitatur, quo scilicet die, vt maximè Doctoribus vi-
sum est, primus fuit homo ex terris concretus. Chry-
sosto-

fofthomus hunc diem & conceptionis & mortis fui-
 fe cenfet. Idem Cyillus Alexandrinus existimat. In
 Concilio Florentino Eugenius quartus Armenijs
 hunc diem præfcripfit ad Annũnciationis Angelicæ
 ferias celebrandas. Accedit vetus & conftans Ecclefiæ
 Catholicæ confuetudo, quæ tot fæculis venerandum
 hoc concepti Chrifti myfterium vigefima quinta
 mensis Martij die colit & celebrat, vt eiuſdem Chrifti
 Natalitia Decembris item die quinto & vigefimo læ-
 tiſſimè veneratur, ſolenni que ritu. Id ita vbique gen-
 tium atque locorum factitari iubet, tacitè quidem
 inſinuans, vt diei Dominici, ſic harum etiam feriarũ
 inſtitutionem, quæ omnibus ætatibus etiam ante
 concilia œcumenica in more omnium Chriſtiano-
 rum politas eſſe conſtaret, ad Apoſtolicam traditio-
 nem pertinere. Illud eſt poſtremo ſciendum, ſcælicet
 ſimum hũc nuncium ad virginem quarto à nuptijs
 menſe perlatum. Quota diei hora, quove tempore,
 diurnone, an nocturno hæc ab Angelo nunciata ſint
 virgini, dubium, & controuerſum. Sunt qui opinen-
 tur, nocte appropinquante, vel potius imminente;
 quorum dux ſanctus eſt Bonauentura, qui ob eam
 rem vespere campanæ ſignum dari inſtituit, Roma-
 no annuente pontifice, ad Angelicam ſalutationem
 flexis genibus, vt poſtea dicturi ſumus, recitandam,
 quod illo ex tempore cœpit eſſe ſolenne Catholicis.
 Contrà alij non vespere, ſed mane, atque in ipſo pri-
 mæ lucis aduentu à Gabriele ſalutatam eſſe virginem
 arbitrantur. Quibus magnus ille præit Albertus, quo
 etiam tempore campanæ admonitu Chriſtiani vir-
 ginem ſalutare conſueuerunt. Non deſunt, qui exi-
 ſtiment Gabrielem media de nocte cœlitus ad allo-
 quendam virginem deſcendiſſe, cui ſententiæ illa ex
 ſapientiæ libro fauent, & cum quietum ſilentium con-
 tineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter ha-
 beret, omnipotens ſermo tuus de cœlo à regalibus ſedi-

*In expoſit.
 in Cantica.
 Sermo. de S.
 Ioanne Ba-
 priſta.
 In epiſt. ad
 Synodum
 Carthag.*

*In Miſſus
 eſt.*

Cap. 18.

sedibus venit. } Nam Dei verbum tum propriè descendit, cum naturam sumpsit humanam, nono, antequam natus est, mense: Credibileque est & conceptionis, & ortus horam ac tempus consensisse. Neque intempestiua hora illa videri debet, quæ quo quietior, eò virgini commodior erat ad cœlestia contemplanda, ei præsertim quæ noctis maximam partem in diuinis colloquijs traducere consueisset. Hoc ipso annunciantis Angeli tempore Maria virgo domū illā incolebat, in qua nata est, & Christus vsque ad Aegyptiam fugam educatus. Nam post reditum in eadē vrbe, non tamen in pristino domicilio habitasse, credibile fit ex Bedæ historia, qui duas ædificatas esse à Christianis scribit Ecclesias in vrbe Nazaraea: Alterā in æde vbi ab Angelo salutata virgo est, Christusque conceptus; alteram in loco, quem post reuersionem ex Aegypto cum sua Matre Christus incoluit, & in quo vsque ad ætatem grandiozem habitauit. Est prior illa longè præstantior est habita propter inexplicabilem miraculorum granditatem, quæ illic diuina est manus operata: de qua æde suo loco dicemus.

*Lib. de locis
sanctis c. 10.*

ELISABETHA INVISITVR, DOMINIq; laudes à virgine decantantur.

CAPVT XI.

CHRISTIANAE religionis fundamentum est fides, cui mirabile sanctitatis opus innitur; non quod veram solidamque iustitiam fides vna consummet, quæ præterea spem charitatemque desiderat, vt ex his tribus perfecta sanctitas efflorescat: sed cum à fide totius fabricæ sumatur initium, hæc ei meritò palma tribuitur, vt primum quasi lapidem ponere censeatur. Et quidem fides in virgine maxima fuit, nihil eorum, quæ ab Angelo audierat, dubitante. Nam cum Gabriel noua & inaudita nunciasset, ac Deum fieri velle mortalem

præ-

prædixisset, & ex scemina, quæ & virgo & mater esset, nasciturum affumasset, ipsumque egentissimæ parentis filiæ orbis monarcham, & Regem sempiternum fore asseuerasset, Trinitatis mysterium retrusum & arcanum patefecisset; etsi rerum magnitudine attonita, tamen diuinæ potestatis gnara facillimam sese præbuit, & oratori fidem habuit, quem Dominus legauisset. Hanc Mariæ credulam docilitatem tanti fecit quidam ex ecclesiæ hostibus, ut mirabilius sibi esse dicat ille, virginem credidisse, quam credenti contigisse: multique alij ex numero sectariorum Mariæ virginis fidem admirantur, illamque interrogationem {quomodo fiet istud?} non incredulitatis, sed fidei præstantissimæ (hoc enim superlativum) fuisse confirmant. sed nos sanctorum Patrum testimonijs acquiescimus; ex quibus Augustinus inter Zachariam & Mariam, cuius utriusque cum Angelo Gabriele congressio in Euangelio legitur, hoc maximè interesse significat, quod ille desperauerit, verum esse posse, quod Angelus polliceretur; hæc veritatis minimè dubia modum duntaxat inquisiuit. Idem sentit Ambrosius, cuius hæc verba, (non fidem renuit, non officium refutauit, sed accommodauit affectum, sponndit obsequium.) Idem Elisabethæ verba illa interpretans {beata quæ credidisti, vides inquit, Mariam non dubitasse, sed credidisse, & ideo fidei fructum consequutam? Et verè beata, quæ Sacerdote Zacharia præstantior? Verè præstantior ab Ambrosio prædicatur! nam vt venerandus Beda testatur, cum sacerdos peccasset, virgo correxit errorem. Longè quidem superior in credendo Maria fuit, quam Abramus ille, cuius fides in diuinis literis in opere prædicatur. Quam verò altè in virginis petus Angeli verba descenderint, iter illud ad ædes Zachariæ argumento est. Nam cum ex Gabrielis ore Elisabethani vteri fertilitatem admittata esset, nihil

*Vide Canis.
de B. virgi.
lib. 4. c. 3.*

*Lib. 16. de
ciu. Dei c.
24. Luca.*

In c. 1. Luca.

*In c. 1. Luca.
Rom. 4.*

nihil sibi prius faciendum putauit, quàm vt cognatâ inuiferet, & Zachariam affinem conueniret, quæ sanæ profectio Mariæ testificatur officia, charitatem, pietatemque declarat eiudem. Nam, vt quorundam opinio fert, paucis; vt alij censent, nullo comite iter illud ingressa est montana asperitate difficile, ac longitudine permolestum. Illud tamen verisimilius est, quod Docti nonnulli putauerunt, profectiois huius Iosephum comitem fuisse. Nam Virgini curæ honestatem maximè fuisse, ne quid fieret præter id, quod deceret, cautissimè providenti, resque & aduersas & prosperas cum chausissimo sponso partienti, communicantique, quæ etiam ratio vincit Angeli aduentum eo tempore incidisse, quo Iosephus nouaque riuata ipsidem parietibus continerentur. Quidam quantum de itineris longinquitate detrahunt, (milliaria namq; viginti præfiniunt) tantum asperitati addunt ex viæ anfractibus, & collibus, vel decliuitate propensis, vel accliuui tarditate sublimibus. Domum autem Zachariæ non alibi, quàm apud Hierosolymitanos fuisse non modò recentiores, sed etiam Augustinus & Beda consentiunt. Sed tamen Cæsar Baronius ingenio & diligentia præstans scriptor, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ dignissimus Cardinalis, ciuitatem, quam Maria peteret, Cariatharbem fuisse contendit, quæ eadem Hebron, siue Chebron nominabatur, viginti duobus milliariibus ab vrbe Hierosolyima, eamdemque antiquissimam, & nobilissimam. Eratque Galilææ, & Iudææ diuersarum regionum pars aliqua Diuæ virginis peragranda. Itineris neque mórata flexus Deipara Virgo est, neque ætatulam excusauit, nec committere voluit, vt vel incitanda ad iter esse videretur. Magna charitatis est vis, quæ virginem à solitudine recessuque abstrahit, & à quietissima consideratione rerum diuinarum abducit, etsi nihil inquietum in virgine, quæ ybique locorum sui similis permane-

*In Appara-
tuc. 58. &
59.*

bat.
exerc
ris m
tat a
etia
ipfa
Ioan
audi
auth
pror
tissim
prop
velut
quen
si hui
facile
mè fa
virgo
pleta
nes v
tum,
est du
multo
sedibu
ta virg
nanda
delect
vt ad
& repl
putan
sibus
sentia
buit, v
met.
falso
incon

bat. Amor celeres pennas adhibuit, puellare corpus exercuit, ad insuetum laborem perpulit, atque itineris molestias mitigauit. Idem amor virginem incitat ad gratulationis officium vltro præstandū. Quin etiam religionem, & Dei cultum sibi Deipara in hac ipsa officiosa profectioe proposuit, quæ laudes à Ioannis matre delatas non agnoscit, sed prima earum auditione sui immemor ad solum bonorum omnium authorem fontemque respexit, in cuius laudes tota prorumpit, Hyminumque illum cælo terræque gratissimum modulatur. Nam vbi primum in illo cum propinqua colloquio de Deo sermo incidit, Maria velut extra se raptam mentem, vt solita erat, cum eo, quem ardentem amabat, sensusque coniunxit. Quod si huius visitationis fructus animaduertere volumus, facile intelligemus, virginis aduentum quam maxime salutarem extitisse. Nam Elisabetha, simulatque virgo comparuit, sancto afflata Spiritu est, cuius impleta numine diuina loquitur aperitque mysteria. Ioannes vel in matris utero gestiens virginis sentit aduentum, & fit sanctus, antequam nascitur. Neque verò est dubitandum, quin virginalis itineris beneficia ad multos alios vel domesticos, vel vicinos, vel locis, sedibusque disiunctos permanarint. Non enim tanta virginis charitas modicis erat regionibus terminanda. Quam me diui Ambrosij argumentatio illa delectat! (si primo ingressu tantus profectus extitit, vt ad salutationem Mariæ exultaret infans in utero, & repletetur Spiritu Sancto mater infantis, quantum putamus vsu tanti temporis (cum tribus nempe mensibus illic diuersaretur) sanctæ Mariæ addidisse præsentiam?) Cyrillus salutationi virginali tantum tribuit, vt Baptistam eius causa factum esse vatem affirmet. Autor illius Homiliæ, quæ Eusebio Emiseno falso ascribitur, virginis aduentum Zachariæ gaudio incomparabili, discessum maiori maximo fuisse te-

*De instit.
virg. c. 7.*

*Lib. de recta
fide ad Re-
ginas.*

*In ca. 1. Luc.
& author
de mirabi-
libus scri-
ptura inter
opera Aug.
10. 3. li. 3. c. 1.*

stat. Certè quidem Elisabetha, quo interprete loqueretur, ostendit; ipse enim Ioannes, Theophylacto affirmante, matrem docebat ex utero, quæ mater, tanquam Gabrielis cum sacra virgine colloquijs adfuisset, eorum res arcanas, atque reclusas patefecit, lynceis oculis in virginis uterum inspexit, & quæ sunt penitus abdita vidit. Et quæ Mariæ in primo aditu tantum honorem detulit, illo trimestri spatio talem hospitam maiore in dies veneratione tractauit, virginæque laudes prædicare non destitit, vt res tanta latere & obscura esse non possit. An tacerent domesticæ, sanctam & præclaram innumerisque dotibus ornatam aduenisse nympham, quam hera præstantissima scemina, matronæque pernobilis Messia Matrem sublata voce nominaret? cuius ad introitum noua lux, magnæque in ædibus rerum secundarum apparet accessio. Sanè fatendum est Elisabethæ verbis multa mysteria contineri, quæ mulier Spiritu sancto plena præsentent magis quam expresserit, cum Euangelicæ gratiæ quasi primos saporis prægustaret. Tanto autem virginem laudat vehementius, quanto se genit illa submissius. Nam quod paulò antè Gabriele audiente sese ancillam Domini dixerat, se ipsa præstare, & grandævæ, matronæ feruam agere cupiebat. Quid igitur Elisabethæ Spiritu Dei edoctæ animi fuisse putemus, cum eius hanc inauditam modestiam, ipsiisque Angelis admirandam animi submissionem, prædicandamque cognosceret? Itaque se visitantis Mariæ maiestate perterrita salutantem resalutare non audeat, atque illa interrupta intercisaque respondet (benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, & vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me) De hac ipsa historia Bernardus orationem scribit, docetque Mariæ virginis proprium illud & singulare fuisse, vt in ipso conceptionis initio, quando cæteræ

*Serm. de
verbis A-
pocalypsi.*

gravidæ

gravi-
ta in
scend
sent
Senti
genit
nitus
miran
Maria
dem p
prædi
milita
fundi
ficas n
Domi
gaudic
meo.
ci hui
ci tam
auden
hoc est
Spuitu
qui seq
canticu
cacord
no acci
canticu
cem co
tius arg
tres, qu
ricordia
Ecclesi
Dei po
forum
stamen
mysteri

gravidæ mulieres miserabilius affligantur, vt cognatæ inferuiret, ad montana summa cum alacritate conscenderit. (Sola inquit, prægnantium rædium non sensit, quæ sola sine libidinosa voluptate concepit.) Sentit idem doctor vnicam illam virginis gloriam geniti Dei in vteroque conclusi, sacerdotis vxori diuinitus esse monstratam, quæ personam venientis admirans dixerit, (vnde hoc mihi?) Notat idem vocem Mariæ salutantis verbis cognatæ commendari, ac fidem præclaro illo præconio (beata, quæ credidisti) prædicari. (magna inquit, præconia, sed deuota humilitas nihil sibi passa retineri, in eum vniuersa refertur, cuius in se beneficia laudabantur. Tu magnificas matrem Domini, sed magnificat anima mea Dominum; in voce mea filium perhibes exultasse in gaudio, sed exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.) Canisius ex hæreticis multos enumerat canticum huius eximios laudatores, qui immundissimi porci tamen hanc gemmam pretiosissimam scædare nõ audent. Ecclesiæ filij & dulcissimum & diuinissimū hoc esse canticum asseuerant, quod pectus sancti Spiritus gratia plenissimum ructauit. Non desunt, qui sequuti Gersonem, quod vates ille Regius (Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decacordo psallam tibi) de hoc Mariæ virginis hymno accipi posse putent. Nam verè nouum hoc esse canticum, & psalterium decahordum, quia decem constet versibus: quorum duo primi totius argumenti velut propositionem amplectuntur, tres, qui sequuntur, tum aduersus virginem misericordiam, tum erga omnem fidelium coetum, Ecclesiamque concelebrant. His proximi tres Dei potentiam extollunt, duo postremi promissorum diuinorum prædicant veritatem. Noui testamenti hic primus est hymnus, neque res vacat

Lib. 4. c. 51

*In duode-
cim tract.
de hoc canti-
psal. c. 49.*

Exod. 25

lege carmen prima concinuit. Nam post mirabilem de Pharaone victoriam, vt primo huius libri capite differuimus, fœminei dux agminis Deo victori laudes publicè decantauit. Neque solùm in hoc virginis cantico veterem Mariam, sed Iudith etiam recognoscimus, quæ de hostibus diuina virtute superatis suo, suæque gentis nomine gratulatorium carmen fudit, & animi lætitiã declarauit. Nullum est in omni scriptura canticum, quod cum virginali hoc carmine comparetur. Etenim siue loquentis in eo Spiritus maiestatem, siue virginis suum Deum laudantis gratiam affluentem, siue argumenti, præstantiam contemplerur; omnia in eo summa esse reperiemus. Cantor est Moses; Dauidici versus celebrantur; Salomonis in omnium ore est carmen illud nuptiale; Isaias, Ieremias, Ezechias, Tobias, Abacuc, quisque vel lamenta, vel gaudia cantibus ediderunt. Anna cantauit; Debora cecinit; Zacharias lingua recepta mitificam protulit cantionem; Simeonis, vobis Christo, cygnæ vox fuit & cantus admirandus: sed his omnibus multo suauius Maria nostra modulata est, quæ voce præit cum omnibus diuina sonantibus, tum maximè virginibus, vt epithalamium celesti sponso lætabundæ modulentur. Augetur cantus dignitas numero ipso verborum, quæ plura virginitate in eo, quam alibi vsquam inuenimus, eaque sapientissima virgo & in Dei laudibus admodum exercitata ex arcano pectore ad totius Ecclesiæ vtilitatem, voluptatemque deprompsit, quod sane pium studium cœlestique institutum Deo gratias agendi, laudesque diuinas assiduè celebrandi, diuus Paulus in suis Epistolis requirit à Christianis. Quod Deipara non in verbis tantum Zachariæ, sed vbique etiam locorum atque terrarum factitauit, omneque tempus in se authoris laude contriuit. Quamobrem hunc hymnum Ecclesia tanti faciendum censuit, vt nullum sine illi

Dent. 32.

In Threnis.

Isaia 38. ca.

13. c. 3.

Reg. 1. c. 2.

Iudic. 5.

Luca 1.

Luca 2.

. ad Thess.

2. c. 5.

2. ad Thess.

2.

die
pla
nis
da
ner
stia
nun
stan
ris a
est v
lat n
Eccle
prec
nost
natis
Mari
verfi
tur.
dicti
non
peret
etiam
hym
cogn
creda
confi
mus
mus
Eccle
carm
repet
cum
xos.
Vilit
hoc
ciliu

die

diem abire patiatur. Hoc augustissimo carmine templa quotidie personant, facrisque initiati in vespertinis precibus totidem verbis cum Maria iubentur laudare Deum, atque eius facta mirabili hoc dicendi genere celebrare. Est etiam in mora positum, ut Christianus populus religionis ergo hunc audiens, hymnum reuerenter assurgat, atque Deum præpotentem stans & nudo capite veneretur, Christi que liberatoris ac vindicis, qui de sinu patris in vterum illapsus est virginis, singulare beneficium grato animo recolat memoriaque renouet sempiterna. Hunc veterem Ecclesiæ morem de hymno virginis in vespertinis precibus concinendo Beda commemorat. Quidam nostri auersarij (quorum nomina, ut cum eis obsignatis, ut aiunt, tabellis agat, Canisius explicat) hoc idem Mariæ canticum ita admirantur, ut in eis singulis versibus mirifica rerum pondera contineri fateantur. Quidam alij eiusdem cantici eloquutionem, & dictionem commendandi, atque laudandi finem non faciunt, quæ quotidianam orationem longè superet, figurisque & sententijs locuples enitescat. Est etiam inuentus hæreticus, qui cum eundem hunc hymnum suspexisset, illum eius esse usum diceret, ut cognita magnificentissimi Dei nostri misericordia credamus, perspecta numinis potentia timeamus, considerata veritate speremus, atque ad eò expectemus patienter quæcunque à Deo nobis meminimus esse promissa. (Atque his de causis inquit ille, Ecclesia vetus instituit, ut quotidie hoc virgineum carmen in cœtu piorum caneretur.) Hæc propterea repetimus, ut aduersarij suis etiam telis configantur, cum ipsa coacti veritate antiquos laudant orthodoxos, à quorum religione perfidiosissimè defecerunt. Visitantis Mariæ ferias Romanus Pontifex Vibanus hoc nomine sextus indixit (eandem Basilienſe Concilium comprobauit, quas iam Græci multo antè cele-

*In ca. 1. Luc.
hom. de vi-
sitat.
ibidem.*

Sessio. 97.

Anno Do-
mini 1389.

celebrabant. Has easdem ferias post Urbanum Papa Bonifacius nonus celebrius instituit, hodieque Romana Ecclesia sexto nonas Iulij visitata à Deipara Elisabethæ diem festum lætissimè agitat, & qui matris huius gremio continemur, cum Ioanne exultamus, lætitiæque perfundimur. Falsum illud est, quod nonnulli crediderunt Mariam in Zachariæ domo Elisabethæ adfuisse parienti, & Sacerdotis obmutescere desinentis miraculum sua honestauisse præsentia.

In c. 1. Luca.

In explicat.

Luca.

Li. 1. in cæt.

Nam ex Lucae verbis intelligitur paulò ante Elisabethæ partum recessisse. Decebat enim Mariam abesse partus tempore propter illorum multitudinem, qui sanctam matronam visuri essent, deque nato puero gratulaturi. Hanc Theophylacti, Euthymij, & Ruperti Tuitiensis Abbatis sententiam duco esse verissimam.

VIRGINIS PARTVS, ET BETH-
lemi diuersorium.

CAPVT XII.

CHRIStI nascentis historiam paucis perstringemus, quam Christiana pietas perceptam animo, memoria comprehensam oratione declarat, versu & cantu prosequitur. Non enim lætari & exultare non possumus, quibus ab Angelo nuntiati est gaudium, & cœlestis illius militiæ exemplum amulari, quæ Christi ortum cantico celebrauit. Cæsaræi edicti occasione (causa lōgè altior, diuiniorque) fuit integerrima virgo cum castissimo suo sponso Iosepho Bethlemum iter intendit, vt & Augusti quidem Cæsaris obsequeretur imperio, qui communem omnium professionem indixerat, & conscripti terrarum orbis sibi quasi triumphum arrogarat, &, quod ceput est, in Davidis patria in lucem ederet lucis auctorem. De hoc censu quædam Iosephus peccauit in tempore, quæ sunt à Cæsare Baronio doctissimè cōfutata.

Lib. 18. an-
quit. c. 13.

Pla

Placet diui Athanasij Episcopi Alexandrini ex eius *In apparatus.*
quadam concione pauca quædam exponere, quæ
nobis hoc Mariæ iter & comitantibus, & commen-
tantibus lucem afferent, viamque reddent planiorē.

(Ibat, inquit, cum Maria Iosephus partim adiutor, *In concionem*
partim eorum, quæ futura essent, spectator & testis. *de itinere*

Non quod virgini opus esset adiutor, vel ei, qui in e- *sanctissima.*

ius vtero portabatur (ille enim omnium auxiliator *Maria &*

est, ad quem clamantis prophetæ spectat oratio, Au- *B. Iosephi*

xilium meum à Domino, qui fecit celum & terram) *ad nomen*

Sed quia diuinæ prouidentiae mysterio Iosephum *profundit.*

virgini adiungi comitem oportebat, vt quasi sub vi- *Psal. 1. 20.*

ro esse crederetur, & res tanta diabolum lateret, neq- *Luca 2.*

scire posset, quemadmodum Deus cum hominibus

versaretur. Factum est autem, cum essent ibi, impleti

sunt dies vt pareret. ô Dei reclusa, arcanaque consi- *Luca 2.*

lia! & quæ omnium cogitationem facile superant.

Effector temporum certum tempus spectat, ne quis-

quam eius ortum specie magis, quam te vera fuisse

suspicaretur. Operæpretium est huius rei mysteria *Angelum,*

considerare; ac primū illud contēplemur, quæ admo- *qui se pasto-*

dum parua illa domus, in qua virgo Deum peperit, *ribus osten-*

Ecclesiæ figura fuerit, præsepe verò altaris, Iosephus, *dit, Gabrie-*

& Angeli sacerdotum suo ordine vicissim ministrā- *lem fuisse*

tium, pastores diaconorū, Dominus Iesus pontifex *Cyprianus*

summus & est, & haberi debet, eius Maria thronus *assumat,*

est, & sedes admiranda. Mirare & obstupescere cum au- *tract. de*

dis Euangelistam ita loquentem, Factum est in illis *Natiuitate.*

diebus, impleti sunt dies, vt pareret filiū suū primo- *Consentit*

genitū, & inuoluit eū pannis, & reclinauit in p̄sepio. *Ambrosius*

Vide admirabilē virginis partū, illa ipsa, q̄ peperit, pā- *in c. 2. Luca.*

nis inuoluit, & in p̄sepi collocauit. Cæterarū mulierū

alia parit, alia infantē puerū pānis inuoluit. At nō ita

virgo, q̄ & pannis inuoluit, & fascijs colligauit. Videl.

q̄ sine dolore mater fuerat, eadē sine labore obstetri-

cis munere sancta est, q̄ officii à nemine didicit. Nō

*Maria
Christi ve-
ra Mater
est, & na-
turalis, ge-
neratione:
eadē fideliiū
omniū Ma-
ter est rege-
neratione.
Ita Alber-
tus Magn⁹
li. de laudib.
Virg. c. 1.*

*Dan. 2.
Quatuor
dierum hoc
iter à Na-
zareth
Bethleem
vsq; pedib⁹
Mariā vir-
ginē fecisse
Chrysost.
confet.
Serm. de
Natiu. quē
sequuntur
Cardin.
Toletus &
Maldonat⁹*

enim permisit partum ab omni labe purum impuris tractari manibus. Neque verò primogeniti nomen mouere imperitos debet, quo dignitas, ac maiestas procreati, non ordo nascendi, & eorum, qui postea geniti essent, respectus significatur. Vnicus Mariæ partus fuit, illoque primogeniti nomine illius, qui genitus erat, in lucemque susceptus, potestas, & principatus declaratur. Neque illi audiendi sunt, qui Matthæi verba (Et non cognoscebat eam, donec peperit,) interpretatur absurde. Quorū verborū hic est sensus: non cognoscebat illam Iosephus, donec peperit filiū suum primogenitum. Etenim quādiu virgo ipsa, quē conceperat, ferebat in ventre, Iosephus quid in ea lateret ignorabat, quale, quantumve illud esset, & quē ad finē res ipsa spectaret, non antè comperit, quā virgo peperit. Tum demū quanta esset eius virtus, quāta ei à Deo tributa dignitas, manifestè cognouit. Vidit vbera cœlestis plena lactis, quæ infanti puero Mater dabat, cuius flos virginalis intactus permanisset. Vidit virginē peperisse quidem, sed nequaquā parturisse. Vidit petram illam è mōtis cacumine abscissam spirituali petræ inhærentem, quæ mentis lumine cernitur, quāq; animus fide magistra cōprehēdit. Agnouit atq; intellexit clarissimum Isaiæ præconium (ecce virgo concipiet.) Primogenitus autē propterea dicitur Iesus, quod singulari & inexplicabili modo genitus, & procreatus sit. Nā si verū quærimus, Dominus ipse vnigenitus verè est ex patre, solus ex solo, sine principio genitus. Idem Dominus & vnigenitus & primogenitus, vnigenitus ex patre, vnigenitus ex matre, habet tamen multos fratres non natura, sed gratia, & in virgine, & in patre, & in resurrectione habet fratres Dominus Iesus. Ante omnes Apostoli fuerunt, quibus dixit Dominus (vado ad patrē meū, & patrē vestrū.) Hæc Athanasius apud Metaphrastē, lima styli quadam adhibita, non modo Christi diuinitatis,

nitatis, sed etiam Marię virginittatis æternæ præclarus
 assertor, quo se vel lōgē ostendente, abiecto scuto fu-
 gient hæretici, quantū poterūt, & fracti, ac debilitati
 metu latebras quærent, & vt ipsa diuini verbi conce-
 ptio nature ordinē superauit, ita in ortu nihil non di-
 uinū licet intueri. Nascitur nocte media, cum in vte-
 ro virgineo nouem menses expleuisset; nascitur in
 ruinosa Bethlemi porticu, vbi stabulare bestię sole-
 lebant, nascitur ex Matre sine vlla maternæ integritatis
 iniuria. Nā quomodo postea ex sepulchro clauso,
 & obsignato egressus est, atq; ad discipulos clausis ia-
 nuis introiuit; ac quemadmodum solis radij concre-
 tam vitri naturam penetrant, neque tamen lædunt,
 aut vlla ex parte frangunt: similiter, vel potius altiore
 quodam modo, Iesus Christus ex materno aluo edi-
 tus est, sine vilo suæ matris integritatis detrimento.
 Mariæ enim incorruptam, & perpetuam virginita-
 tem verissimis laudibus, fidei præceptis instituti, ce-
 lebramus; quod quidem Spiritus sancti virtus fecit,
 qui in Christi tum conceptione, tum partu Matri
 ita adfuit, vt ei & fœcunditatem dederit, & perpetu-
 am virginitatem conseruarit. Gregorius cognomen-
 to Theologus putat, voluisse Deum non tantum
 naturam, sed nostram etiam natiuitatem honorare.
 Quapropter vtrumque propriè assumpsit nullo in-
 decori habitus, tanteque alieno maiestatis interuen-
 tu. Epiphanius per consuetam portam penetrasse
 ait, nullo tamen pudoris inquinamento materni.
 Cyprianus inquit & genitrix, & obstetrix; nul-
 lus dolor, nulla naturæ contumelia, in puerperio; ger-
 minans enim germinauit sicut lilium. Idemque Cy-
 prianus erupisse ait, atque extitisse, vt fructus exat
 ex arbore, aut radius dimanat à sole. De Bethleemi-
 tico diuersorio non satis conuenit inter autores. Nā
 Hieronymus casam fuisse significat, quam visus mu-
 rus ambiret, quo se aduenæ tenuioris fortunæ reci-

*in c. 2. Luc.
c. 7.*

Ioan. 20.

*Quid egerit
cogitauerit,
dixerit vir-*

go sanctissi-

ma in ipso

pariendi tē-

*pore, disce
ex sancta*

*Brigitta lib.
Reuel. 7.
c. 27.*

Oratio 26.

*Li. 3. contra
hæres.*

*Serm. de
Christi Na-*

tiuita.

*Esaiā 32.
In Epitaph.
Paula.*

*Ib. lib. de lo-
sis sanctis.*

*Li. contra
Celsum.*

*Li. 7. Demō-
strat.*

*c. 2. Demō-
monstrat. 4.*

*Eccle. Hist.
li. 1. c. 13.*

Ser. 175.

*In commō-
tar. 1. p. 94.*

*35.
De locis sã-
ctis. c. 3.*

pere consueverunt. Idem ante eum Cyprianus sensit, dum pastores Bethleem conuenisse dicit ad videndum Seruatorem à matris utero recentem. Beda diuersorium hoc Euangelicum nihil aliud fuisse credit, quàm quoddam semiantrum, quod natura ipsa fabricarat, idque Bethlemi situm in angulo, qui ad orientem spectabat. Alij hoc hospitium extra urbem statuunt, in ipsis tamen suburbijs ciuitatis: cuius sententię Origines fautor est. Idem defendit Eusebius; non contradicit Nicephorus, immò aperte testatur speluncam hanc extra oppidum sitam publicum fuisse egentium, viatorum hospitium, & pastorum commune perfugium. Nam, vt bene Chrysologus, conueniens fuit, vt via nasceretur in via, & omnis aditus excluderetur erroris, & viator tandem celum peteret, qui terreni itineris frustra sudores tulerat & labores. Caietanus oportuisse ait, vt in has sese latebras nascens Christus includeret, proculque ab amicis & cognatis, & longè à domo Maria pareret, vt mysteriũ virginei partus celaretur. Qua nocte natus est Christus, fontem repente fluere cœpisse ad virginis ministerium, Beda narrauit; quem fontem idem affirmat sua ætate nondum manare desisse. Solet pia curiositas inuestigare locum, quem primum nascens Christus attigerit, atque ipsa se stabuli vel nuda humus, vel paleis strata quærenti offert. Nam quia nulla fuit, cum necessaria non esset, quæ prolem obstetrix reciperet, sequitur vt terra sit complexa nascẽtem magno humilitatis documento. verior illorum videtur esse sententia, quæ à matre susceptum Christum arbitrantur. Ego tamẽ illis assentior, qui ab Angelis exceptum Christum docent, & virgini statim summa cum reuerentia in manus datum. Præsepe ibidem repertum pro incubulis fuit, vt Christi paupertas appareret, & illius erga nos amor ostenderetur, vnde illa nata est. Hoc præsepe vel lapideum, vel lateritium diuo Chryso-
stomo

stomo fuisse videretur: tamen ex ligno esse confectum Romanæ Ecclesiæ nos docet antiqua traditio; Idque in vrbe hodie summa cum religione in diuæ Mariæ templo, quod Maioris nomen obtinuit, asseruatur. In hoc felicissimo diuersorio apud Bethlemum primis Ecclesiæ temporibus insignis constructa Ecclesia est, & præsepe loco altaris erectum Hieronymo & Beda testantibus. Quod tamen præsepe, vt diximus, Romam trãllatum est postea. Christi Iesu natalia, vt cætera missa faciamus, quæ chronicam rationem habent, de quibus supra dictum est, & satis disputatũ, in Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ tertium annum, vt plerique denumerant, inciderunt. Baronius tamen, qui hæc diligentissimè peruestigat, dictæ Olympiadis non tertium, sed secundum annum designat, Consulesque notat, ne yllus sit error in numero. Dies autem vigesimus quintus decembris fuit, quod præter Ecclesiasticam traditionem, cuius & valuit, & valebit semper auctoritas, grauissimorum scriptorum testimonia cõprobant, quæ Franciscus Suares enumerat. Nam quod sanctus Epiphanius de hoc opinatus est die, à Diuo Hieronymo, authoris tamen, vt decuit, prætermisso nomine, reprobatur. Non enim audiendi sunt Ægyptij, à quibus stat Epiphanius, natalem Christi diem octauo idus Ianuarias celebrantes, & ortum cum ostensione confundentes. Quo hebdomadis die natũ sit Christus, incertum videri posset, nisi sexta Synodus dubitationem sustulisset, & die Dominico ortum esse omnium Dominum affirmasset. Hoc ipsum quã plurimi sentiunt, tenendumque est; quamuis multi auctoritatis non contemnendæ die Veneris natum esse contendant, quos refellit argutè Suares. Nascendi horam nõ nemo putat dici septimam fuisse; quidam tertiam diurnam designauit. Tamè his pro nihilo habitis affirmandũ est. post duo-

*Hom. in Lu.
Lege Barõ.
in Annali.*

*Ep. 44. li. de
locis sanct.*

*In apparat.
c. 76. cõ se-
quentib.*

*In cõmẽt. 3.
p. D. Thoma
qu. 55. art. 7.
cõ 8. disput.
12.
Hares. 52.
In 1. c. Eze-
chiel. c. 8.*

Ibidem.

duodecimam noctis horam (sic supputamus Hispani) Christi ortum mundo claruisse. De quo neq; per diui Lucae Euangelium post virgineum partum nocturnas pastorum vigiliis explicantis, neque per Ecclesiae traditionem dubitare licet. Itaq; ex Telephori Papae decreto sanctissimam illam noctem sacrificio Missae ad galli cantum celebramus; quod Papa Damasus in eiusdem Telephori vita non tacuit. Quem morem religiosissime vniuersa hodie conseruat, & tuetur Ecclesia. Felicissimum Christi ortum, & maxime salutarem multa prodigia declararunt. Verum namque verbis illis praedixit Aggaeus, (Ego commouebo caelum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus) Quamobrem multa in historijs accidisse legitur, quae litteris mandauit Orosius, quaeque Iulius Obsequens curiosè doctèque percenset. Non quod natali ipso Christi die vniuersa contigerint, sed quod ad Christi ortum illustrandum diuinitus comparata, prouisaq; sint piorum obseruatione, animaduersioneque prudenti. Nam olei fons Romae diem integrum sine intermissione manauit, anno, uti censet Orosius, septimo & vigesimo ante Christi ortum. Quo ex eiusdem Pauli Orosij sententia significatus est Sernatoris aduentus, qui vnctus Latine, Christus est Graece. Sed de hoc fonte alia praeterea dicenda restant, quae in librū secundum reseruatur. De alijs ostētis, quae hoc ipso tempore euenerunt, idem iudicat Paulus Orosius, atq; ita interpretatur, ut nascētis omnium Domini quaedam caeli putat esse praeconia. Tale illud est de triplici sole, quem nostra vidit Hispania, & ut multi scribūt, cū terni fulgere cepissent, paulatim in vnum coierūt; tres illuxisse, tresque apparuisse Plinius prodit, sed illa tamē de trino primū, post vno sole non dicit, quia fortasse naturale credidit, ut duobus, qui extra ordinē luxerant, vanescētibus

Lib. 6. c. 10.

Lib. de prodigijs.

*Li. 2. Natu-
ralis Histo-
c. 31.*

tibus vnus tandē isq; vſitatus remaneret. Nec triadis monadisq; myſterium homo noſtræ religionis ignarus obſeruauit; cuius rei conſiderantia Chriſtianis ſeruabatur. Conticuiffe dæmones, & oracula fundere deſiſſe, & ſilentij cauſam Chriſto naſcenti aſſignaffe, prodigij magni loco habendum eſt, vt Nicephorus cū alijs aſſeuerat. Nā cū Cæſar Auguſtus nullū in Apollineo tēplo reſponſū dari videret, ex ipſi^o cōfeſſione dæmonis hanc eſſe cauſā didicit verſib. explicatā.

*Me puer Hebraus, diuos Deus ipſe gubernans,
Cedere ſede iubet, triſtemq; redire ſub orcum.
Aris ergo dehinc, tacitis abſcedito noſtris.*

Iā vero pax illa, qua mundus vbiq; fruebatur, quantā habet admirationem; quāq; apertum teſtimonium Chriſto dedit, qui pacis eſt princeps! vt prædixit Eſaiās, vtq; multo ante Dauid Rex & Propheta cecinerat. His annumerari ſolet Pacis templi ruina, quod Romani æternum fore crediderant, oraculo nixi, tādū manſurū affirmante, dū virgo pareret: quod quia fieri nō poſſe arbitrabantur, tēpli æternitatē illis verbis promiſſa putauerūt. Et tamē corruiſſe dicitur, qua nocte virgo edidit mūdi ſeruatorē. D. hoc Bonauenti teſtatur. Idem legimus in quadam homil, quæ Petri Damiani nomine circumfertur, quam Lipomanus & Surius in ſuos vterque tomos inſeruerunt. Enimuerō Cæſar Baroniſus non eſſe Petri Damiani ex eo conuincit, quod in ea, diuus Bernardus nominatur, quem, vt ipſemet Baroniſus ait, annis 50. vt verò ex Tritemio intelligitur, 90. Petrus Damiani præceſſit. Neque ſolūm fortis hic Cæſar incertam, ſed planè falſā hanc de templo pacis credit hiftoriam. ſiquidem ante Veſpaſianum, qui templum pacis Romæ ædificauit, teſte Iosepho, nullam aliud Romæ pacis templum fuiſſe legitur, quod Chriſto naſcente laberetur. Idem ſanctus Bonauent. virginei nocte partus præpoſteræ libidinis nefario ſcelere contaminatos re-

*Eccleſiaſt.
Hiſtor. li. 2.
cap. 17.*

*c. 9. & 11.
Pſal. 78.*

*Opusculo de
quinq; fe-
ſtiuit. pueri
teſu.
In Princip.
ſuorū Ana-
lium.
De ſcriptor.
Eccleſiaſt.
Lib. 7. de
bello Ind.
Ibid.*

penti-

penitino mortuos scribit, aliaq; commemorat, quæ satis constanter affirmari nequeunt, quia nullius antiqui authoris fide nititur, ipseq; piè credidit, quæ in libris non probatis inuenit, creditaq; turpissimi flagitij horrorem iniectura essent. in hac eadem Bethlemi porticu Beatiss. virgo verba pastorum, qui Angeli admonitu, adoratum venerant, menti penitus mandauit. in hoc felicissimo stabulo Deipara Magos venientes excepit, commorantes oblectauit, abeuntes tum laudibus, tum salutaribus est monitis prosequuta. Hoc Christi natale solum ab Adriano Imperatore contaminatum, simulacro Adonidis, quem, vt est in fabulis, Venus amauit, hic posito, & sanctus Paulin⁹ dolet, & D. Hieronymus lamentatur. Sed tamen Origenes tanto ambobus antiquior nihil tale attigit, immo Bethlehem fama celebrem etiam gentibus fuisse confirmat, quibus honori locus ille fuit, in quo natus est Christus. Ex quo apparet, Hadrianu Christi Iesu incunabulorum memoriam nequaquam obliterare valuisse, quin apud alienos à fide eadem quoq; essent illustria, nedum chara, & trita fidelibus.

*PVER IESVS IN TEMPLVM A VIR-
gine deportatur.*

CAPVT XIII.

Singularis Iesu Christi submissio fuit, quæ sese ab ineunte ætate deiecit: qui non contentus natali stabulo, circumcidi se etiam voluit, & fontis imagine induta quasi stigmaticus seruus apparuit, notisque compunctus. Quadragesimo inde ab ortu die legis seruandæ causâ defertur in templum, ipsoque redemptionis precio se professus est pauperem. Maria sui & filij & Redemptoris ingressa vestigijs humilitatem libenter amplectitur, & legi purgationis obtemperat, quæ solem & astra puritate vincebat: seque pro immunda gerit, quæ nullis maculis virginali

Epist. 11.

Epist. 13.

*Li. 1. contra
Celsum.*

nale corpus infuscat. Ergo puerpera filium in tem-
 plum detulit, sanctoque Spiritu deducente, multoque
 ardētiore in virginis animo, quam in Simeonis pe-
 ctore, quem diuinus amor vehementer vtebat, chari-
 tatis faces inflammanre. Diē illum Simeon cupidissi-
 mē expectauit, absentē prospexit, atque prouidit, præ-
 sentem celebravit. Ad Hierosolymitanū hoc templū
 multos religionis causā venire solitos Ioannes in E-
 uangelio, Lucas scribit in historia, quorū tamen reli-
 gio vix umbra leuis haberi debet præ hac virginea
 pietate, qua Deipara & Christū deportauit, & patrem
 æternum venerata suspexit. Felix & beata puerpera,
 quæ cum inflammata fide obedientiaque perfecta
 Dei legem, cui obnoxia nō erat, impleuit, & Dei cul-
 tum cum sæpè alias, tū maximè hodierna die testifi-
 cata est, absoluitque feliciter! Hoc in loco suum Em-
 manuelem, quem lætissimis oculis aspiciebat, æterno
 parenti obtulit, & mundo demonstravit. Nunquam
 antea suum Messia Israel vel clarius agnouit, vel sua-
 uius amplexus est, vel studiosi⁹ prædicauit. Quod e-
 nim de Simeone, Annaque legimus, id alijs euenisse
 probabile est, illaque diuina luce ex Isaia: vaticinijs il-
 luminatam esse Hierosolymā & pietas, & ratio per-
 suadet. Igitur Deipara præscia futurorum alacriter ad
 templum properabat, quam in ædem sacram ingre-
 dientem, ac pedē inferentem Simeon, qui diuino ad-
 monitu ad tēplum illa ipsa hora cōcurrerat, lucis co-
 gnouit indicio, quæ lux virginē vndique collustrabat.
 Nam, vt Timotheus Hierosol. presbyter ait, cum Si-
 meon honoratus senex venisset in templum, & om-
 nia circumspexisset, matres ad purgationis sacrificiū
 properantes, concursantesque vidisset, tamē vbi vir-
 ginem augustissimo lumine circumuestitam conspi-
 catus est, in hanc vocē clamans erupit (ecquid ancil-
 la cum libera, cum domina famulae concertatis) &
 cetera, quæ idem Timotheus sub persona Simeonis
 grauis-

c. 12.

Act. 2. & 8.

c. 60.

Inorat. de
 propheta
 Simeone.

grauiſſimè ſapientiffimèque perſequitur. Etenim
 vt perpetuum imitandæ, colendæque humilitatis ex-
 emplum haberemus, non ſe diuitibus, ſed egentibus
 virgo mater adiunxit, & cum agnum præ inopia non
 valeret offerre, vulgaribus pauperibus, vel puerperis,
 quas immundas eſſe conſtabat, aggregata offerit pro
 ſua facultate muſculum, par ſcilicet turturum, aut
 duos pullos collumbarum. Sacerdotibus ſupplex Dei
 miniſtros honorat, nihilq; à ſe alienum putat, quod
 ad legalem ritum ſeruandum, ad cultû Deo præſtan-
 dum, ad factorum ceremonias obſeruandas, honorân-
 dasq; pertineat. Noſtra quidem puerpera, quem the-
 ſaurum cœlitus acceperat, non ſibi ſeruat dômi, ſed
 expôrtat, oſtendit, expendit, cum ignoto ſene com-
 municat, alijsque libenter impertit, vt & ipſi ſuum
 Chriſtum agnoſcant, complectantur, oſculentur, &
 eo theſauro locupletes cum ſuo ſeruatore trium-
 phent, pacemque referant ſempiternam. ô fauſtum
 diem ac lætũ partim Hieroſolymitanis, qui ortum
 Chriſti tum primum agnouerunt, partim Simeoni,
 cui nullus in omni vita dies iucundior illuxit, partim
 Mariæ, quæ Meſſiæ mater hodie primum in templo
 prædicatur, eſſi eã Domini parentem Elifabeta om-
 nium prima compellans, Hieroſolymitanis tanti no-
 minis gloriam laudemque præripuit. Vt primum
 Simeon ſenio & authoritate grauiſſimis Mariæ in
 publico hominum cœtu benedixit, eamque verbis
 illis affatus eſt, & lætis & triſtibus, quis neget pluri-
 morum illo in conuentu & oculos & ânimos in ſa-
 cratam virginem eſſe conuerſos, qui non ſolum ce-
 lebratum à Simeone Meſſiam, vt par erat, gratiſſimè
 exciperet, ſed eius quoq; parentē attoniti intueretur,
 obſeruarēt, circũſtarent, tantoq; religioſius ſuſpice-
 rēt, quāto admirabilior ſanctitas in illius facie, oculis,
 vultu, ac toto deniq; corpore præluceret. Equidē vir-
 ginale pectus nouo quodam & inexplicabili gaudio
 perſu-

perfusum esse non dubito, diuinoque parenti singu-
 lares Deiparam egisse gratis, illudque ei cum gran-
 dæuo Simeone fuisse comune, vt tam corporis bra-
 chijs, quàm intimis animi viribus puerum præ gau-
 dio & voluptate complexa sibi & populo gratulare-
 tur, quod vel ignotus vel certè paucis cognitus ad il-
 lum diem Messias tam multos, tamque celebres præ-
 cones inuenerit, præclarisque nominibus appellatus
 sit, & Israelitis velut intento digito demonstratus.
 Nihil enim æquè virgini cordi fuit, atque verâ Chri-
 sti notitiam, quæ ad illud vsque tempus apud He-
 bræos propè extincta iacebat, in multorum animis
 excitari: neque solum à Simeone propheta viros, sed
 ab Anna etiam vidua vate mulieres Euāgelicam au-
 dire concionem; quàm neque frustra, neque ad pau-
 cos habitam Ildephonſi verba testatur, qui plurimos
 è sanctis Hierosolymæ vitam degentibus Domino à *Serm. de*
 Maria parente, Iosephoque alumno deportato censet *Purificat.*
 affuisse. Quamobrem explodendi Nouatores sũnt, *Maria.*
 quibus vnus aut alter de Christo in templum addu-
 cto videtur laborasse. Quorum non modò impia, sed *Lib. de tem-*
 stulta etiam fuit, iudendaque Theologia. Nihil enim *pori.*
 se apud suos proficere posse sperant, nisi admodum *Serm. de*
 mentiantur. Ob hanc virginis Mariæ, Annæ viduæ, *Purificat.*
 Simeonisque lætitiã ferias luminum veneranda *Maria.*
 instituit antiquitas, quas religiose obseruat Ecclesia, *In serm. de*
 solenni que cærimonia publicè cohonestat, cereique *eadem vir-*
 veteri more in sacra pompa præferuntur, vt Bedæ & *ginis puri-*
 Ildephonſus memorię prodiderunt. Innocētius Papa *ficat.*
 duas affert rationes, cur in his ferijs cereos incenda- *Lege Cansi-*
 mus. Alteram, vt mos ethnicus cum Christiano ritu *sum de B.*
 commutaretur: nam quod à stultis simulacrorum *virgin. lib.*
 cultoribus ad honorem Proserpinæ, & Cereris age- *4. cap. 9.*
 batur, id sapienter à pijs ad laudem & honorem per- *Cuius in-*
 petuæ virginis translatum est, atque traductum. Scri- *teridum non*
 bit enim Macrobius, secundum anni mensem Februo *solum ratio*

*verum &
ipsa à nobis
profertur
oratio.*

*Lib. 1. Sa-
turnal. li. 2.*

Fastorum.

*Lib. 18. con-
tra Faust.*

*cap. 5. de
vita populi*

Roma. li. 1.

*Lege Baro-
nium in no-
tis ad Ro-
man. Mar-*

*tyrol. 2. Fe-
bruarij. &*

Tom. 7.

Annal.

Matth. 25.

*Lib. 3. de
diuinis of-*

ficijs.

Virgil. 4.

Georgic.

Ibidem.

Serm. de

Purificat.

Maria.

patri Ditis esse dicatum, qui lustrationū potens crederetur. Lustrari autē urbem eo mense ex lege Numæ Pompilij, & dijs manibus iusta persolui. Quin & sacra illa, quibus improborū conscientiaē purgarentur, deleterenturq; peccata, Februa nominari. Quod Ouid. versib⁹ copiosè declarat. Non tacuit Augu. vt Ianuariū à lano, sic Februariū à Februus sacris Lupercorum appellari. Quod Varro quoq; mōstrauit. Ergo Romę hoc mense lustrationes fiebant, totaq; ciuitas superstitioso ritu quotānis ambita purgabatur, vel potius reddebatur immundior. Quæ impia consuetudo cū initio nō facilè abrogari posset, in aliū meliorē vsū translata est à Christianis, constitutumq; vt in eodē mense dies Deiparę sacer in Ecclesia coleretur, cleri & populi frequentissimo cōuentu pia carmina canerentur, & ardentis cereos à pontifice traditos populus cū religiosa lætitia præferret. Huius quidē dici festi Papa Gelasius fundamenta iecit, cum Lupercalia penitus abstulit. Altera causa est, eodem teste Innocentio, vt Christi beneficio ab omni labe purgatos hæc ceremonia commoneret, prudentes illas virgines imitandas esse, quæ accensis lampadibus ad Christi sponsas nuptias intrauerunt. Tertiam huius religiosi instituti causā Rupertus affert, vt videlicet Simeoni iustissimillimi esse conemur, cuius in excipiendo Emmanuele fides enituit, & perspecta quasi pleno vberum charitas est, confessioq; personuit, Christum lumine appellantis. Est etiam quarta illa ratio, quod Maria Domini Matris hæc cereorum religio memoriam renouat, ac fidem veram de eius conseruata virginitate vehementer excitat, excitatamq; confirmat. Vt enim apes virginalem ceram, melque progignunt, ita Maria virgo Christum Deum & hominem, salua vterique integritate, procreauit. Apes namque neq; libidinoso corpus miscnt, neq; vllis pariendi doloribus distorquentur, & tamen magnū filiorū examen educunt.

Que

Quod Rupertus ab antiquis acceptū pro argumēto
sumit. Hoc idē Iuo Carnotensis præsul eleganter ex-
ponit. Hunc cereorū in hisce feriis vsū & perantiquū
esse, & salutariter inuentū, vel ipsi religionis aduersa-
rij cōfitentur (vt à lychnis inquisit, superstitiosis eth-
nicorū corda cōuertantur ad Deū, quem lumē gen-
tiū Simeon appellauit.) Rei vetustatē Grego. Nazian.
testimonio declarant, qui in sua monodia, quam in
Balilij laudē scripsit, huius diei horumq; luminū vi-
detur meminisse. Sed eos fallit opinio, quandoquidē
illa Nazianzeni lumina, festeq; faces non de Christo
in tēplo à Deipara oblato, sed de eodē Christo à Ioan-
ne in Iordane baptizato intelligēdæ sunt. Nam 6. die
Januar. Græcia Christi baptismū cereis & facibus ce-
lebrabat, propterea q̄ Christus in Iordane lotus bap-
tismū nobis instituit lumen animorū. Hinc illæ Cy-
rilli, & aliorū veterū institutiōes partim ad illumina-
tos, partim ad illuminandos, i. ad baptismo tinctos,
& ad eiusdē baptismi candidatos. Et quidē Nazianz.
se ipse explicat, orationē scribens panegyricam de his
feriis Luminosis, docteq; Nicetas ei⁹ interpres diem
hunc luminū sic accipi oportere demonstrat. Quan-
quam Gregorij verba ita sunt perspicua, vt interpre-
tationē nullam desiderent. Sic enim Theologus ait
(Sanctus luminū dies, ad quem peruenimus, quem-
que hodie diuino beneficio celebramus Christianis,
hoc est veræ lucis omnem hominem in hunc mun-
dum venientem illuminantis, baptismum pro prin-
cipio habet.) Hæc eò collegimus, vt hereticorum in-
scientiā, quæ impietatis est comes, ostendamus. Alio-
quin luminum antiquitas Christi ad templum de-
portati testimonio nititur plurimorum, quos sectarij
vidētur ignorasse. Nam Cyrillus Hierosolymitanus
has faces illis verbis celebravit. (Læti hodie lamp-
das ornemus, vtq; filij lucis, Christo offeramus, quo-
niam lumen ad reuelationē gentiū modò apparuit.

Matth. 3.

*Lege Inno-
cent. Serm.
de Purific.
Et S. Eligii
homil. 2. de
Purificat.*

*Lege Epi-
phanium de
prophetarū
vita, & in-
teritu.*

Martyrol.
Rom. 18.
Septemb.
Hierony. de
viris illu-
stris.

Lib. 17. e.
22. in com-
pendio. An-
no 15. Iusti-
niani.
In Chroni-
co An. 542.

Ideo à lumine lumina mutuemur, quæ niuem fulgore deuincant.) Sic insignis ille Archiepiscopus ad vilitatum Ecclesiæ suæ morem respiciens cereorum meminit, qui manibus gestabantur. Hunc eundem perquam vetustum diem multi præclari Patres concionibus celebrarunt; in hoc numero Damascenus est, Timotheus presbyter Hierosolymitanus, Amphylorius Iconij Episcopus, Ioannes Chrysostomus, Gregorius Nyssenus, & his omnibus longè ætate superior Methodius Martyr illustis, qui Diocletiano & Maximiano, vel vt alij Decio & Valeriano imperatoribus suum pro Christo sanguinem fudit. Hæc ita Canisius. Vereor tamen, vt hæc homilia sit Martyris, qui idem Tyrius Episcopus fuit, sed illius, qui Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, cuius ferias decima quarta Iunij Martyrologio legimus esse signatas. Vocatur autem ab his Patribus festus hic dies Hypopante, id est exceptio, vel occurfus, quòd à Simone obuiâ procedente sit alacriter Christus exceptus. His ferias Iustiniano Cæsare institutas esse falsò quidam arbitrantur. non enim ille festum hunc diem inuexit, sed in eo iam ante constituto quædam peragenda curauit, ad communem cladem aduertendam, quæ clades illo tempore maximè sæuiebat. Has ferias memorat Nicephorus, Cedrenus, author Miscellæ, & Siebertus. Et hæc quidem de luminosa pompa, de cereis huius diei proprijs dixisse sit satis, quos cereos Ecclesia religioso ritu consecrat, neque de hæreticorum infania laborat, qui sanctas has ceremonias irident, & altarium candelas, sacrificiorum cereos, funerumque faces dum se ferre non posse dicunt, quibus in tenebris versentur, & quantis, quamque densis errorum sint nubibus obscurati, demonstrant. Nam Ecclesiæ processionibus cereorum antiquior est vsus, eorumque fulgor & lumen muris & parietibus antecedit. De hoc Petrus Canisius disputat accuratè, lustrationesque

tionesque sacras & benedictiones ab impiorum calumnijs doctè sapienterque defendit, qualemque erga puerperas Christianes catholica se præstat Ecclesia, scitè demonstrat, & nouatorum figmenta deridet, qui omnia mendacijs & fabulis referferunt.

*FUGA IN ÆGYPTVM. REVERGIO
in Galilæam, & filij amissio luctuosa.*

CAPVT XIV.

GLADIYS ille à Simeone prædictus, qui pectori virginis imminebat, nõ multo post ferire virginem cœpit, & graue vulnus imponere. Nam Herodes Magorum verbis exterritus, fuga corundem offensus, Christi que in templum illati præconijs, que fama vulgauerat, irritatus, interitum puero machinabatur: Sed Angelus Iosephum præmonet, vt que fuga Ægyptiaca filij, matrisque saluti prospiciat, sedulo, seuereque iubet. Ille quamprimùm imperata facit, & in Ægyptum cum puero & Matre secedit, eademque vitat, & carnificinam, quæ breui consequuta est, infantium puerorum. Scilicet declinare Deus maluit, quem posset occidere, remediisque in rebus aduersis adhibuit, non quæ à potentia, sed quæ essent à ratione profecta. Nam quia mansio difficillima futura esset, ac timoris, anxitarisque plenissima, præpotens Deus in Ægyptum confugere statuit, ac se periculo, matrem & Pædagogum timore liberare. Erat enim altissimo Dei consilio prouisum, vt filius non infans puerulus, sed vir, prædicatoque iam Euangelio mortem opeteret. Itaque Fulgentius (*Serm. de Epiphania. Lib. 9. Demonstratio. Euangelicar.*) dignatus est, in Ægyptum fugere, vt postea crucem dignaretur ascendere, eumque propria benignitas, non aliena improbitas mori cogeret.) Neque enim decebat, vt scitè Eusebius, Seruatorem nostrum adhuc puerum miracula edere, & patrare prodigia.

Serm. 150.

Herodeque occiso ante tempus diuinam virtutem ostentare. Libet Petri Chrysologi verba proponere, quæ ad rem hanc, qua de agimus, illustrandam maximè valent. (Bellicosus, ait ille, quod in bello fugit, artis est, non timoris. Deus quando fugit hominem, sacramenti est, non pauoris. Potens quando se subducit infirmo, insequentem non pauet, sed foras producit; vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoste victoriam. Hinc est quod Christus fugit, vt cedat tēpori, non Herodi.) Accedit prophetiæ veritas, quæ Ægyptium hoc iter multo ante prædixerat, quā Christus sua & profectioe & reuersione cōprobauit. Neq; solus Oseas, sed etiam Esaias profectioe Ægyptiacam diuinavit, leuemq; illā nubem Procopius Esaiæ doctus interpret sacra esse virginē intellexit, cuius est brachijs in Ægyptū Seruator deportatus. Nubes merito dicta, quæ gratæ pluuiam Ambrosio interprete, demittit in terras; ei⁹ vel quod, eodē explanatore Ambrosio, cōiunctionis virilis expers fuerit; vel quia nullo neq; peccati, neq; perturbationis, neq; fomitis, vt vocant, pondere premeretur; vel quia à terra eminebat, & volans sublimè ferebatur. Quæ Procopij interpretatio est illo digna ingenio. Niceph. in sua rerū Ecclesiæ, quàm scripsit, historia; Sozomenus item, cum Palladio, Hermepolim

*De institut.
virg.
Ibidem,*

*In cap. 19.
Esaiæ.*

Lib. 10. c. 37.

Lib. 5. c. 20.

In hist. Lu-

sitan c. 52.

In descript.

terra San-

ctæ.

In Annal.

anno 1.

Hic est Bur-

chardus in

descriptio.

strem fuisse pethibent. Quid de illis sentiendum sit, Burchardus ostendit. Cæsar quoque Baronius has eadē historias prudenter examinat. Vnam referam, Baronij commēdatione confusus, quam ei video placuisse. Non enim prætermittendum ille putat commemorationis Christi, eiusque matris in Ægypto nobile monumentum, q̄ traditione piorum cognitū posteris ab ijs, q̄ religionis ergo ad illa peregrinati sunt loca, & ab eo præsertim, qui cæteris habetur fidelior, ita describitur. Inter Heliopolim & Babyloniam medio

fermè

fermè loco est balsami hortus, qui modico fonte, copioso tamen irrigatur, in quo fama est beatam virginem Iesum paruulum sæpè lauisse, panniculosque eiusdè atq; linteola tum deterfisse, cum esset in Ægypto, & metu Herodis exularet. Est ibidè lapis, super quem dicitur eisdem Christi pannos, quos abluerat, virgo virginū exsicasse. Hęc omnia Christiani & Saraceni cōmuniter venerantur. Verū quia fons ille exiguus ac modicus totius horti irrigationi nō satis fore videbatur, Saraceni profundū puteum suffoderunt, vnde quaterni boues rotali machina, tubisque immisiss aquā extrahebant. Sperabant namq; Ægyptij ex ipsa fontis Iesu vicinitate (hoc. n. illi nomen erat) aquā recentis effossi putei nō modò fore copiosam, sed etiā salubris fertilitatis effectricē. At se deceptos animaduertētes, quòd anthlia non tantū aquæ, quantum satis esset, hauriret, canalem construxerūt, per quem aquam deriuabant, inq; Iesu fonticulum transfundebant, vt aquarū confusione perpetua hortus posset commodè recreari, quem virginalis aquæ iam virtus attigisset. Nec eos sefellit opinio. Hodie enim plantas oēs aqua exhausta lætificat, & balsami hortus fonte immisso redditur valde fecundus. Quē fontem illa sacrasse creditur, qui agri pleni spirat & refert odorē, & illa fortunasse, quæ balsamo cōparatur. Hęc & alia admiranda, quæ autor oculis speculatus est, narrat, cui ceteri suffragantur, qui eiusdè argumēti libros cōscripserunt. Qui & addunt, locum illū, in quo habitasse ferebatur virgo sanctissima, ipsis etiam Saracenis venerationi esse, adè vt ibi lampada perpetuò ardentem in Iesu mansionis memoriam sedulo conferuent, Locumq; illū ab incolis Ægyptiis Maturreā nominari. Et verò fons ille alter, qui Iosèpho teste in Palæstina sabbatis duntaxat affluēs, diebus hebdomadè reliquis exarescit; qua de causā Sabbaticus est appellatus, quē Titus ipse conspexit, Palæstinam hęc

terra sanct.
par. 12. c. 4.
Idem prodit Iansenius concordantia Euangel. cap. 11.

Genes. 27.
Ecclesiast. 24.

De bello Iudaico lib. 7. c. 24.

*Naturalis
historia 3.
§ 2.*

Anno 8.

Nympham, & erga eam pietatem Sabbatinis testatâ ferijs mihi videtur ostendisse. Nam Deipara fons est perennis, vnde tam multa mortalibus beneficia profluunt, profluentque, dum mundus extabit. Quod verò non alio die, nisi Sabbato flueret, in eo Sabbatinas ferias virgini ab Ecclesia dicendas præmonstrari, Plinij verò explodendus est error, qui omnia in contrarium, fluuium illum sex manere diebus scribit, & sabbatis exhauriri, tanquam Iudæorū more ab operibus Sabbato conquiescat; id enim videtur Plinius esse admiratus, cæterisque Plinianis & erroribus & mendacijs hoc erit annumerandum. In hac fuga credibile est multa virgini, multa Iosepho, multa vnigenæ Dei filio dictu graua, perpeffu aspera contigisse, sed quia nihil certi probatæ tradunt historiæ, piorum cogitationi, commentationique relinquimus. Ægyptiæ commorationis tempus alius aliter definit scriptor. Biennio quidam, nonnulli triennio, bona pars septennio hoc Christi Iesu vel exilium, vel perflugium terminarunt. Nono vitæ anno ex Ægypto rediisse contendit Cæsar Soranus Baronius Ecclesiasticorum ingeniosus, laboriosus, & curiosus scriptor annalium. Mihi non libet inter has diiudicare sententias, quæ ad virginalem historiam non magnoperè pertinent. Illud est cerè tenendum, beatissimæ virginis charitatem Christo in illo longo an breui exilio pro patria fuisse. Quippè quæ nulla in re materno officio defuerit, omnia, filio præstiterit solatia, obsequia & oblectamenta, quæ potuit. In Ægypto matrem & filium aliena misericordia vixisse nonnunquam, & eleemosynas corrogasse, non esse duco improbabile; at Nazarethana vrbe repetita cum mendico filio mendicam fuisse virginem, hereticorum puto esse mendacium, quorum multi in eo toti occupantur, vt sanctissimam Dei matrem dedecorent, & eius quam altissimam eleuet dignitatem. Formam enim & quasi faciem

faciem honesti non vident, quam tamen pij Christi-
 cola mente & animo conceperunt. Principio Iose-
 phus Faber erat, suoq; fabricicio alumnum, & spon-
 sam, vt poterat, sustentabat. Quin etiam virgini sua
 res erat familiaris, vt iam diximus, quam à parenti-
 bus heres accepit. Itaque Nicephorus Mariam & Io-
 sephum relicto Bethlema, vbi natus est Christus, ic-
 curò Nazareth rediisse affirmat, quòd bona, quæ ibi
 erant, vtenda putabant. (vtrobique ergò, inquit ille,
 habitarunt, quod vtroq; in loco prouentum aliquè
 haberent.) De hoc ipso copiosè disputat Eusebius
 Emislenus. Quare inopes fuisse credamus, licet non
 tamen vsque adeò egentes, vt aliorum ianuas obire
 cogerentur. Neque vero decens fuit, vt castissima illa,
 beatissimaque matrona limen alienum terere, fores
 pulsare, & in viros virgo prudentissima, secretique
 amantissima, toties cogeretur incurere. Nam &
 Christus ipse, quod bene perpendit Hieronymus, re-
 facer & nomine, vsque ad trigessimum vitæ annum
 suorum fuit parentum paupertate contentus, men-
 dicitate in Euangelij dilata tempus. Quanquam & in
 Aegypto, vt dictum est, & in illa, de qua iam dicemus,
 absentia, stipem ostiatim à Christo esse collectã qui-
 busdam sanctis Patribus videtur esse credibile. Quare
 persuadeamus nobis, Christi atque Deiparæ tenui-
 tatem & inopiam ante Euangelij prædicationē, quæ
 trigesimo anno inchoata est, eatenus esse progressam,
 quoad maternæ dignitatis ratio pateretur. Etsi nihil
 erat virgini durum, quæ filij charissimi, atque dulcis-
 simi os & faciem quotidie aspiceret, & voces audiret.
 Quæ tamen voluptate tum caruit, cum diuino con-
 silio duodecimo ætatis anno sese puer parumper ab-
 scudit, ac Matre domum reuertente Hierosolymæ
 consultò remansit. Nam cum in templum suæ ma-
 tris Iosephi que nutricij comes, ad Paschales serias sta-
 tas, & anniuersarias celebrandas aduenisset, iisque
 peractis,

*Ecclesiast.
 histor. lib.
 1. cap. 3.*

*Homil. in
 Natiuitat.
 virginis
 Mariæ.*

*Epist. ad
 Eusebium
 de custodia
 virginis.*

peractis, sanctissimi coniuges ædes repeterent, sanctus puer, matre, Iosephoq; nescientibus, ac vel ponere sequi, vel antecedere arbitrantibus, populari turba certum illius rei tum aspectum, tum indicium impediendo, ingens sui desiderium vtriq; sponso reliquit, parq; illud sanctitatis & amoris in maximo mœore fuit, dum triduo inter cognatos & notos inueniri non potuit. At vbi in templo sedentem, & cum doctissimis quibusq; colloquentem, multaq; acutè percontantem, Maria & Iosephus omnia lustrantes reppererunt, magnopetè admirati sunt, quòd præter suâ expectationem, & puerorum consuetudinè sese parentibus subduxisset, ac sciens & prudens accerrimi doloris causam se amantibus attulisset. Hinc illa piæ Matris vel amica conquestio, vel mœste, admirabundæq; simplex, & sincera interrogatio, (fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te.) Nam charissimi filij amissione nō dolere nō poterat, quæ ibi cor animumq; defixerat, vbi thesaurum condidisset. Sed quæ affectus in potestate habuit, vt gaudia illa, quibus toties exultauerat, ratione moderata est, sic etiam hunc grauissimum mœore ita compressit, suis vt se finibus, cancellisq; tenuerit. Itaq; non solum testimonio sanctorum Patrum, sed etiam confessione aduersariorum casum hunc virgo Deipara & sapientissimè tulit, & mœstissimè deplorauit. Horum etiam iudicium est, nulla Mariæ culpa filium abfuisse. Sic enim illorum vnus apud Canisium (prouidentia Dei factum est, vt puer Iesus maneret Hierosolymis, non pueri contumacia, nec parentum negligentia; nam quod ad Christum attinet, doctrina fuit, negligendos esse parentes, si negotium Dei incidat, & aliò vocet.) Eadem quidem alter sentit hereticus, cuius apud eundem Canisium illa sunt verba (singularis parentum sedulitas, & vigilantia in eo refulget, quòd primo mox die diligèter inquirunt puerum.

*Lib. 4. de
B. Virgin.
c. 13.*

Ibidem.

rum, simul autem atq; non inueniunt, repetūt anxij & celeres urbem, nihil parcentes laboribus, nullam non adhibentes in inquisitione diligentia. His duobus tertius ille accedit re caluus & nomine, deforme quidē caput, & monstū horribile, propugnans tamē in hac re pro virgine, & à culpa vindicans, vt quondā ille apud S. Hieronymum Satyrus Christi laudator & p̄co, quo turpiores videri Centuriatores debēt, qui amissi filij ream virginem agere nō erubescunt, quia videlicet cum ipsa religione omnem humanitatem exuerūt. At verò Catholici sapienter, rectē, piē de hac virginis causa iudicant, ex quibus vnus Canisius de Christi se occulantis & matri subtrahentis mysterio multa ratiocinatur egregiē, bonus scilicet canis, qui tam sepe mordet hæreticos, suęq; Dominæ fidus custos odium exercet in externos. Causam quare se Christus matri subduxerit, ac Iosephum quoque latuerit, sanctus explanat Ambrosius, voluisse mundi conseruatorem duodecimo etatis anno suę cum doctoribus disputationis futuræ, cum mundo certaminis initium auspicari, suęq; sapientię specimē dare, & eximij illius splendoris, quem diuturni silentij quasi nube contexerat, radiū aliquem iaculari. Scilicet vt ab ea etate, quæ perfecto vti iam incipit rationis, mentisq; iudicio, sese paratū ostenderet ad patris iussū cōplenda. Iudæorū quoq; animi, vt eidē videtur Ambrosio, præparandi fuerunt, vt ne Christi doctrina omnino videretur esse noua, eiusque vocem aspernarentur Pharisæi, quam nunq̄ aliās audiuisissent. Nam si doctor repente prodiret, qui & Faber, & Fabri filius habebatur, sermonē inimicis daret ad obtrectandum oblatrandumq; propensiss. Ergo huius diei progymnasmata ad viriles Christi conciones viam inuiniuerunt; neq; erat aduersarijs iusta criminādi causa, quos recordari oportuit, oratorem illum eundem esse, quē in adolescentia quasi declamatorem audiuisset.

Et hoc

*In vita S.
Pauli, primi
Eremit.*

Ibidem.

*In cap. 2.
Luca.*

Ibidem.

Et hoc quidem Christi illa responsio significat { quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? } Quæ verba aspera, insulsaque non fuisse Mariæ palato ostendit, cui vox illa dulcissima fuit, eamque subinde regustabat, atque intimis sensibus mentique penitus mandabat. Declarauit & ipse Dei filius, qui se illico suæ Matri reddidit, atque restituit, ei; triginta annos obediuit, mortuoque Iosepho, quem credibile est, ante Christi prædicationis initium obiisse, fabrilem artē, ut matrem aleret, Christus factitauit. Quod verò intulit Euāgelista { & ipsi non intellexerunt verbum, quod loquutus est ad eos } hæretici suo more deprauant, & ad virginis conuicia, contumeliasque detorquent, cui ignorantia notam inurunt, quippe qui cæteros de se fingant. At verò Ecclesiæ filii, quibus sua Deus arcana patefacit, in illis verbis multa multumque videntur, neque eos fugit quantum virgini honorem Lucas habuerit. Igitur Rupertus Abbas Tuitiensis non concedit, ignorasse Mariam, quæ Dominus respondisset, verum se pro ignorante gessisse, cognitumque mysterium religioso silentio compressum tenuisse, magna fide complectentem omnia, quæ suo tempore Dei permissu enuntiaret. Tempus enim loquendi, tacendi que virginem nosse, dierumque & temporum vicissitudinem obseruasse. Erat quippe Mariæ tum fides, tum sapientia singularis, ut pleno ore prædicat profitereturque Bernardus. Sunt, qui hunc Euāgelistæ locum cum quadam synecdoche accipi velint, & quod D. Lucas de utroque parente commemorat, ad vnum Iosephum referendum putent, qui rudior esset, neque tantos, quantos Maria, fecisset in fide & in rerum diuinarum intelligentia processus. Simile est, quod de latronibus legimus cum Christo in cruce alterius altera confixis, qui in Christum blasphemi fuisse dicuntur, cum vnus duntaxat conuiciator impius

*Homil. 4. de
beatâ virg.*

pius fuisse videatur, quod D. Lucæ nobis probat historia. Qui ita virginem tuentur, in latebriam se sine causa coniungunt. Nam vt sensum verborum propriū ac simplicem retineamus, & Lucam de Maria & Iosepho loquutum fateamur, tamen suus honor beatissimæ virgini saluus atque integer relinquatur. Notum Deiparæ erat, atque perspectum sui filij cœlestis genus, nota diuinitas, minimè ignorabatur seruatoris mors pro communi omnium salute. Nesciebat tamen virgo sanctissima quomodo tantum munus vellet Christus insistere: Certum ne esset Dei filio, Hierosolymæ viuere, an in patriâ redire; versari cum legis doctoribus, & illud iuuentutis quasi gymnasiū frequentare, an parētibus præsto esse: prædicationem iam tum exordiri, an silentium repetere consuetum, & felicem suæ doctrinæ nuncium in aliud differre tempus, nondum beata virgo compererat. Nec dubium, quin vtrique coniugi obscurum fuerit, quem admodū in reliqua post vita se vnigenitus Dei filius gereret, quosque progressus in obeundo Messicæ munere facere instituisset, vt vel ex hoc ipso ad singulas Christi actiones suauis admiratione defixi tenerentur. Audierat virgo Christum de Patre loquentem, neque continuò diuinavit, quod negotium paternum significaret, siquidem multa latebant in illa immensitate sermonis. Quare non magnoperè videtur esse mirandum, vt Iosephus & Maria nōdum caperent, quæ tum agerentur ac responderentur, in tanta præsertim amissi charissimi filij solitudine, reperti voluptate. Siquidem noui spectaculi admiratione detenti minus præsentis, paratoque animo erant ad Christi & mentem & orationem perfectè cognoscendam. Non intellexerūt tam paucis verbis tam multa & magna contineri. Neque erat facillè coniectare, illis verbis absentes potius parentes, qui in filiorum educatione dissoluti esse solent, quàm præsentis innocentes illos
 & præ-

*Homil. 20.**in Lucam.**In cap. 2.**Luca.**Lib. 2. de**praconio &**dignitat.**virg. c. 13.**Ibidem.**Ibid. c. 26.**Hares. 78.**Sermo de**Assumptio.**lib. 6. Reue-**lat. c. 58.*

& probos notari, & perfringi. Si Origeni credimus, non intellexerunt parentes, vtrum Christus his verbis de templo externo, an interiori loqueretur. Mitto quæ Theophylactus, quæque alij de hac ipsa Mariæ virginis ignoratione discutunt. Dionysius quidem Richelius minimè dubitat, quin verba illa (in his quæ patris mei sunt, oportet me esse) ad æterni patris obsequium referenda fore Maria putauerit: sed tempus tamen ac locum nesciuisse, & vitæ cursum, atque itineris diuortia non nosse. Filium quæsiuit illa quidem, non quòd errasse, aut exceptum insidijs perisse arbitretur, sed absentiae iceta dolore vim profudit lacrymarum. Nam quem ames, eius ne ad punctum quidem temporis conspectu, & præsentia æquo animo careas. Origenes arbitratur veritam esse virginem, ne ad cælos ascendisset suo tempore reuersurus ad Redemptionis opus absoluendum: Idem Dionysius Lucae verba perpendens, quidem Mariam eorū, quæ audiret, conseruatricem appellauit, in hunc modum ratiocinari nos docet: Si sacra virgo alios de Christo loquentes tam diligenter attendit, si eorum verba memoriæ Thesauro custodiuit, si animo, quæ dicerentur impressit, ac secum ipsa reputauit, quanto studiosius, atq; cupidius filium suum vel domi de diuinis rebus, à Christianis factis, quorū ipse inuentor authorq; esset, differentem; vel foris & propalam concionantem audiret? quanto audiret celerius arripere, percepta & cognita quanto sepius mente reuolueret, regustaretq; suauius? quæ pastribus, quæ Simeoni, quæ Annæ tam beneuola, docilis, attentaq; fuit, qualem se tandem dicenti filio præstitisset? Nam Christi concionum, vbicunq; illæ haberentur, comitem & sociam fuisse Deiparam Epiphanius, Augustinus, & præterea multi testantur. S. Brigittæ ostensum esse à Deo legimus, Christū adhuc puerū in priuatis ac domesticis cum verissima parente, & opinato patre Iosepho

sepho colloquijs multa arcana detexisse, multa penitus abdita & reclusa amāter aperuisse, tātamq; Christi sermonis fuisse dulcedinem, vt singularem ex eo voluptatem vterq; perciperet, & diuini amoris illa oratio flammam ingentē excitaret. Quidam ex aduersarijs his D. Lucæ verbis impulsus & Mater eius *Luca 19.* conferuabat omnia verba hæc in corde suo in sacrosanctam virginem, Deiq; nostri parentem Mariam laudes pleno modio congesserunt. (Est, inquiunt, Maria virgo imago eorum, qui vero studio, ardentiq; pectore verbum Dei amplectuntur, nec possunt assidue eius lectione, & meditatione satiari, sed summa contentione & auiditate animi intimo pectori illud infingere, & in ipsam vitam, moresq; transferre student. Iuxta illud Canticorum 8. (pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachia tua) hi quidem sceleratissimi, nequissimiq; serui ex ore proprio iudicandi sunt. Virginem laudant, & fidem agnoscunt, cui opera comitentur. Quid enim aliud illa significant, (& in ipsam vitam, moresq; transferre student?) In cuius rei testimoniū Sponsæ Brachia citant, quibus opera significantur. Qui tamen alioquin nudam & inanem fidem venditare solent. En Priamus, sunt hic etiam sua præmia laudi. *Æneid. 1.* Vel apud scædistragos, ipsisq; Carthaginensibus peiores, Deipara celebratur; & chaitas, quæ fidem confirmat, cognoscitur. Nempè veritas utique dominatur, deq; suis triumphat inimicis.

DE MIRACVLO NVPTIALI, VIR-
gine deprecante.

CAPVT XV.

EVANGELII promulgationem à miraculo nuptiarū auspicatus est Christus. Cùm enim Canæ, quæ Galilæorum ciuitas erat, nuptiæ agerentur, & Christus, eiusque Mater sanctissima, vel

IOAN. 2.

vel propter amicitiam, vel ob cognationem, inuitati essent, vinumque conuiuas defecisset; Deipara casum miserata, filium per modestè rogauit, vt inopiæ subueniret; quæ nuptiali gaudio molesta superuenit, incurritque transuersa. (Vinum, inquit illa, non habent.) Quibus ex verbis Mariæ tum fides, tum charitas elucet. Fides, quòd sola Iesu Christi & bonitatem, & potentiam appellârit, & ab illo, quem subditum tenuisset, quique nullum adhuc miraculum patrauisset, præsentis illius mali remedium, supra naturæ vires atque ordinem, tam fidenter exposceret. Neque verò precibus negotium virget, instatve tardanti filio, sed vno verbo indicat, coniugum esse verecundiæ succurrendum, quibus intempestiuè vinum, mensæ lætitiæ, defuisset, remque totam filio fidens & secunda committit: qui & vellet, & posset multò plus præstare, quàm quantum vel Mater peteret, vel necessitas postularet. Hanc ingentem Mariæ fidem illud maxime illustrauit, quòd licet Christi in speciem duriore responso exciperetur, ac repulsam quodam modo passa esse videretur; tamen nihil offensâ benè sperare perseveraret, & hac fide periclitatione quasi constantior effecta, mensæ illico administratores admoneret, Christi dicto parere, & quidquid ille iussisset, se faciles, paratosque præstare. Charitas autem in eo maxime enituit, quòd egentem causam per opportunè egerit patrona salutaris. Non monita, non rogata sponsi & sponsæ miseretur, & alienis malis vtrò commota, de coniugibus benè meretur. Cumque ipsa per se illorum inopiam subleuare non queat, sui Christi clementiæ quasi fores pulsat, remediumque precibus impetrat à communi Seruatore. Non equidem inficior in ijs, quæ Christus suæ matri respondit, aliquid asperum apparere; verùm Christus aliorum salutis causâ cum Deipara, quam habebat, habuitque charissimam, quamque obseruabat, amabat, hono-

rabat.

rab
uic
ho
le
ius
virg
effi
virt
cura
rum
que
iussa
opus
quib
tibus
quod
nega
racul
dem
debea
mirac
tente
stulit
sti hoc
brosiu
Spiritu
ciè in
dixerit
nem il
sed mi
Gaud
& sæp
se con
verbis
Emissa
in pect

zabat, sermone vsus est aliquanto, quàm soleret, gra-
 uiores. Iam enim tempus aduenerat, in quo priuati
 hominis persona ponenda esset, & publica doctoris,
 legillatorisq̄e sumenda. Ergo hoc responso se ma-
 ius aliquid habere demonstrat, quàm quod ex Maria
 virgine desumpisset; docetq̄e, mirabilium rerum
 efficientiam non ab humanis affectibus, sed à diuina
 virtute proficisci. Docet eorum, qui Euangeliū probè
 curatum volunt, proprium esse munus, propinquo-
 rum & affinium consiliis, admonitionibus, precibus-
 q̄e reiectis; alta spectare, coelestiaq̄e & diuina vel
 iussa, vel monita, consecretari; docet perfectæ pietatis
 opus esse, parentibus, cognatis, & coniunctissimis
 quibusque, ab studijs melioribus nos auocare conā-
 tibus nuntium remittere, & longam salutem dicere;
 quod hominis est fortis, & verè sapientis. Cyrillus nō
 negasse, ait, Christum Matri, sed commodiorem mi-
 raculi opportunitatē expectare voluisse. Et hoc qui-
 dem Christus exemplo, quo loco filij matres habere
 debeant, ostendit quandoquidem Dominus ad hoc
 miraculū edendum animum, propter matrem pe-
 tentem, citiūs appulit, quod alioquin parumper di-
 stulisset. Eadem ferè Chrysostomi sententia est, Chi-
 sti hoc responsum lenientis. idem quoq̄, sentit Am-
 brosius. Maximus Deiparam prophetico afflatā dicit
 Spiritu, quæ Domini prænoscens voluntatem solli-
 citè ministros illis verbis admonuit (quòdcumq̄e
 dixerit vobis, facite.) (Sciebat, inquit, obiurgatio-
 nem illam Domini, filijq̄; sui non offensæ indicem,
 sed misericordiæ esse prænuñciam.) Antè Maximū
 Gaudentius, qui D. Ambrosij vixit ætate, virginem
 & sæpè aliàs, & in hoc nuptiali conuiuio vatem fuis-
 se confiteretur, & Christi veram interpretem, mysteriis
 verbis illis inuoluentis soli nota Deiparæ. Eusebius
 Emisenus sanctum agnoscit, & veneratur Spiritum
 in pectore virginis habitantem, quo Magistro, quod
 Christus

*Lib. 2. in
 Ioan. c. 23:*

*Homil. 20.
 in Ioan.
 Serm. 16. in
 Psal. 13.*

*Homil. 1. in
 fest. Epi-
 phan.
 Tract. de
 Lectionibus
 Euangel.*

*In cap. 2.
 Ioan.*

*quæst. 13. 6.**Euseb Ec-
clesiast Hi-
stor lib. 4.
c. 8. § 11.**In Euang.
Domin. 2.
post Epiph.
Horat. li. 2.
Serm. Sa-
tyr. 2.*

Christus facere instituerat, ut id iam faceret, virgo præmonebat. Iustinus Martyr antiquus verba illa {quid mihi, & tibi est mulier?} explanans, Christum vberius loquentem inducit, atq; ita agentem cum Matre charissima. (Non nos delecti sumus, quibus consumpta in nuptiis vina curæ essent; ex singulari tamen charitate, si vis, ne eos vinum deficiat, ministrus dicit, ut, quæ præscripsero, faciant, & videbis, quemadmodum eorum sit necessitati subuentum. Quod certè res ipsa cõprobauit. Non igitur verbis Matrem increpuit, quam factis honestauit.) Hæc Iustinus Theologus Philosophusq; mirandus, & ex sacro illo ordine purpuratorum, quos sanguis pro Christo filius Antonino Vero, & Aurelio Commodo Imperatoribus rubeo colore decorauit. Ex quo intelligitur, virginem à suo filio nunquã esse despectam, ut quidam hæretici harum nuptiarum turpissimi audacissimiq; vel centauri, vel Lapithæ mentiuntur, quos vinum non quidem Euangelicum, sed ex caupona cupa haustum reddidit temulentos. Itaq; quod plenis poculis egerint, furore, amentiaq; præcipites intelligere non possunt, inter Christum & Mariam, quæ summa semper fuisset animorum, voluntatumque consensio, ne hoc quidem tempore eam consensio-nem desiderare debere: quando amicissimis sepe numero euenire soleat, ut sententijs concordent, quamuis oratione dissideri se simulent. Vidit hoc Eusebius Emisissenus, vel qui eius est auctor homiliae, non inter lances, mensasq; nitentes, ut bene Satyricus, cum stupet insanis acies fulgoribus, & cum acelinis falsis animus meliora recusat; vidit sobrius, vidit impræsumus, & hunc locum exponens ita disceptat. {inter se loquebantur Mater & filius; ipsi se intelligebant; ipsi sua secreta nouerant; ipsi, quid tum fieri oportebat, & quid postea futurum erat, sciebant; cæteri autem quid ipsi dicerent, ignorabant.} Bernardus de hoc

conu

coniuicio disputat, qua solet prudentissima pietate, Verbaque illa { quid mihi, & tibi mulier } non propter matrem, sed propter nos loquutum esse Christum affirmat. Neq; tamen omnes aduersarij ad has nuptias spectandas ebriofa venerunt; quidam enim crapulam edormisse videbantur, quibus Mariæ charitas mirabilis visa est, & præclara constantia, ipsumque mulieris nomen, quo matrem Christus appellauit, tantum abest, vt contumeliæ attribuant, vt excellentiæ causâ usurpatum esse Christo fateantur. Nam quæ cæteris fœminis tam longè præstet, quæ dæmonis caput minuerit, nomen mulieris sola sibi vendicant. Sectatorum verba ipsa Canisius apponit, vel potius Mariæ opponit hostibus, vt non nostro solum, venim etiam suorum gladio iugulentur. Adduci non possunt, vt fontium, fluuiorumque miracula Januarij sexto die, Epiphanijs scriptore, sileam, quibus hoc primum Christi prodigium aquæ in vinum conuersæ celebratur. Epiphanijs hæc ferè sunt verba; { Post annos triginta factum est primum signum in Cana Galilææ, quando ex aqua factum est vinum. Quapropter etiam in multis locis vsque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum est diuinum signum in testimonium incredulis, velut testantur in multis locis fontes ac fluuij in vinum conuersi. Cyberis quibus vrbs Cariæ fons, qua hora hauserunt ministri, & ipse dixit, date architriclino, testatur; & in Gerasa Arabiæ fons similiter. Nos bibimus de Cyberis fonte, fratres verò nostri de eo, qui est in Gerasa, in Martyrum templo. Sed & multi in Ægypto de Nilo hoc testantur. Quare hoc die omnes hauriunt aquam, & reponunt tum in ipsa Ægypto, tum in multis regionibus. } Hæc sanctus doctor, qui se rei testem profiteretur. Quod autem sanctus Matthæus, de Maria commemorat, & Christi fratribus, qui concionantem Christum pro foribus expectabant,

*Serm. 2. in
Domi. post
Epiphani.*

*Lib. 4. de
B. Virgin.
cap. 18.*

Hæres. 15.

*Aquam dicit,
qua v-
rum sapore
reddidit.*

solent Mariani hostes obiectare Deipare, solent iidem Christi abuti responso ad eximiam beatissimæ virginis charitatem obscurandam: sed quis non contemnat ex vino vacillantes? In primis fratrum nomen mouere nos minimè debet, propterea quod scriptura propinquos & necessarios, quoquo modo coniuncti sint, fratres appellat. Nullos enim, ne ex Iosepho quidem alterius marito, contra quam quidam falso putauerunt, fratres Christus habuit. Quin & Beda Domini fratres sic accipiendos monet, ut nec filij Mariæ virginis, quod est luce clariùs, neque Iosephi existimentur ex alia vxore, sed Christi propinqui: quia Mariæ virginis consanguinei cognationis gradu alio propiore, alio remotiore, ut in huiusmodi necessitudinibus solet euenire. Hunc igitur propinquorum beatæ virginis comitatù, Deiparæq; aduentum inopportunum, & si superis placet, ambitiosum fuisse heretici somniarunt. Cuidam autem Græco nostro doctiori imprudenter excidit, ut gloriolam aucupantes virginem tanquam in scenam induceret, sed tamen D. Thomas ita se gerit, ut hunc grauem scriptorem expurget, & illius se permodestum emendatorem præbeat, & pro communi parente propugnet, in quam humana nulla errata ceciderunt; Tridentiniquè decreto Concilij omnem culpam, quæ agendo committitur, negare in virgine debeamus. Huic quidè Græco doctiori, vel Caluianus irascitur in eo libro, quem Evangelicam Harmoniã inscripsit, cum nihil tam solum absurdè, negans, & in hoc benè cantans, Mariam laudis cupiditate ductam ad Christi concionem accessisse; negans itidem interpellare voluisse. Idem antea sensit Erasmus, qui ex D. Hieronymi sententia nuntium illù iniussu virginis insidiosè tentasse ait, num ob suorum amorem Christus prædicationis munus intermitteret, ob eamque rem acius tulisse responsum. Fieri etiam potuit, ut ab ambitiosis Christi cognati

I
 n cap. 7.
 Marc.
 Vide Hieronymi lib.
 cont. Heluidi.

3. p. quest.
 26. art. 4.

In cap. 12.
 Matth.

gn
 con
 int
 de
 illi
 est,
 Et si
 fact
 tos d
 & Be
 sang
 cog
 ctita
 finu
 non
 se, p
 ditio
 sume
 nific
 firma
 Amb
 scem
 ra glo
 rabil
 Deipa
 hoc le
 super
 nosci
 A
 T
 sti ac
 quod
 gnati

gnatis subornatus irruerit. Quòd si à Matre missum concedimus, fateri debemus, haud id quidem factum interturbandi animo, sed potius significandi, se quidem ad ianuam expectare, quid ipse de cernat. Quare illis verbis (quæ est Mater mea) non Deipara notata est, sed vel turba, vel cognati, si quid fortè peccauerunt. Et si illa non tam reprehensio, quàm admonitio fuit, *Lib. de fide* sacram concionem, diuinaque opera propter cognatos & affines intermittenda non esse. Ita Augustinus *contra Ma-* & Bernardus. Atque etiam docere Christus voluit, *Serm. 2.* sanguineæ coniunctionis vincula inualida esse sine *Domin. 1.* cognatione virtutis, eamque necessitudinè, quæ sanctitate vinciat, esse firmissimam. Ita idem Augustinus, & ante eum Tertullianus, Hilarius, Christum *post Epiph. Serm. de* non fastuosè de sua Matre sensisse, sed docere voluisse, *virginit. lib. c. 3.* se, propinquitatis & ius & nomen non iam de conditione nascendi, sed de Ecclesiæ communionem tum *Lib. de carne Christi. cap. 7.* sumendum, tum esse retinendum, eoque factò significatam esse Synagogæ repulsam. Quod etiam affirmat Papa Gregorius, legat, quicumque volet, Diuū *Canon. 12. in Matth.* Ambrosium omnia colligentem. Euangelicæ illius *Homil. 8. in* foeminae cui virgineus vterus beatus est visus, & vbera *Euang.* glorificanda, magna laus est & pietas commemorabilis; neque Christus contra dixit, sed laudem illam *Lib. 6. in* Deiparæ quasi inchoatam consummauit. Nos de *Luc. 11.* hoc loco propter causæ similitudinem plura dicere super sedemus. ex his enim, quæ exposuimus, cognosci illa possunt, redarguique contraria.

ADEST CHRISTO PATIENTI.

CAPVT XVI

TESTATUR D. Bernardus, quem sequitur *Sermo. Signum mag-* Dionysius Richelius, Mariae, quæ & vates est *num.* set, & in Prophetarum libris exercitata, Christi acerbissimam mortem multò antè præuisam fuisse; *Lib. 2. de* quod vel ex vno Esaiæ, qui horribilia Seruatoris sup *laud. virg.* *plura cap. 26.*

Cap. 50. 53.
63.

plia tam sæpè, tamque apertè prædixit, perspecta & cognita habere potuisset. Hoc si damus, quod non dare non possumus, simul fateri debebimus, virginem filij sui immanissimas pœnas præmeditantem in quotidianos luctus incidisse, cruciatuumque Christi memoriam perennem & perpetuam in Matre fuisse, qui quò propius aduentarent, eò grauius virginis pectus effodisse iudicandi sunt. Nam dolorè patientè duplicabat ipsa vicinitas; sed præsentia, aspectusque ipse pœnam perduxit ad summum. Quippè cum filio tota penderet, omnemque vel spem, vel consolationem, vel voluptatè in vnico filio defixisset. Quanta amoris magnitudo fuit, tanta facta est doloris accessio, tantumque pondus tormentorum. Ergo tristissimus ille fuit nuntius, qui Matrem de filij certamine fecit certiorè, illaque iam tandem intruisse dixit, que parens filij amatissima toties timuisset. Qualem virginis animum fuisse patabimus, quæ agnata à lupis circumfideri, magistrum à perfidioso discipulo prodi, summum imperatorem ab stipendiariis militibus comprehendi, beneficentissimum Dominum ab improbissimis & ingratisseruis acculari, veritatis autorem assertoremque ab mendacissimis testibus opprimi, & violari, patriæ parentem à lociuius tetrus atque nefarijs oppugnari, Regem Regum à Tetrarcha Herode contemni, Angelorum patrem atque hominum ab Herodianis aulicis derideri, iudicem seculorum à carnificibus, tortoribusque pulsari, sapientiæ, bonitatisque fontem Barabbæ latroni homicidæque postponi, nobilissimum præceptorem à Petro discipulo negari, proque ignoto haberi, largitorem vitæ ab iniquo præside læuissimè verberari, laniatum plagis & spinis coronatum morte damnari partim audiret, partim cerneret, & oculis dolorem augentibus, non sine ingentibus & morte conpiceret? Hæc horribilia, aspera, inaudita

superi

superiori memorię noua per aures missa virginis eius
 animum grauissimè cruentarunt ; sed doloris tela
 acriora tum fuerunt, cum quod audiuerat, aspexit, &
 vidit, & Christo occurrit crucem humeris apportan-
 ti. Nam sancto Bonauenturę habenda fides est hæc
 ita cogitanti, quem optimi sequuntur auctores, qui
 de Christi tormentis pias commentationes literis
 mandauerunt. Maturius venisse Deiparam, de Bri-
 gittę visis liber ostendit, & Christi verberibus adiuu-
 se; credibileque est, vel à Diuo Ioanne, vel ab alio &
 fido amatore, & celeri cursore monitam virginem
 domo egressam, vel in Christi columnam in Pilati
 domo, quòd Brigitta dixit, vel in crucis, vt Bona-
 uenturę opinio fert, per Hierosolymę plateas pon-
 derosum gestamen incurrisse. Quę enim, vt Eui-
 angelij nos docet Historia, filio in crucem sublato
 præsto fuit, cur non credatur, si non omnium, quę
 præcesserant, at aliquorum tormentorum testem
 fuisse, & atrox pro mundi expedienda salute specta-
 uisse magna ex parte certamen, vt illa Machabæo-
 rum martyrum parens animosa? Caueat tamen vir-
 ginis prudens amator, ne Deiparam sacrosanctam
 mulierculis illis aggreget, quę Christum cruciferum
 fletibus sunt & lamentis prosequutę, quas Domi-
 nus meritò reprehendit, quòd naturali quadam mi-
 seratione commotę, vt Diui Leonis sententia est,
 & infirmus sexus etiam pro ijs, qui digni sunt mor-
 te, ad lacrymas moueri solet? Christum illa inuitum
 pati credebant, neque illorum immane parricidium
 animaduertebant, à quibus rerum omniũ effector,
 ac molitor Deus ad mortem, quantum in ipsis erat,
 trahebatur. Etsi enim naturalis misericordia in vi-
 tio ponenda non est, eamque Christus sceminis illis
 concessit, falsam tamen opinionem accusauit, & im-
 minentium malorum ignaras admonuit. Acerbissi-
 mus quidẽ Marię dolor fuit, quem ex lætuosissimo

*Lib. Medi-
 tat. vita
 Christi cap.
 44.*

*Lib. Renc-
 lat. c. 10.*

Ioan. 19.

*2. Machab.
 c. 7.*

Lucæ 23.

*Serm. 10. de
 passio. Do-
 mini.*

spectaculo capiebat, vociferationes tamen, clamoresque vitauit, nihilque tanta indignum maiestate commisit. Intolerandum crucis pondus, inexplicabiles angores in virginalē pectus impressit, filij nudum corpus Deiparæ animum vehementer affecit; cohortuit ictu & percussu clauorum, sublato in crucem, quem vnice amabat, vnico filio, mente & artubus tota contremuit, septies loquentem, aliud alio tempore pronunciantem, & quasi legata in testamēti atque vltimæ voluntatis tabulas ex interuallo referentem cum gemitu audiuit, ex imis tracto medullis ac sensibus nouissimamque illa verba in cordis penetralibus & intimo animi recessu recondidit, sumentem miserata est, filij contumeliarum à Phariseis & conuictorū patriceps & socia fuit, probrosa Scribarum verba patientissimis accepit auribus, quæ propter filij immerentis iniuriam materna viscera distorquebant; patrem inclamantem, se desertum atque derelictum conquerentem, denique expirantem plorabunda suscepit. Iam verò Longini lancea, quæ Christi mortui latus aperuit, viuētis, sentientisque virginis animum penetrauit. Sepultura curæ fuit; funus & exequias fletu mestissimo celebrauit. Nam Iosephus Animateus grande illud opus Christi corporis à Pilato obtenti, hortatu virginis, vt Metaphrastes scribit, aggressus, adduxit ad exitum. Hic etiam scriptor virginis in tantis dolorum, tormentorumque procellis virtutem, & inuictum animum prædicauit. Etenim Dei Mater suam dignitatem, maiestatemque retinuit. Non se muliebriter afflixit, non iracundius exclamauit, non terribiliter Christi aduersarios, non sæuissimos carnifices, non immanissimos tortores, vexatoresque detestans ad diras execrationesque descendit; Accusatoribus ignoscebat, crudelitatis administris æquissimis oculis aspiciebat, atque ita cōdolebat, vt fracti, debilitati, commotique animi argumentum nullum appareret.

15. August.

Quare

Quare faceſſant illæ picturæ, in quibus conſtantiffi-
ma Dei Mater, atq; fortiffima humi ſtrata, abiectaq;
proponitur; explodatur illa poëſis, quæ loquens pi-
ctura eſt, vbi ſimiles nugæ fabulæque narrantur, Dei-
que animoſa parës Hecubæ potius & Andromachæ,
quàm Mariæ gerit, agitque perſonam. Noſtris qui-
buſdam poëtis de Chriſto patiente ſcribentibus, ac
commentantibus multa de antiquorum vatum ſcri-
ptis, quæ ſequerentur, celeriter occurrebant, quod in
eorum libris prouolutati eſſent; imitandi que ſtudio
longius, quàm par erat, prouecti ab eo, quod deceret,
quæ omnium grauiffima in poëtica ratione culpa
eſt, temerè diſceſſerunt. Tale illud eſt optimi poe-
tæ peccatum, vt alios omittam, in luctu virginis ab-
errantis.

Sanna-
rius lib. 1. de
partu virg.

*Ac ſi iam comperta mihi licet ore profari
Omnia, deſeſſi ſpectans morientia nati
Lumina, crudeles terras, crudelia dicit
Sydera, crudelem ſeſe, quòd talia cernat
Vulnera, ſapè vocat, tum luctiſono vlulatu
Cuneta replens ſingultanti ſic incipit ore.*

ET ALIVD.

*Hunc ego te poſt tot malè tuta labores,
Poſtq; tot infælix elapſa incommoda vita,
Aſpicio.*

ET INFRA.

*O dolor! extincto iam te pro fratre ſorores,
Pro natis toties exorauere parentes.
Aſt ego pro nato, pro te Dominoq; Deoq;
Quem miſera exorè? quo triſtia pectora vertam?
Cui querar? ò tandem dixi me perditæ dextra,
Me potius, ſi qua eſt pietas, immanibus armis
Obruite, in me omnes effundite pectoris iras.*

Ergò Scaligerum huius ſententiæ emendatorem ha-
buit, cui nobiliſſimos poëtas aliquanto interduam,
Quare

quàm deceat, liberius corrigenti, in hac tamen censura repugnare non possum. Ex quo etiam intelligitur, affectus illos, quos poeta virgini tribuit in tragœdia, quæ inscribitur Christus patiens, à Deipara alienos esse, eamq; proinde non D. Gregorij Nazianzeni, quæ vulgus autorem operis & credit, & nominat, sed Apollinaris Laodiceni esse Cæsar Baronius suspicatur. Certè Simeon Metaphrastes, qua erat tum pietate, tum exquisita doctrina, beatissimã virginem, vt diximus, ab huiusmodi perturbationibus vindicauit. De ea D. Ambrosius ita sentit, loquiturq; magnificè, vt ne lacrymas quidem audeat apponere. *Etstantem, inquit ille, lego, flentem non lego* } Diuus diuesq; celestium rerum Bernardus virginẽ in illa contentione præliorum, & immensitate tormentorum constantissimum fuisse prædicat, atque ex Mariæ inconcussa fide tantam fortitudinẽ exitisse. Censent sancti patres pendente Christo ex patibulo crucis virginem summæ cuiusdam obedientiæ opus peregisse: & charitatis in homines rarũ dedisse documētum; dum & se totam in re tam ardua, tamq; difficili ad æterni patris voluntatem nutumq; conformat, & suũ charissimum filium pro hominum salute deuouet; qui insigni factò, vt exclamat S. Bonauentura, Deum hominesque permitte deuinxit. Hoc ipsum Beatissima Dei matris tũ officium, tum sacrificium Gerson & Abulensis amplificant. Magnam .n. tanta res ad augendam præbet facultatẽ. Huic nostræ orationi, deq; perpetua virginis firmitate sententiæ quorundã Patrum obstare videtur autoritas. Qui Mariæ defectionẽ, & vt medici dicunt, syncopen in suis de Christo patiente libris lamentantur, distitantq; ad primum Christi anhelantis, & crucẽ baiulantis occursum matrẽ Mariam, fugiente præ dolore animo, defectisq; viribus corruisse. Et si hunc attonitæ virginis stuporẽ alius alio tẽpore accidisse scribit. Quidã enim tũ euenisse

In Annal.

Anno 34.

15. August.

De obitu

Valentin.

*Iocm. 19. in
serm. stabat
autem iuxta
crucẽ.*

In 1. distin.

48. qu. ult.

tract. 2. de

causis de-

cachorido.

Quaest. 14.

prolog. in

Mattb.

aiunt.

aiunt, cum Deipara nudatum filiū, ac vestibus omnino exutum super crucem vidit expandi, vt clavis illis immanibus figeretur. Nonnulli tamdiu, dum Christus in cruce pependit, virginem sui impotem fuisse crediderunt. S. Bonaventura ad lanceæ vulnus virginem propè mortuam in Magdalenaë brachia procurbuisse considerat. Similia leguntur in illo dialogo, in quo Christus patitur, qui Anselmo tribui solet, & in libello de lamentatione virginis Mariæ, cuius autor putatur esse Bernardus. Sed D. Bernardi testimonium de virgine grauiissimum paulò antè citauimus, qui sibi aduersus esse non solet. Quare adulterinus tractatus ille putandus est de virgine sui filij necem lamentante, propter illa diuinæ Matris maiestate indigna deliquia, & D. Bernardi aliena prudentiæ, licet inter eius monumenta numerentur. Anselmus ait, virginem dolori fuisse cessuram, nisi eam singularis Dei virtus roburq; cœli præcipuum confirmasset; ita mortis & dolorum Christi gladius ille grauis fuit. Quæ valere sententia debet ex libro Anselmi proprio. Ille autem dialogus suo se prodit iudicio, & ab Anselmi grauitate degenerat, dum clamores, plangores, & eiulatus virgini tribuit, neque, quid deceat, animaduertit. Quamobrem liber ille natus incerto patre iudicandus est, & ex illorum grege, qui cum ignobilibus sint orti parentibus, tamen genus mentiuntur, vt ab omnibus honorentur, seque pro generosis & illustribus iactant arroganter. Verissimum ergo illud est, virginem in dolore modum tenuisse, & lacerrantibus penis imperasse. Id quod D. Antoninus præsul Florentinus verbis horridis quidem & incultis, sapientibus tamè explicauit, & Stabat (inquit) verecunda, modesta, lacrymis plena, doloribus immersa, ita tamen diuinæ voluntati cõformis, quod, vt Anselmus ait, si oportuisset ad implendam secundum rationem voluntatem Dei, ipsa filium in cruce posuisset, atque obtu-

*Lib. Medit.
vita Christi.
sti. c. 80.*

*De excellentia virg.
cap. 5.*

*4. par. Theologia ist.
15. cap. 41.
membro 1.*

obtulisset. Neq; enim minoris fuit obediētiæ quam
 Abraham. } Hæc Antoninus. Quod verò non Bona-
 uentura tantum, sed alij etiam de virgine exanimata
 dixerunt, pia quadam erit interpretatione leniendū,
 atq; ei loquutioni ascribendum, quæ rem vehemen-
 ter amplificat, & attollit, vt eius à tardioribus magni-
 tudo possit intelligi. Neq; Hyperbole illam, quanta
 esse videtur, tantam re vera debemus arbitrari: aliter
 enim sæpè loquimur, atq; sentimus. Ergo Caietanus
 disputantis Theologiæ nobilis author de hac ipsa
 quæstione accuratè disseruit, libellumq; de hoc ipso
 confecit, & eos, qui beatæ virginis sensus oppressos
 fuisse contemplantur, contracta membra, defectasq;
 vires, perdocte refellit. Abhorret enim tanta pertur-
 batio à Mariæ virginis grauitate; abhorret ab illo do-
 minatu, quo suis semper motibus imperauit, cu-
 piditatem, iramq; cocercuit, & se ab omni dolore in-
 uictam conseruauit. Itaque D. Ioannes testis oculatus
 tum stantem virginem facit, cum in cruce filius ma-
 ximis doloribus torquebatur. Quæ igitur filij grauis-
 sima cruciamēta sensu quidem doloris acerbissimo,
 stabilis tamen immotaq; pertulit, multò facilius la-
 cteæ vulnus extincti iam filij, & nihil sentientis, sepul-
 turæq; tristitiam toleraret. Quare fatendum est, cre-
 dendumq; certissimè, inuictam ab omni tormento
 virginem permanisse, neq; vnquam aut animo aut
 corpore concidisse. Quod si ad tantam doloris quasi
 molem sustinendam nouo opus adiuuēto fuit, ne-
 quaquam dubitandum est, quin virginalis pectus sic
 cœlitus roboratum, quo corpus infirmum grauissi-
 mi ponderis pressu tamen cōsisteret, & aduersus do-
 lorem obduraret. Quocirca spasmi stuporisq; virgi-
 nei longè absit à nostris & libris & linguis barbaris-
 mus. Quanquam hoc nomen pij quidam scriptores
 vsurparunt, vt tormentorum Mariæ diritatem, men-
 temq; virginis rerum tantarū admiratione defixam
 decli-

deklararent. Neq; eos verbo premere decet, quorum est manifesta sententia. Nos igitur vbi, quod gestum est, pulsus erroribus syncerè crediderimus, simul Mariæ lacrymas imitemur, eiusque, Christo patiente, tormenta, & crucem ex cruce, eoq; sepulto solitudinem lugeamus, constantiam imitemur, inq; aduersis nostris rebus ab hac patientiæ magistra, & consolationis Matre remedia petamus.

A MORTVIS FILIVM EXISTENTEM prima videt.

CAPVT XVII.

POST tenebras fidei lumine perpetuo clarifcentes (neque enim in tam obscura nocte fortissimæ huic mulieri, quod prædixerat Salomon extincta lucerna est) virgo sanctissima Christi à mortuis existentis lucidissimum solem, quem confidenter expectabat, aspexit. Ille namque, qui mors mortis, & vitæ vita fuit, quarum alteram moriendo destruxit, alteram resurgendo reparauit, Mariæ tum cæcitorem, atque tristitiam, tum orbitatem & solitudinem suæ præsentis luce consolatus est; tantoque solidiore voluptate virginale matris corpus, animûque compleuit, quanto illa se gesserat in filij morte sicbilis. Nam qui ex cruce, id est cruciatuum ac tormentorum sede cruenta, matris solitudini prospexerat, & charissimam genitricem Ioanni quasi testamêto commendarat, ipso triumpho tempore multò eam libentius inuiseret, & ad tanti gaudij societatem & communionem inuitaret. Etenim qui Apostolos sui Domini necis præfagio mœstissimos parturienti mulieri comparauerat, cuius incredibilis dolor est, intolerandumque tormentum, Mariam tanto, quàm Apostolos, filij amantiorem, quanto infimis terris celi sublimes antecellunt, cum dolor amoris magnitudinẽ exquaret, exhilarare primùm debuit, quæ primas

*Proverb.
ultimo.*

Ioan. 11.

mas in luctu, sensu & mœrore tulisset. Igitur suæ sese Matri post reditum ad vitam primus ostēdit, & eam à mœstitia ad gaudium, lætitiãque traduxit. Quæ quamuis Euangelistæ non dicant, quibus publica lesu Christi historia curæ fuit, quam oportebat minime esse suspectam, Ecclesia tamen Euangelistarū interpreter sine vlla retractatione confirmat. Et quidem apud diuinos historicos ad hæc uisitacō à filio virginis narrationem prætermittendam plus valuit eorum, qui credituri essent, salus, & vita cœlestis, quam ad eam commemorandam priuatum quorundam studium, & obseruantia virginalis. Etenim tanti miraculi testes illi duntaxat colligi, & nominari debuerunt, quos nemo posset iure alpèrari. Siquidem stabilita iam fide non videbatur fore difficile, vt ad ipsi suum ius vel Deipara retineret, vel amissum recuperaret. Itaq; omnium ad vnum sanctorum Scriptorū, & Patrū sententia est, non prius Magdalenæ, quæ Euangelistæ Marc. 1. est, apparuisse Christum, quam Deiparam Mariam suo aspectu recreasset. Et quia eius veritatis docendæ tradendæq; nullum initium reperitur, quam omnia semper secula, nullo eius primo cognito authore, prædicarunt, concludi facile potest, hunc vniuersæ Ecclesiæ semper & vbique fuisse consensum. Profectò Ambrosius disertis verbis hoc ipsum exponit: ξ vidit inquit Maria resurrectione Domini, & prima vidit, & credidit; vidit Maria Magdalena, quamuis adhuc ista nutaret. ζ Sedulius poeta & pius & valde antiquus reducem à morte Christum, ac se virgini in primis demonstrantem vestibus his celebravit.

*Qua cum clarifico semper sit lumine Mater,
Semper virgo manet: huius se visibus astans
Luce palam Dominus prius obtulit, vt bona Mater
Grandia diuulgans miracula, qua fuit olim
Aduentantis iter, hæc sit redeuntis & index.*

*Lib. 3. de
virginib.*

Lib. 1. Paschal. Carmin.

*De excellentia virg.
cap. 6.*

Anselmus lætitiã, qua in hac Christi ostensione perfusa virgo, admirabilẽ Angelis, hominibus inexplicabile fuisse dicit, causamq; cõmemorat, quare Euangelistæ de hoc filij rediuiui dulcissimo cum matre congressu, & colloquio tacuerint. Nempẽ superuacaneũ fuisse illa narrare, quæ res ipsa loqueretur, neq; celi reginã illis æquandam fuisse, quibus præterea Christus apparuit. Quos certè pari iure retinuisse Euangelistæ viderentur, si vna eademq; narrationis serie Christi in matrẽ officia, erga alios beneficia texuissent. Itaq; silentium illud excellentiæ cuiusdam fuisse, & historiæ loco grandioris haberi debere. Rupertus Abbas rectè à maioribus nostris institutũ esse ait, vt in sacra diei pompa Dominici Deipara omnium prima saluetur, & ad ipsius effigiẽ primò veniatur. ¶ Gestit enim Christiana deuotio perpendere quantus torrens gaudij animum eius ferro doloris cõfossus inebriauit: cum rediuius filius illi ante oēs mortales, materno virginẽ non defraudans honore, victoriã suã annunciauit. Quod si iccirco verum non videtur, quia nullus Euangelistarum scriptis hoc attestatur, cõsequens est, quod nunquam post resurrectionem suam visus sit matri; quia quando, vel vbi apparuerit illi, nullus eorũ dixit. Sed absit hoc ab illo, qui in lege sua patrem & matrem honorare præcepit; absit inquam, vt matrem propter se doloris gladio transfueratam tam dura negligentia talis filius inhonorauerit. Non sic Apostolica sanctæ Romanæ Ecclesiæ sensit veritas, quæ hanc beatã Hierusalem in principio lætitiæ suæ posuit. ¶ Et infra idẽ doctõr ait, Christũ statim, vt se ad vitã reuocauit, ita secum egisse: (vadam ad montem myrrhe, & ad collem thuris.) Quæ enim sui corporis parte altius post Christum Ecclesiæ sublimitas enituit, quàm singularibus huius Reginæ Angelorũ meritis? Et quo in vertice montiũ tantum myrrhe & thuris, i. mortificationis & orationis inueniri potuit, quan-

*De diuinã
offic. c. 25.*

quantum in huius virginis anima, quam singulariter Dominicæ passionis gladius pertransierat?) Hæc Rupertus egregie, qui in hoc eodē loco Marci verbis respondet, affirmantis Magdalenam primam fuisse ex eis, quib⁹ se Christus à morte redux ostendit. Non enim illud suscepisse Euāgelistas, ut omnia vel Christi facta, vel in matrem officia narrarēt, sed illa tantū, quæ ad fidei mysteria tum cognoscenda, tum confirmanda, stabiliendaq; valere possent. In hoc numero Magdalene esse colloquium cum Christo resurgente, & sociarum, & Apostolicam visionē. Horum namque affirmatio fidem facere debuit apud ignotos, & alienos tanto maiorem, quāto & ipsi testes ad credendum fuere tardiores. Ex his testibus primam esse Magdalena, quæ Christum vidit de morte triūphantem; non tamen fuit omnium primā mortaliū. Nam Christi parens anteuertit. De qua tamen nihil Euāgelistæ loquuntur, propterea quod mater testimonium datura non erat, ne ob filij amorē, aliquid finxisse videretur. Quod verò illius tragediæ autor, quæ inscribitur Christus patiens (nam illius Gregorij, cuius nomine circumfertur, cui scientiarum diuinarum Theologi cognomē in perpetuum confirmauit, cum Cæsare Baronio negauit esse, negaboque semper) quodque Gregorius Nyssenus de Mariæ virginis in aliarum comitatu sociarum ad sepulchrum itinere tradiderunt, vero simile non est, quia Mariæ virginis tam fidei, quā dignitati contrarium, nec Euāgelio consonum; vbi diligenter mulierum nomina recensent, quæ ad vngendum Christi corpus profectæ vacuum & inane sepulchrum inuenerunt, Angelosque duos Christi anastasin nunciantes. In hoc autem enumeratione Euāgelistæ sacrosanctæ virginis nulam fecere mentionem.

*Oratio 3. de
Resurrect.*

Luc. 24.

Marc. 16.

Matth. 28.

ADEST

ADEST CHRISTO IN COELOS ASCENDENTI, & nouam Ecclesiam corroborare non desinit.

CAPVT XVIII.

QUAE viderat Christum resurgentem virgo Deipara, vidit insuper in caelos ascendentem, summoque affecta gaudio est, quod ad semipiterni patris dexteram ille sederet, quem genuisset, redemptionisque operi quasi fastigium imposuisset. Cumque, vt Epiphanius aduertit, redeuntem morte Christum Maria supplex adorasset; minime dubitandum est, quin eundem cultum adhibuerit Christo ad patrem reuertenti, illudque caeleste iter aut tacito persecuta sit animi letantis applausu, aut etiam aperto linguae vocisque praeconio. Dei filium ad caelos abeuntem ab Apostolis adoratum esse, Diuus Lucas ostendit, quibus sine dubio Deipara nostra praeiuit; quae, vt Metaphrastes sensit, post Christi resurgentis amplexus, postque sermones vltimos, citroque habitos, cum dilecto filio commorata Christi ascensum expectauit. Cum igitur abeunti praesto fuisset, deique feliciter confecto certamine; in quo hostis salus agebatur, gratulata esset, & filium sese paulatim a terra efferentem venerabunda suspexisset; simulatque eum nubes obtexit, magno cum sui animi gaudio sanctam repetijt ciuitatem, vtque Dominico mandato pareret, promissum diuini Spiritus praestolabatur aduentum. Testatur enim D. Lucas, homines centum & viginti in vno pariter domicilio commorantes magna quadam animi consensione in precibus cum mulieribus & Maria Dei Matre persistuisse: Nosque singularem Deiparae virginis tum modestiam, tum charitatem cum mirifico illo Bernardo admirari, ac suspicete necesse est, quae diuini recessus, & sanctae requietis amantissima, tamen nulla

*Lib. contra
haeres.*

*Oratio
vita &
dormitio
Deiparae*

Act. 1.

*In Ser. Sig-
num mag-
num.*

fui habita ratione communi credentium cœtui continenter affideat, neque solum infra discipulos, sed etiam infra cæteras mulieres hæc secundum Deum virginitaris magistra consistat, & quæ omnium erat facile prima, tamen in cælesti conuiuio Euangelij memor postrema discumbat. Nam Lucas in hac enumeratione ipsum sedendi ordinem videtur obseruasse. Ac quidem rectissimè sentiunt, qui cum Simeone Metaphraste putant, non solum hoc tempore, sed in reliqua etiam deinceps ætate Mariam cum Apostoli & familiarem, & verè Apostolicam egisse vitam, neque à rebus pulcherrimis, honestissimisque studijs, & artibus animum vnquam auocasse: iisque occupatam esse & negotijs, & curis, quæ ad tristes consolandos, rudes erudiendos, falsas de religione opiniones extirpandas, & errantes in viam reducendos peruenire incubuerunt. Neque tamen nostro non assentimus Alphonso Mariæ virginis, post Christi discessum, admiranda facta, & pectoris arcana cõsilia soli Deo prospecta esse dicenti, pleraque tamen Ioanni patuisse, qui hac ipsa de causa virginalem historiam scribere quam plenissimam potuisset, etiam multò plenioris & copiosioris Gabriel Archangelus, qui teste Gregorio virgini datus est custos & assecla sempiternus. Multa sunt tamen, quæ ex grauissimorum patrum sumpta libris de hac Mariæ velut orbitate viduata, quæ tradamus. Certè sacrosanctum illum diem Persecutores cum Apostolis ceteroq; cœtu fidelium Deo para lætissimè celebrauit. Et eam, quæ plenissima erat, sanctus Spiritus illo quasi fluminis impetu in illam reddidit plenioris, verèque in beatissima virgine comprobatur illud est (habenti dabitur, & ab eo dabit. Nam vt Dionysius Richelius egregiè cordatus homo considerat, sola Maria plus cæteris omnibus de illo fonte hausit, longeq; maioribus charismatibus & donis ornata est: idemq; Dionysius affirmat, om-

Ser. 5. de Assump. virg.

*Matt. 25,
Lib. 2. de
laud. virg.*

nem
rum
Mari
tus
lõg
ctus
xerit.
natos
cordi
uiniqu
renne
lunæ
erroru
virgo
minis
ldeph
lius vi
bantur
Deiqu
tueri. I
fily spe
quibus
dem an
tia veri
sto cœ
modo
nis ma
pruden
contine
tares.
(cum
diuina
signat
idem, e
lans lab
isse Ap
nes

nem Ecclesiæ militantis siue præsentem, siue futurum statum eiusdem Ecclesiæ seruatrici, custodiq̄ue Mariæ diuinitus esse monstratum. Quocirca Rupertus hanc scientissimam vatem Prophetis omnibus lôgè anteponit, quod in eius pectonis sacrarium sanctus Spiritus prophetias omnes, oraculaq̄ue conuenerit. Equidem surgentis Ecclesiæ heroas illos annis natos melioribus, quos concordēs, vel potius vnus cordis fuisse scimus, & quotidianos cœlestis epuli, diuiniq̄ue conuiuas & in preceatione perpetuos ac perennes ex Lucaë admiramur historia, qui Mariæ quasi lunæ plenæ luce illuminati tenebras nesciebant, & errorum vitiorumq̄ue noctem ignorabant. Erat, erat virgo sanctissima, cunctis illius memoriæ viris ac fœminis tum admirationi, tum venerationi, vti sanctus Ildephonus, qui & Alfonso, asseuerat: & omnes illius videndæ & audiendæ desiderio incredibili tenebantur, teste Diuo Ignatio, qui illis rebus interfuit, Deiq̄ue augustissimam parentem meruit oculis intueri fuit Christiani gregis pars optima, Ecclesiæ sui filij sponsæ fidiam exemplar, speculumq̄ue dilucidū, quibus ab Ruperto nominibus appellatur. In hoc eodem argumento Sophronij copiosè eloquens sapiētia versatur, reliq̄ue persequitur, quas virgo egit, Christo cœli arcem obtinente. Idem ille Ignatius, quem modo nominavi, beatam virginem nostræ religionis magistrā dixit, Rupertus duo virgini tempora prudenter, sciteq̄ue distinxit, in quorum altero mutā conticuit, in altero loquuta est, vobisq̄ue edidit salutare. Tacuit tam diu dum Christus vixit in terris, (cum conseruabat & conferebat in corde suo omnia diuina verba, & erat hortus verè conclusus, & fons signatus.) Dixit post Christi abitum, quo tēpore (ait idem, erant emissiones eius paradisi, & fauus distillans labia eius.) Bernardus à virgine illuminatos fuisse Apostolos tradit, iuxta sui nominis, inquit, ety-

Li. 1. comment. in Cāt.

Act. 2. & 4

Serm. 5. de Ass. virg.

Epist. ad Ioannem.

Li. 1. de operib. Spiritus sancti. c. 8.

Ser. de Assump. virg.

Epist. 1.

Li. 2. de gloria & honore filij Dei.

Ser. 4. in Missus est.

Lib. de nominib. Hebraicis in Exodum.

Li. 1. de in-
stit. virg. 17
Ser. de Af-
sump. virg.
Atban. Ser.
de sanctiss.
Deipara.
Sophron.
Ser. de Af-
sump. Bern.
Srr. in signū
magnum.
Rupert. li. 1.
in Cant.

Li. 5. de bea-
ta virg. c. 1.

Epist. 2.

mologiam; siquidem Maria post alias interpretatio-
nes à diuo Hieronymo illuminatrix, exponitur, qui
hec refecare solet ad viuum. Quamobrem diuo Am-
biosio mirabile non fuit, vt Ioannes Euangelista p̄
ceteris mysteria enunciauerit, resque retrulas, ac po-
nitus abditas in aspectum, lucemque protulerit, cum
ei praelto esset (dicam totidem verbis) aula cœlestis
sacramentorum. Eusebius quidem Emisenus (nisi
nos fallit inscriptio, & homilia, quod timeo, vetus &
proprius artifex ignoratur) beatissimam virginem
non tantum humanæ Christi naturæ, sed diuinæ et-
iam maximam contemplatricem vocat, & in vniuersis
que perspicientia docet apprimè esse versatam. In
verò honorem illum & antiquissimi Patres, & om-
nia secula virgini detulerunt, vt hærese con-
expultrix appelletur, & eas perneicare dicatur, quo op-
so interimendi significantissimo vocabulo inter-
rata virgini mater applaudit Ecclesia. Quod Maria
meritò damus, vel quia Christi veræ lucis partu, qui
illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum, omnes errorum tenebras dispulit; vel quia
fidei defensoribus opem fert nostra hæc Regina pu-
cipuam, quæ veritatis doctoribus, monitis adiuuat
præceptisque conformat, vel quod fidei magistra fa-
crit singularis, Apostolosque decuerit, quorum in-
tutis ac præceptis omnes omnium hæreses profligat
tur. Quod ne Melanchthon ille quidem re nominat
que nigerrimus ausus est inficiari, Cuius apud Cat-
suum illa sunt verba (fuit Maria superstes post resur-
rectionem filij, aliquot annos, vidit initia Ecclesie
ius temporis, multa ingētia miracula, & sanctorum
& consilij suis rexit Apostolos) Hæc ille perditur
sed vt ne alij perdantur, eius hoc dictum afferimus
Neq; solum per Apostolos virgo Deipara, sed ipsa et-
iam per se cum impijs dimicauit. Nam, vt Ignati-
illorū temporum, verus historicius cum ab omnibus

De
tan
top
vi
retu
don
non
mar
sic n
nega
id ita
rosol
mun
quæ
futu
sanct
Eten
stus,
guin
ret. In
genti
titia r
rum,
pedu
nis to
ac de
diui
rantu
stea te
potui
admi
subse
puerp
Naza
nueli
vada

Dei mater amaretur, coleretur, celebraretur, Scribas tamen & Phariseos habuit semper infestos: & si Artopæo credimus, etiam illius temporis hæretici in virginem seuerunt, quos nusquam consistere pate-
retur Nicephorus beatissimam virginem in Ioannis domo ad sanctam Sion habitasse narrat? Sophronius non procul à Domini sepulchro sedem fixisse confir-
mat. Verûtamen Ephesi aliquando fuisse, & in ea Asiæ nobilissima vrbe cum Euangelista Ioanne vixisse, negandum minimè est, Ephesinæ Synodi Patribus id ita testâtibus, cum hoc tamen, vt inde postea Hierosolymam rediisse credamus, vbi diem clausit extre-
mum. Cæterum inter alia beatissimæ virginis opera, quæ tam multi concelebrant, pium illud Deiparæ in-
stitutum numerari ac percenseri meritò debet, sacro-
sancta loca crebrò adeundi, ac religiosissimè visitandi. Etenim ad Caluariæ rupem, vbi crucifixus est Chri-
stus, ascendebat, vt locum, in quo Dominus suo san-
guine hominum peccata deluerat, lacrymis irriga-
ret. Inde digressa sepulchrum venerabatur, & reuer-
gentis Christi gloriam atque triumphum ingenti læ-
titia recolebat: cum verò ad montem venisset oliua-
rum, vnde Christus ad cælum aduolauit, impressa pedum vestigia osculabatur. Quæ quidem, peregrini-
tis tot seculis particulas ex loco radentibus, deleri ac destrui nunquam potuerunt: quod miraculum diui Hieronymus & Paulinus iure optimo demira-
ntur: quin & inibi extructum est à Christianis postea templum, quod tamen nunquam concamerari potuit, qua parte Christus ascendit. Quod factum
admirabile idem Hieronymus attestatur, cui Beda
subscribit. Bethleem non semel adita, felicissimi sui
puerperij memoriam virgo sanctissima renouabat. Nazareth iucundissima recordatio erat, quæ Emma-
nuelis patria altera fuit, & sedes diuturna. Tum ad vada Iordanis, & virides ripas assistens, Christi baptis-
mum

*In conc. de
B. virg. hist.
lib. 2. c. 21.*

*In Ser. de
Assump.
To. 2. Act.*

Ephes. conc.

*De hoc ha-
braicis.*

*Epist. 11. ad
Seuerum.*

*ibid. locis
sanctis. 7.*

mum

*In iisdem
sermonib. de
Assump.
virg.*

*Ser. 4. de
Assump.
virg.*

mum, Ioannis obsequium, parentis æterni voces
 & columbæ speciem ac figuram animo reputato
 Huius sententię Guaricos, Ildelphonos, Sophronios
 que profertem authores, nisi vereretur, ne me lecto
 credula pietas, & pia credulitas quod immodo tac
 reprehendat, quod in re non dubia testibus vtar, se
 ptoresque in eo commemorem, quod se vltra Ch
 stianorum & animis offert, & senibus representa
 Magno quoque consensu veteres docent, Maria
 inde à Christi ortu Marthæ officiosæ partes egisse.
 in operosa vita multum laboris ac curę posuisse. Qu
 rursus, filio in cœlum sublato, à Marthæ negotio
 sanctum Magdalenæ otium, & contemplantem
 sese tota conuerterit, & huic cœlesti ac diuino stud
 singulari pictate vacauerit. De hoc Guaricus ita d
 rit, & Maria sic se Martham exhibuit in cura puen
 tricidi, vt nihilominus Mariæ partes exequuta
 datur in studio verbi cognoscendi. Maxime tam
 postquam idem filius ascendit, vbi erat prius. V
 prorsus inexplicabilis gaudij, summæque delecta
 nis omnibus, qui diligunt Iesum, sed præ omnia
 illi, quę genuit Iesum. } Hæc Guaricus, quem alij G
 ricum appellât, cuius erat insignis cum doctrina
 tus & probitas. Nec solum perfectæ virginis, qua
 vni Deo probare studet, sed viduæ quoque plane
 uangelicæ clarissimum speculum, & absolutum
 emplar sese Maria nostra præstabat; cuius est, m
 nos strepitus turbasque vitare, populo salutē disc
 Dei latere nunquam discedere, dies & noctes in
 tione consumere, templa frequentare, perennes
 crymas fundere, cum Angelis potius, quam cum
 minibus sermocinari, cœlestia spectare, desiderat
 sitire diuina, in corpore quidem, sed quasi extra
 pus viuere, sacris studijs animum pascere, Christi
 tam, doctrinam, crucem, mortem, gloriam corde
 timo contemplari. Hæc Magdalenæ munera s

hæc religiosæ mentis officia, quæ tamen diuinæ functiones nusquam illustrius, quam in virgine clauerunt. Ampla, excelsa, inaudita diuinæ contemplationis species in Mariæ cubiculo visâ est. Quæ lumina secreta domus; Quos radios tecta illa miserunt? Quoties Angeli, quoties Archangeli, quoties Cherubim, ac Seraphim in Mariæ virginis, & Dei Matris ædiculam descenderunt? quoties illorum spirituum effector apparuit: & maiestatem illam, cui mundi vniuersi angustus est orbis, in virginalem domum libenter inclusit: præ cuius splendore stellati cœli claritas obscura videbatur? Ildephonsus in hunc argumentatus est modum. Si Magdalena quondam turpis, & peccatis immunda tam attentè verba audiebat doctoris, magistrisque sui, quanto studiosius ab ea, quæ tam corpore quam mente sanctissima semper fuisset, audirentur? Est sanè probabile, & piorum fide dignum, quod Richelius scribit, Mariam sui filij semper vestigijs ingressam, cum dolente doluisse, cum patiente esse perpessam, denique cum triumphante triumphasse, & cum glorioso filio quasi noua quadam gloria donatam, atque auctam, mundo nouum quemdam veluti nuncium remisisse, nihilque aliud neque amasse, neque cupisse, neque cogitasse, nisi vnicum suum filium, cui se totam, ac penitus tradidisset. Quare Rupertus Mariam ita loquentem facit. (Flebam, & præ singulis vehementer erumpentibus non poteram verba nisi concussa, vel voces nisi intercisas euoluere. Nunquid enim poteram absque fletu de illo verba facere, verum fletus ipse consolatio mihi erat.) Quamquam non ita se Dei Mater abdidit, vt non aliquid, atque admodum multum proximis & Ecclesiæ daret. Vt enim in Epistolis Ignatianis legimus, quas diuus Bernardus agnoscit, (Et eam, quam Ignatio virgo rescribit, cum Bernardo

*Serm. de
Assump.
virg.*

*Li. 2. de last.
dib. virg.*

*Lib. 5. in
Cant.*

In psal. 90. honorant, probant: & virginis ad Ignatium, qui
Ser. 7. ad virginem scripserat, multi viri perdocti esse con-
De beata firmant, quos Canisius allegauit) miseros De-
virgine lib. para subleuabat, inopiæ multorum succurrebat,
5. c. 1. humiles ad colloquium admittebat, omniumque
 benignitatis, & beneficentiæ operum apud primos
 illos fideles administra fuit. Hac ipsa charitate duce
 multa docuit Apostolos, Euangelistas Lucæ ac Io-
 anni plurima declarauit. Sic enim cum ab Archang-
 gelo Gabriele, tum maximè à Christo filio diui-
 na mysteria didicerat, vt rerum Euangelicarum
 tempus & ordinem tenens Euangelij scriptoribus
 veritatem explicauerit, resque gestas, digestasque
 dictauerit. Idcirco enim, vt Eusebius Emisenus af-
 firmat, sapientissima Dei Mater omnia verba in cor-
 de reposuit, memoriæque mandauit, vt, ipsa post
 docente, mundo traderentur. Eusebium Emisenu-
 num testor inuitus: malè audit hic autor: qualis fue-
 rit, ex diui Hieronymi Chronico discimus. Errat Pe-
 trus de Natalibus, qui cum inter sanctos numerat
 idem Eusebius à Soromeno laudatur eiusque in hu-
 re diligentia requiritur, desideraturque prudentia.
 Homilia, quæ Eusebij Emisensi esse dicuntur, Euche-
 rij sunt Lugdonensis Episcopi, teste Baronio. Itaque
 quod testimonium virgini datum est, quia melior
 authoris, maius pondus habebit. Neque solum à
 Eucherio doctore clarissimo, quem, pulso Emiseno
 in suarum rerum possessione reponimus, Virgo san-
 ctissima magistrorum magistra, & Apostolorum pre-
 ceptrix fuisse dicitur, verum etiam ab antiquissimis
 & sapientissimis quibusque Patribus his iisdem ritu-
 lis honoratur, vt minimè mirandum sit, ad eam ve-
 lut ad cœleste prodigium (quod eorundem cognomen
 est virgini) & augustissimum spectaculū vndiq; ho-
 mines concurrissse. Quorū vnus magnus ille Diony-
 sius Areopagita fuit, qui cum Mariam inuisisset, nec

Ignatius E-
pist. 1.

Lib. 3. c. 65.
Lib. 3. Hist.
c. 5.
Tō. 6. An-
nali.

tar
 qu
 ful
 ma
 Ch
 bi
 ipse
 Me
 se h
 ma
 vid
 nem
 Vir
 rico
 tatis
 refer
 mor

R
 trem
 ipsa
 virg
 ueru
 Mor
 siqu
 ma n
 mar
 bent
 ceph
 ter e
 corp

tam formam corporis, quæ tamen mirabilis erat, quàm morum sanctitatem, & diuinum quemdam fulgorem in ea spectauisset, illud dixisse fertur exclamans, nisi se fides iam docuisset, ipseque diuinitatē Christi, docente Paulo, cognouisset, eam pro Deo sibi futuram fuisse. Fieri etiam fortasse potuit, vt hoc ipso tempore literas illas ad ciuitates Florentiam, Messanamque dederit, quas ipsæ iactant, & à virgine se habere gloriantur. Quod mihi pro cætera beatissimæ Matris facilitate, & humanitate non magnoperè videtur esse mirandum. Si enim Florentini & Messanenses suam vtraque Respublica ad beatam Mariam Virginem Epistolam miserunt (fides sit penes historicos, quorum est religionis, in vtraque vrbe antiquitatis indagare vestigia) non est dubium, quin virgo rescripserit, & ambas ciuitates cœlesti, qui virginis mos erat, consolatione repleuerit.

VIRGINIS BEATA MORS, ET

gloriosa sepultura.

CAPVT XIX.

RESTAT, vt de virginali obitu pauca dicamus; quem sine vlla dubitatione sancta credit Ecclesia; quippe filij simillimam esse matrem oportuit, humanæque naturæ veritatem morte ipsa testari, & illorum errorem refutare, qui beatam virginem omnino cœlestem atque Angelicam putauerunt, neque ex hoc mortalium luto concretam. Mortis causam ad vnam Dei voluntatem referimus, siquidem morbis, quorum vi extingueretur, obnoxia non fuit. Itaque Mosis exemplo mortuam affirmare debemus, qui, vt Scriptura narrat, Domino iubente decessit. Quin & Ioannem Euangelistam Nicephorus eo pacto obiisse scribit, quo Dei Mater excesserat, non morbo, non sensu doloris, non corporis cruciamento, non horribili agitatione mē-

*Dionysius
Carthus. in
com. libri de
diuinis no-
min. cap. 3.
art. 16.*

*Vide Canis.
lib. 5. de B.
virg. c.*

Deuter. 32.

Eccl. 34.

Ecclesiast.

Historia

lib. 2. c. 42.

*Orat. 2. de
Dormitio.
virg.*

Lucæ 2.

*Lib. 7. pro
Epist. por-
tisi. c. 16.*

*In encom. de
Dorm. vir.
Maria.*

*In compend.
In Annal.*

brorum, sed quasi suavi, ac dulci somno confopitum
medijs in laboribus obdormisse. Quod sanè mortis
genus consentaneum erat Deiparæ maiestati. Quid
enim torqueretur in morte, quæ nihil vnquam in
vita peccauisset? Quæque grauissimos dolores, mo-
riente Christo, præcepisset? Damascenus morientem
virginem ab omni dolore vindicat; cui omnes assenti-
untur, qui se haberi volunt Christianos; & vt ne-
gamus Dei parentem morbo interiisse, cuius telis na-
tura illa mortalis quidem, sancta tamen, & peccati
profus ignara, obiecta non fuit; sic etiam fatemur,
vim diuini amoris tantam fuisse, vt opus illud natu-
rale dissoluerit. cum enim ardentissimi faces amoris
admouentur, mensque intentissime cælestia contue-
tur, tum corpus ab animo relictum destitutumque
flaccescit, remissoque naturæ vigore, & viribus in-
guescentibus sensim paulatimque cõmoritur. Quod
autem nonnulli de virginis martyrio dicitur, nulli
nulla neque vera, neque verisimilis conuincit histo-
ria. Nam Simeonis verba perperam interpretati sunt,
quicumque cædem virginis, gladiumve, qui in cor-
pore defigi soleat, somniantur. Quo autem anno
anno sanctissima Dei Mater obierit, incerta res est,
ab ipsis scriptoribus agitata. Quidam annos vnde
quinquaginta duntaxat enumerant; quorum rudi-
cula sententia est. Euodius apud Nicephorum ad an-
num nonum & quinquagesimum peruenisse, alii
sunt qui annos tres & sexaginta dinumerent; que
vulgaris opinio est, nostro affirmante Turriano. I-
dem tamen valeat sententia debet, qui virginem
annos plus septuaginta compleuisse contendunt.
Hæc Epiphani presbyteri Constantinopolitani, hæc
Cedieni, hæc Andreæ Cretensis opinio est, quam
Cæsar Baronius testimonio Dionysij Areopagite
corroborat, qui libro de diuinis nominibus, capite
quinto sic ait. (Nā & apud ipsos diuino spiritu ple-

nos Pontifices nostros, cum & nos, vt nosti, & plerique ex sanctis patribus nostris ad contuendum corpus illud, q̄ autorē vitæ, Deumque ceperat, conuenissemus; aderat autem & frater Domini Iacobus, & Petrus supremum decus, & antiquissimum Theologorum columen; vbi post contuitum placuit, vt infinite potentem diuinæ infirmitatis bonitatem pontifices laudarent omnes, quisque pro captu suo.) Quæ verba de sancto corpore beatæ virginis, non de Christi sepulcro Ioannisve domo, vbi Christus cenauerat, intelligenda esse, ratio ipsa oratioque conuincit, & est communis concorsque sententia sanctorum patrum, qui hoc diui Dionysij grauissimum testimonium perpendentes, Dei prouidentiam admirantur, Apostolos, & eorum primarios discipulos vndique congregantis ad suæ Matris obitum illustrandum, funus faciendum, & exequias honestandas. Hoc Maximus, hoc diuus Thomas, hoc Albertus affirmant, Dionysij interpretes. Hoc Epiphanius Presbyter sentit, hoc Damascenus, hoc Andreas Cretensis in illis cōcionibus, quas de obitu virginis, (dormitionem illi vocant) nobis scriptas reliquerunt, Hoc habet Metaphrastes, hoc Nicephorus iudicat, & apud eundem hoc idem Iuuenalis Hierosolymæ Episcopus arbitratur. Addit quoque Nicephorus, Christum magno Angelorum comitatu Matri affuisse morienti. Quod etiam Damascenus, & Andreas Cretensis pleno ore cōfitentur; Athanasius, Bernardusq; significant. Hæc si ponimus, quæ ponenda sunt certè; cōstat virginis obitum non nisi Dionysio iam Christiano contigisse. Cum autem Dionysius, vt ex Lucæ historia colligimus, decimo octauo post Christi necem anno, qui fuit à Christi ortu secundus & quinquagesimus, fidei mysteria suscepit, (neque .n. ante illud tempus Dionysij pater in fide Paulus Athenas venerat) sequitur, virginum obitum, cui Dionysius Chri-

15. Augusti.
Ecccl. hist. li.
2. c. 26. 23.
23.
ibidem.
Serm. de
sanctissima
Deipara.
Serm. 1. de
Assumptio.
Act. 17.

Christi, diuo Paulo authore, cultor iam & prædicator interfuit, Deiparæ anno ætatis minimum 6. & 60. fuisse: quæ temporum & vera & subtilis obseruatio superiores illas de Mariæ ætate sententias labefactat. Estque verisimile satis, inter Dionysij baptismum, & eiusdem Hierosolymitanum iter aliquot annos interfluxisse, vt septuagenaria virgo credatur, vita demigrasse. Quod eo magis credibile videri debet, quod Baronius sine miraculo Apostolos conuenisse arbitratur, Deo sapientissimè ac suauissimè cuncta prouidente. Nam Petrus per id tempus necessitate poscente Hierosolymam redijt, Paulus similiter vocantibus negotijs eodem accessit, alios denique alia causa in sanctam cogit ciuitatem. Fuitque Apostolorum ille conuentus Deiparæ peropportunos, vt ipsis præsentibus, lectulum circumstantibus, Matris verba vltima ponderantibus, & extremum gloriose illius vitæ actum plausu prosequentibus, è corporis vinculis euolaret, abeuntemque ad cœlos inuictam illam animam hymnis & carminibus celebrarent. Michael Glycas non modò Apostolos, sed illos etiam septuaginta discipulos admirabile morientis virginis spectaculum memorat concurrisse. verum ex Apostolis nostræ Hispaniæ Iacobus patronus corpore quidem aberat, quod Herodis gladius extinxerat, sed animo præsens erat. Thomas, vt iam dicemus, tardius accessit; ex numero autem discipulorum illos excipere necesse est, quos vel hostile ferrum Martyres fecerat, vel mors rapuerat naturalis Metaphrastes, & Damascenus Apostolos puncto temporis aduenisse crediderunt, taleque miraculum ponunt, quale de Abacuc legimus in libro Danielis. Baronius tamen, & ante eum Turranus citra miraculum censent esse coniunctos, neque tempora, resque Apostolicas repugnare, quæ cum secundum naturam essent, Deo iuuante, & ad fidei incrementum, & ad virginalis

3. Part. Annualium.

Act. 12.
25. August.
ibidem.
e. ultimo.
ibidem.
Lib. 2. aduers. Mag-

decei-

decessus ornamentum valuerunt. Narrat quoque *deburgens.*
 Nicephorus, magnam hominum frequentiam, quos *Pro defens.*
 vel charitas aduersus virginem, vel cognatio coniun- *canorum*
 xerat, ad communem parentem iam iam morituram *Apostolic.*
 adiuisse, & ingentem vim lacrymarum ex omnium *Eccl. Hist.*
 oculis profluxisse. Erat tamen mœtore mixta læti- *lib. 21. c. 2.*
 tia, ob quam rem hymnos gaudij indices Apostoli *Oratio de*
 cantauerunt, sacrosanctumque corpus in Gethsema- *Assumpt.*
 neo tumulo cum cœlesti pompa, & cereis condide- *virg.*
 runt. Quod quidem virginalis sepulcrum maximæ *Liber de*
 semper venerationi fuit, Andreasque Cretensis Epi- *trāsitu vir-*
 scopus miracula multa recenset, quibus immortalis *ginis, Meli-*
 suæ Matris tumulum, & virginei corporis triduanū *tonis no-*
 hospitium honorauit. Huius sepulcri venerandus *mine deco-*
 Beda fecit mentionem, & in illius sede tanquam fun- *ratus, non*
 damento firmissimo ædificatam esse dicit Ecclesiā. *est tanto di-*
 Estque verissimile, quod Burchardus affirmat, post *gn^o autore.*
 Hierosolymitanum excidium virginalis monumen- *Lib. de locis*
 tum, quod multo tempore latuerat, tandem aliquā- *sanctis. c. 6.*
 do esse repertum. Quidam liber in valle Iosaphat in- *in descri-*
 ter montes Sion & Ohueti virgineum dicit sepulcrū *ptione terra*
 demonstrari, & quod ille loci situs fuisset, propè il- *sanct. p. 1. c.*
 lud Iosephi sponi sepulturam conspici, Beda confir- *7. sectio. 47.*
 mat. *ibidem.*

VIRGINIS IN COELVM ASSVM-
 ptio gloriosa cum animo & corpore tertio
 post mortem die.

CAPVT XX.

DEIPARÆ animum è corporis custodia è-
 missum deducentibus Angelis Christus ex-
 cepit, & in cœlesti solio celsum atque subli-
 mem collocauit. Scribit Andreas Cretensis, ad Mariæ
 mortem veluti ad insigne spectaculum innumerabi-
 lem Angelorum cœterum esse coniunctum, cœlitum-
 que aliquorum animas cum choris, & choris ad-
 fuis-

Oratio de
Assumpt.
virginis.

fuisse. Has enim illas esse adolescentulas, de quibus loquitur liber canticorum. In eandem sententiam Damascen. Ildephonus, Metaphrastes, hic in historia, illi in suis de virginis & morte, & immortalitate cōcionibus multa dixerunt, horumque trium in Angelico gaudio ex aduentu virginis explicando sese mūtē extollit oratio. Me quidem Sophronij comparatio delectat; ex sanctorum historijs, quorum exitus gloriosos fuisse legimus, Angelotumque præsētia decoratos, infueta luce p̄falgidos, inulitato more odoriferos, inaudito cantu percelebres, præter consuetudinem aspectabiles, virginalem in cœlos ingressum infinitis partibus nobiliorem, admirabilioreq; fuisse concludentis. Bernardi quàm illa præclara oratio est, ita de virgineo in cœlos ascensu differentis! (quis, inquit, cogitare sufficiat, quàm gloriosa hodie mundi Regina processerit, & quanto deuotionis affecta tota in eius occursum cœlestium legionum prodierit multitudo? quibus ad thronum gloriæ canticis sit deducta? Quam placido vultu, quàm serena facie, quàm diuinis amplexibus suscepta à filio, & super omnem exaltata creaturam cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit, cum ea gloria, quæ tantum decuit filium.) Bernardi sic habuit dulcis oratio. Mariæ triumphum, laudesque ab omnibus Angelicis ordinibus Athanasius, vel non dissimilis autor (de verbo enim, non de re, quibusdam inter ipsos discordia est) luculenta oratione persequitur. Angelos cum dicimus, Prophetas, Patriarchas, Martyres, Virgines, & gloriosos Christi assertores, qui naturæ sine villo xatoris tyranni gladio fecere satis, includimus. qui ante Mariæ virginis obitum in cœlestes illas sedes migrauerunt, & morte immortalitē meruerūt. Et quidem Iosephum Mariæ sponsum, hospitem Zachariam, cognatam Elizabeth, Ioannem virginis alumnum, & Christi præcursores, Simeonem Mariæ

Ser. de Assump. virg.

In serm. de sanctissima Deipara.

vatem,

vatem, Annam prophetissam, Iacobum primum ex Apostolis Martyrem, Ioannisque virginici custodis, & adoptiui filij fratrem germanum inter primos virginis occursores gratulatoresque commemorem. Guericus Christum cum sua matre loquentem inducit, eiusque omnia promerita & officia commemorantem, & sua cuique operi præmia decernentem, ac denique singularem thronum, intra quem omnes omnium ordinum Angeli, humanique sunt animi, designantem, vt nihil aliud (inquit ille) contempletur supra se Mater, nisi filium suum, nihil, nisi Regem Regina miretur. Scriptor ille perdoctus, qui demissionis causa idiotam se voluit appellari, Matrem, quæ dulcissimè filium eduxisset, lacte nutritisset, vestibus contexisset, cibis aluisset, vicissim à filio singulari dulcedine tractatam, remuneratamque cõsiderat. Bernardus virginem à Christo Iesu in ipso occursum gaudio illis verbis exceptam esse credit (osculetur me osculo oris sui) Ildephonsus, cum singularem, & cui par nulla, virginis gloriam explanasset, Dauidici carminis veritatē (Asstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate) cõstitisse concludit. Sophronij de hac ipsa beatissima omnium virginis immortalitate disputantis verba sic habent. (Maria vsque ad Throni celsitudinem processit, atque in regni solio sublimata post Christum gloriosa refedit; sic enim vbique confidenter sancta canit Ecclesia, quod de nullo alio sanctorum fas est credere, vt ultra Angelorum, & Archangelorum dignitatem meritò transcenderit; atque illi creditur saluator omnium ipse per se totus festinus occurrisse, & cum gaudio eam secum in throno collocasse: aliter enim quomodo impleuisse creditur, quod in lege ipse præcepit (honora patrem tuum & matrem tuam)? Hanc Sophronij sententiam ratio vincit esse viciissimam. Summo enim virginis amori sum-

Serm. 4. de Assumptione virg.

Lib. contemplatio. de B. virg. c. 2. Serm. 1. de Assumptio. virg.

Cantic. 1. Serm. de assumptione. virg. Psalm. 44.

Serm. de assumptione. virg.

*Serm. 2. de
assumptio.
Lib. de ex-
cellēt. virg.
cap. 8.
Serm. de
laudibz
B. virg.
philippicā.
9.
25. Augusti.*

*Serm. de sã-
ctis 34. &
35. cetera
loca supra
notauimus.
25. Augusti.*

mum præmium, vt scitè Bernardus, debebatur; & eã proximè, & secūdã à Christo sedere oportuit, quæ & homines & Angelos superauit. Anselmus Mariæ tum gratiam, tum gloriam immensam dicere non dubitauit, quæ vtraque cœlestem illam patriam mirabiliter cohonestet. Epiphanius Mariam vni Deo subiicit, cæteris anteponit; Cherubinis, ac Seraphinis formosiorẽ dicit, eam denique esse clamat, cui prædicandæ ne cœlestis quidem & Angelicæ lingua sit satis. Nos igitur quæ Romanæ copię princeps affirmavit, de virtute Deiparæ, de quæ sanctitatis magnitudine multò verius, iustiusque dicemus, omnes qui ex omni ætate virtute claruerunt, si in vnum locum conferantur, non esse cum Deipara comparandos. Neque verò sola virginis anima præmium meritis æquale sortita est. Nam copus die tertio reuixit, & in cœli est culmine collocatum. Quod sanè Theologos illos omittamus, qui omnia ad viuum refecant, remque propositam rationibus, argumentis, testimonijs argutissimè diligentissimeque discutunt, ex quibus nemo est, quin virginem & corpus & animo in cœlo regnare fateatur) Augustinus, Andreas Cretensis, Cosmas hymnorum scriptor, Metaphrastes, Germanus Patriarcha Byzantinus, Demascenus, Nicephorus Callistus, Michael Glycas, Bernardus de hac ipsa beatissimæ virginis anastasi gloriosa vno eoque pleno ore pronunciant. Iuuenalis apud Metaphrastem Hierosolymitanum Antistitis testimonium prætermitti non debet, qui maximorum principum Martiani, & Pulcheriæ rogatu id dixit, quod a maioribus certa traditione didicerat, Apostolos, e triduo ad Mariæ iam mortuæ monumentum præcantes, atque adorantes perseuerassent, & vt dicitur Thomæ, qui non sine diuino consilio tardius accesserat, sacrosanctum virginis corpus ostenderent, clau-

clau-
linter
cuius
sa Th
mile
oblig
ad vit
stis est
dus v
Episco
confer
gijs pe
cione,
seius i
Roma
ne tam
tempo
virgini
Mariæ
vel ipsi
hæretic
virginis
sanctur
Niceph
requier
Christi
tenset;
gi perm
corporis
tentia e
strinæ s
Vsuardi
stasi titu
vestita n
cum nec
sed noui

clausum tumulum aperuissent, sepulcralia tantum
 lintea reperisse; corpus verò sacrum & sanctum,
 cuius tum intuenti, tum vel maximè veneradi cau-
 sa Thomas aduenerat, nusquam apparuisse, sed si-
 mile quiddam cum Christi corpore, quod ex clauso
 obfignatoque sepulcro linteis tantummodo relictis
 ad vitam redierat, esse sortitum, Porro Iuuenalis te-
 stis est locuples, quippe quem Chalcedonensis syno-
 dus vehementer honorarit, cumque Hierosolymæ
 Episcopus esset, rerum in ea vrbe gestatum memoriã
 conseruabat; & in Christi filij, Mariæque Matris vesti-
 gijs pedem quotidie ponebat. Athanasius in ea con-
 cione, quam habuit de sanctissima nostra Deiparã
 eius ipsius esse Glycas bonus author affirmat, & in
 Romano breuiariò Athanasij nomen apponitur, sit
 ne tamen, discendum ex Baronio est, tempora cum
 temporibus diligentissimè comparante; hanc eandẽ
 virginis cum corpore resurrectionem confitentur.
 Mariæ nostræ parentis vtramque immortalitatem
 vel ipsi apud Canisium concedunt, & confitentur
 hæretici, quorum vnus credimus, inquit, & Deiparæ
 virginis Mariæ purissimum thalamum, hoc est sacro-
 sanctum corpus eius deportatum esse in cælum. 3
 Nicephorus Dauidicum versum (Surge Domine in
 requiem tuam; tu & arca sanctificationis tuæ.) De
 Christi & eius Matris ad vitam reditu intelligendũ
 censet; quem plurimi sequuntur. Rationes Theolo-
 gi per multas colligunt, quibus virginis diuæ Mariæ
 corporis hæc glòria comprobatur. Quæ ita vera sen-
 tentia est, vt de ea homini catholico, & synceræ do-
 cetrinæ serio amatori haudquaquam liceat dubitare.
 Visuardi & Adonis martyrologia in hac virginis ana-
 stasi titubant; vtrumque decepit Epistola Hieronymi
 vestita nomine ad Paulam Eustochoiumque directã,
 cum nec Hieronymi, nec Sophronij sit eius æqualis,
 sed noui nouatorisque cuiusdam, qui se Hieronymũ
 esse

Vide Car-
din. Baron.
in notis
Martyrol.
Roman. 15.
Augusti.

esse somniabat. Illud postremò commonere nece-
se est, virginis in cœlum assumptæ picturam dede-
centibus Angelis, quæ apud nostros Christianis
frequentissima est, & maximè vsitata, obsequi, ut
auxilij indicem esse debere; glorioso enim corpo-
tributum à Deo est, vt vi sua conscendat in cœlum
ille/tamen in pictis tabulis Angelorum comitatus
ad virginem honorandam adhibetur; suæ namq[ue]
Reginæ singulares ille mentes ancillantur.

VIRGINALI

HISTORIAE LIBER SECV-
DVS, QVI EST DE CVLTV
Mariae sacrosanctæ.



ANCTISSIMÆ Dei Matris
gloriosa natalitia, quæ
ortum tam apud gentes,
apud Iudæos vel prodigia
vaticinia præcurserunt, et
nabula, educatione, et
crementa, vitæque omni-
dicâ oratione, sed cogitatione superiorem maiorem
que, tum mortem, postremò immortalitatem
triumphum, pro nostro captu percensuimus. Scilicet
tur vt de eiusdem diuinæ Matris cultu, & veneranda
historicè, vt cepimus, præse tamen breuiterque
eternus; & honorandi, adorandi que virginem diuinam
inuenta persequamur. Quæ vt generibus differens
sic etiam capitibus distinguetur, suusque vnica
historiæ autor vel inscribetur, vel ascribetur, prout
ipsa videbitur postulare. Nec enim committendum
est, vt legendi fructum facti ignobilitas interpe-
Tu Christiane lector huc librû ita euolue, vt tuus

ga vir-
gener-
cies, p-
meo
me ac-
tem so-
multa
vniger-
Mariæ
pibus
DEI

M
tos ded-
stoloru-
uatore E-
teri lege-
stulerun-
& docile
Et cû ex-
per Galii
constant-
montis t-
erexisse
seruicium
diximus
ter anteu-
ne Baptis-
pauit. Q-
& fortasse
Alexandri
tem Car-
iusq[ue] pri-

ga virginem amor, si quem fortè primus noster ingeneravit, mirandum in modum augeatur. Id si facies, præmium illud mihi persolueris, quod vnum meo huic labori proposui, neque pretium tantum me accepisse, sed præmium etiam arbitrabor. Erit autem secundi huius libri pars prima de templis, quæ multa, varia, pulchra sancti Spiritus diuino templo, & vni genæ Dei Patris filij sanctissimo domicilio, id est Mariæ semper virgini fideles Ecclesiæ filij pijs sumptibus excitarunt.

DEIPARA TEMPLIS HONORATVR.

CAPVT I.

DE MONTE CARMELO.

MIRABILES quidam solitudinis amatores, *Paleonides in tract. de antiqui. Carmelit. ca. 2. lib. 2. Ioannes Robtus lib. de hoc ipso. Iosephus Antiochenus in speculo perfecta militia primitiu.* Helicæ & Elisæi vestigia persequuti, rerum diuinarum attentissimæ meditationi se totos dederunt; ad quorum tamen aures cum Apostolorum primæ de Christo mundi per crucem Seruatore Euangelicæ voces peruenissent, continuo veteri lege nuncium remittentes sese ad nouam transtulerunt, neque solum se Apostolorum beneuolos & dociles auditores, sed etiam adiutores præbuerunt. Et cùm ex monte Carmelo descēdissent, Christi fidem per Galilæam, Samariam, & Palæstinam vniuersam constantissimè prædicauerunt. Hi sunt, qui in latere montis Carmeli primum sanctissimè virgini sacellum erexisse dicuntur, cui in illo ipso loco studiosissimè seruiuerunt. Attamen quidam nomine Enocijs, quos diximus, in Christo colendo, atque sequendo feliciter anteuertit. Non enim ab Apostolis, sed à diuo Ioanne Baptista præmonitus, sese Christo Domino micipauit. Qui Enoc diui Marci comes fuisse affirmatur, & fortasse cōsors in illis Euangelicis cœnobitis, quos Alexandria omnium prima vidit, ordinadis. Hæc autem Carmeli recessus antiquissimam esse familiam, iusq; primum patrem Heliam, virginem autē patro-

nam singularem, facile sibi persuadebit, qui illius libri authorem leget, quem ipse suo fratri Caprabri nuncupavit; libri inscriptio illa est, Instructorium Fratrum. Qui cum incepissent in lege veteri, in non perseverarunt; & qui eum librum euoluet, qui inscribitur, Speculum Carmelitarum, & Ioanem Vitruvium in suo memoriali, sic enim ille vocat. Idem Richardus affirmat Armacanus, Hybernæque Primas, in concione, quæ incipit, Ave Maria. Cum his concordant, quæ Sigebertus Gemblacensis scribit in historia Hierosolymitana; Thomas Vvaldensis pro hac sententia propugnat. Extant literæ Episcopi terræ sanctæ ad papam Bonifacium hoc nomine Etaium, quæ hoc idem videntur annuere. Sixti quarti, & Gregorij XIII. diplomata eandem sententiam defendunt. Ut non frustra Carmeli nomen in hac era familia inueterasse videatur. Fueritne hoc Carmeli montis primum templum eorum, quæ antiquæ Mariæ virginis dedicavit, compertum mihi non est, quædam alia hanc sibi gloriam vindicant, de qua agendum est ipsa opportunitate poscente. Quædam sanctum Cyrillum monachum fuisse contendunt huius eiusdem Carmeli montis, Cæsari Baronio oppositionem probare non poterunt iustis de causis tradicenti, qui de hac eadem familia bene merita Ioannem Hierosolymitanum Episcopum Carmelitam fuisse negat, ne, qui Origenista fuit, præclaro dini labem aspergat. erit sine Cyrillo hæc satis honorata familia. Ioannem suum esse dicere, ut quæ incaute pugnant, iniuriosum est & infame Carmelitanis, quorum hoc nostro tempore antiqua sanctitas & sapientia reflorescit.

DE TEMPLo SANCTISSIMÆ VIRGINIS ante Christi aduentum.

IN vrbe Galliæ Carnoto ædificatum esse templum in honorem parituræ virginis, author est C

cap. 5.

De sacramentalib.

Tom. 6.
Annal.

nãus, idemque affirmat apud Heduos Gallorum itẽ
 populos mirã antiquitatis inuentum esse sepulcrũ;
 in eo Christi fuisse imaginem nati in diuerforio ex *In Cata-*
 puerpera virgine, quem & bos & asinus circumsta- *logo de glo-*
 rent; hominemque ad eiusdem pueri Christi pedes *ria mundi.*
 dolatum ex lapide flexis genibus, manibusque con-
 iunctis, quem litteræ ambirent huius sententiæ, (cre-
 do in Iesum inter animalia ex virgine nasciturum)
 huic ego narrationi non assentiret inuitus, si Cassa-
 nãus scriptores non illos quidem primæ classis, sed
 vel tertiæ, quartæve citasset; quædam enim eiusmodi
 sunt, vt vno authore contenta esse non queant. Mi-
 nimè tamen hæc negligi debet Historia illarum co-
 gnata, quas à viris & doctis & grauibus scimus esse
 conscriptas, de quibus partim agimus libro superio-
 re, partim in ijs, quæ sunt commemoranda, dice-
 mus. Eadem illam Carnotensem, si Cassanæo damus
 Carmelitarum templum, cuius paulò ante memini-
 mus, illorum primum esse non potest, quæ pietas fi-
 delium beatę virgini consecrauit. Sed restant proelia
 maiora in hac primi templi quæstione, de qua re tũ
 dicemus, cum, quæ de Christi ortu noua sunt, Cas- *ibidem.*
 sanæi non contemnendi scriptoris admonitu fuerint
 absoluta. Narrat enim, in sepulcro Platonis auream
 laminam esse repertam, ipsius pectori Platonis hære-
 tem, in qua erat insculptum & credo in Christum na-
 sciturum de virgine, passurum pro humano genere,
 die tandem tertio resuræcturum.} hæc Cassanæus;
 credat qui volet; mihi enim Plato mortuus idem vi-
 detur fuisse, qui viuus, cuius in scriptis negat Augu- *Lib. confes.*
 stinus se vnquam legisse & verbum caro factum est;
 etsi quædam in hoc magno Philosopho inueniun-
 tur, quæ de Christo Cælius Rodiginus grauis autor
 censet esse prædicta. Ex quo efficitur, vt hæc Cassanæi *Antiquariũ*
 videnda historia non sit. Multò illa minus de aureo *lectio lib. 16.*
 circulo pulcherrimam quamdam virginem, lacten- *c. 65.*

temque puerum obeunte; in quem cum suspexisset Cæsar Augustus, cœlitus auditam esse vocem, hæc est ara cœli, eiusque prodigij fœminam interpretem fuisse, monuisseque Augustum, ut puerum illum longè maiorem adoraret. In cuius rei memoriam Christianis multò post ædem esse constructam, quæ sanctæ Mariæ de ara cœli vulgo nominatur, quam tenent monachi Franciscani. Hoc mirabile ostentum ex Innocentio hoc nomine tertio lteris mandauit sanctus Antoninus Florentinus Artistes. Fama que vulgavit, cum aulam Romulus ædificasset, sibi que de substructione placuisset, ita esse loquutum, domus hæc nostra non corruet, nisi virgo aliquando pepererit; quod quia fieri non posse credebat, perentatatem operis verbis illis sibi ipse promisit; verummen vaticinium illud fuisse, rei probauit euentus, in qua nocte mundi conseruator Christus ex purissima natus est virgine, Romuli palatium illud omnia concidit, eiusque diruti ruinas conspici, Petrus Romanian sapiens & sanctus doctor affirmat. Hanc de partu virginis, in quam nostra libens deflexit oratio, non ingratam historiam probatissima narratio denotat de templo nõ manu facto, quale quisque, modeste purum ab omni labe conseruet, sine vllis pecuniarum sumptibus, valebit extruere. De Margarita illa, cuius Castello Italiae vrbe cognomen erat, quæ fuit eius Germana patria, complura præclare gesta memorantur: Sed illud in ea maximè insigne, quod frequenter admodum felicissimum Iesu Christi ortum ex Maria illibata virgine contemplari solebat: Et cum per obitum sanctæ huius Dei famulæ balsamo corpore esset vngendum, extaque de more chirurgus extirperet, simulatque cor Margaritæ ab ea, qua pendebat, est parte diuulsum, vnio inusitatae magnitudinis, & admirandæ pulcritudinis inde profulsit, quo Christinae nascentis imago videbatur. Apparuit quoque

*1. p. Historia
Titu. 4. c. 6.
Scilicet. 11. 20.*

Epi. 4. c. 12.

Nota.

quoque
xis gen
tam p
diuin
quos
vbi fan
deretu
minici
hodie
tensis
ad arti
mus.

DE A

M

plo ortu
illo dec
sæ duo
Christe
filij sem
Christi
domun
re Missa
me nen

DE T

max

M

tantu re
sent, eos
cordie h

qu

quoque beatæ huius virginis Margaritæ figura flexis genibus ante Christi præsepe sacrosanctum. Nèpe tam preciosa Margarita templum Dei fuit, eiusque diuinæ parentis, non quidem ex his lapidibus, in quos passim offendimus, sed ex gemma extractum, vbi sanctissimæ Mariæ virginis imite puerperium videretur. Hunc vnionem in sacrario ædis sancti Dominici, cuius Margarita institutum complexa erat, hodie & seruari, & conspici pater Ludouicus Granatensis affirmat, cuius hæc est omnis historia. Sed iam ad artificum templa virginea, vt instituimus, redeamus.

*Conc. 3. nat.
Dõ. sect. 3.*

DE MARIA ET MARTHA SORORIBUS, deq; Templo Roma.

MARTHA & Maria cum fratre Lazaro, famulæ Marcella, Maximino vno ex septuaginta discipulis, & Cheldonio, quem ab ipso ortu cecum Christus persanauit, & cum nobili illo decurione Iosepho Arimathæo Massiliam appulsa duo templa, quæ dicuntur adhuc extare, alterum Christo, virgini alterum dedicauerunt. Nam diuini consilij semper fuit, vt per Mariam virginem in Ecclesia Christi cultus maximè dilataretur. Itaque Romæ illâ domum, in qua Petrus & Paulus sanctissimam dixere Missam in via lata, consecratam virgini esse purissimæ nemo vnquam dubitauit.

*Thom. Bon-
zi^o de signis
Eccles. Dei
lib. 9. c. 6.
Ioannis 9.
Baronius
Tõ. 1. p. 245.
Authorib⁹
Callisto 2.
Rom. ponti-
fice, & Pe-
tro Antonio
Deutero in
Chronico
Hispania
cap. 235.*

DE DIVO IACOBO DEI OPTIMI maximi Apostolo, & nostra Hispania patrono.

MULTI quidem sunt, quibus post migrationem ex terris sanctissima Dei Mater apparuit, qua lenitate est & generositate nature, vt nõ tantum re, sed etiã sermone & aspectu, qui se inuocassent, eos à malis, periculisque defenderet: sed misericordie hæc Mater, cum adhuc in hoc vite esset exilio,

*Multiq; n-
lijs non infi-
ma classis.*

suo se Iacobo locis, terrisque disiuncto monstravit. Quem laborantem, anhelantem, Hispanosque nostros ad Christum adducere conātem, paucissimosq; lucrantem Dei alma parens ad Iberi ripas prope Casaraugustam celebrem Aragoniæ urbem è iaspide columna & videre, & alloqui dignata est, benèquæ iussit sperare de Hispaniensi in vera religione progressu. Quin etiam, ut sacellum illo in loco extrueret, imperavit; quod Iacobus sine mora perfecit, & sanctissimæ Matris memoriæ ac nomini consecrauit. Eam ædem tam multis miraculis postea Christus ornauit, ut facile intelligi possit, vera illa esse, quæ de tam illustri fundatore, deque virgineis auspiciis graues Historiæ tradiderunt. Et quidem docti homines eò inclinant, ut hoc virginale, Iacobo molitum templum omnium primum esse putent ex illis, quæ Deiparam aduocarunt, posteaquam Christus Dominus Euangelium promulgauit. Hoc Carmelitæ nō dabunt; sed quia vtrorumque pugna est, pacificiores esse nolimus; sentiat quisque, quod volet; quædam enim sunt bella pace ipsa meliora, quæ deuota pietas suscitāt, & quædam sancta contentio.

DE QVIBVSDAM GALLIÆ TEMPLIS antiquitatis admiranda.

*Thomas
Bozins Eugubinus de
signis Ec-
clesiæ Dei
lib. 9. c. 9.*

HISPANIÆ Gallia adiacet, in cuius orientem extremis insula est, quam circumfluit Oceanus. In sanctæ Mariæ Bouinæ dicta, ob ecclesiæ miraculis inde à priscis temporibus perillustrem, & in vicinis locis haud procul ab insula posita oppida duo nomine Mariæ, propter basilicas virginis miraculis olim celebratas. E regione autē Rupellæ similiter insula est, in qua oppidum sanctæ Mariæ ob eandem causam ita ab omnibus appellatum. Nō aliter in Peruanorum, & in noua Hispania multæ urbes hoc ipso sanctæ Mariæ insignitæ sunt nomine. Est etiam (quando hu-

declin
sed d
nostr
cogn
prisc
fiam
mam
groru
esse t
fuerit

D

IN
vr
Io
gionu
tabant
sent. In
Hayto
plum a
ramit v
condit
stat ex
losque
poribu
Ex Od
manib
se Mari
quodam
uocari
storia d
aduent
tim dep
templa
psa præ

declinavit historia, quæ non de urbium appellatione, sed de templorum antiquitate perquiri) in Bætica nostra, est in Calaica similiter hoc ipso Mariæ sanctæ cognomine gloriosum. Apud Thungros narrant præfati annales, à Materno diui Petri discipulo Ecclesiam de nomine virginis esse apparatus, quamprimam perhibent infra Alpes esse fundatam. Thungrorum porò ciuitatem vel impius Munsterus vult esse totius Brabantiae antiquissimam, quæ deinde fuerit translata Leodium.

DE INDIA CITRA ET VLTRA

Gangem.

IN India cis Gangem oræ Comorinensis prope urbem Coulani extare templum Mariæ dicatū, Ioannes Empolitanus affirmat; quod illarum regionum indigenæ summa cum religione frequentabant, vel antequam Lusitani terras illas subiugassent. In itineralio autem Persico quod libris Armani Haytonis attexitur, prohonorificum Deiparæ templum autor ipse describit in ea vrbe, quam nunc Caramit vocant, Mediæ, vt creditur, ad mare Caspium, conditam dicunt à Constantino Imperatore. Constat ex historia Sinarum, inter Sinas quondam, populosque Indicos vltra Gangem sitos fuisse præfatis temporibus templa, templumque virginis sacrosanctæ. Ex Odoardo autem Barbossa cognoscimus à Brachmanibus Indiæ Philosophis cultam & veneratam esse Mariam. Ex Hieronymo Osorio item ab iisdem quodam in templo per beatam virginē & colli & inuocari solere didicimus? Quædã verò me Indica historia docuit, inter Iapones, ante nostrorum Pattum aduentum, sanctorū sanctarumque imaginibus, partim depictis imposito diademate, & micante radijs templa esse plenissima. Et quamuis multi ratione ipsa præmonente vnum Deum venerentur, & colant

Idē Thomas Bozius ib. in suo itinerario.

Scriptore Gonsalo Mendoza. In historia Lusitana. De rebus Regis Emanuelis.

omnium rerum effectorem, quosdam tamen caelites ab ipsis quadam nostrae religionis vel imitatione, vel diuinatione reuerēter agnosci. Quodq; mirabile magis est, mulierem puerum infantulum complexu tenentem ab iisdem Iaponibus solere depingi, ad eamque tanquam ad communem patronam in afflictis rebus confugere consueſſe. Vt enim Athenienses ignoto Deo cultum adhibuerunt, sic Iapones Deam ignotam, antequam à nostris crudirentur, adorarunt.

DE SANCTO CALLISTO PAPA ET
Martyre.

*Damaſ. de
vitis pont.
Paul^o Oro-
ſius lib. 6.
ſua hiſtor.*

ILLVSTRISSIMI martyris, clarissimiq; pontificis Callisti hoc nomine primi pietati, & aduersus Dei matrem reuerentiæ parem orationē nulla eloquentia rependet, qui in turbulentis Ecclesiae temporibus Deiparae templum trans Tiberim fundare non timuit, in eo Romæ loco, vbi quæstiuosa stabat taberna, vnde Augusto imperante olei fons emanarat, diemq; vnam largissimo riuo defluxerat, nascentis Christi prænunciatus. Equidem Callisti famam in multas terras atque oras, instar olei suavissimi, sese diffudisse arbitror, eiusque exemplum multis in locis, maximeque distantibus variis virginis, quæ vera oliua fuit, quæque Iesum protulit oleum suauissimum, Ecclesias vel in illa tyrannorum efferata rabie, pro difficultate rerum & temporum edificatas. Huic historiæ consonat quod Liberianus narrat his verbis: Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra propinarij dicerent, sibi eum deberi, descripsit Alexander melius esse, vt quomodocunque illic Deus colatur, quam vt propinarijs detur. quem locum Cardinalis Cæsar Baronius existimat fuisse trans Tiberim, vbi Augusti tempore taberna meritoria erat, ex qua oleum magno miraculo de terra prorumpens copiose

*In vita A-
lexandri
Seueri.*

man
quid
prop
rar, v
ſui
Chri
quib
cleria
partu
prodig
randa
moria
illud f
fluxit.
latitan
& effo
butam
ius in c
laudem
cum ſe
ne resp
ad diffi
ratores
ficiis ex
equitar
milites
tumulu
dies tri
cus, tan
portare
mor qu
teras de
gantia p
latum A
dem Re
proboru
mano

manauisset, Christi aduentantis argumentum. Et quidem popinarij, quod publica ibi taberna fuisset, proprium efficere conabantur. Nam popina locus erat, vbi publica obsonia, coctæque carnes publico vsui venum exposita comedebantur. Contra verò Christiani, vt in eo Ecclesiam erigerent, postulabant: quibus cum Imperator annuisset, nobilem illic Ecclesiam posuerunt sanctissimæ Dei genitricis Marię partui consecrandam, quæ olei tantum esset olim prodigio præsignata. Extat (inquit Baronius) veneranda antiquitate pernobilis, tantæque rei gestæ memoria celeberrima, quæ propè confessionem sacrum illud foramen occultat, ex quo olim humor ille profuxit. Dictitant, qui hoc sunt experti, terram intus latentem adhuc oleo esse madidam, quam erutam & effossam si quis imprimat, manum sentiant delibutam. Et quia Alexandri Seueri meminimus, eius in colenda iustitia firmitatem, constantiamque laudemus, Spartiano, Dioneque testibus, quæ cum sepe alias, tum maximè in Parthica expeditione resplenduit. Nam cum esset Antiochiæ, seque ad difficile bellum præpararet, quo tempore Imperatores solent indulgere militibus, ac pariter officijs exercitum demulcere, ipse tum potissimum equitantum habita ratione, mulierosos quosdam milites coniecit in vincula, legionemque pro illis tumultuantem exautorauit, vixque rogatus post dies triginta restituit. Dignus qui, etiamsi ethnicus, tamen victoriam de superbo Persarum Rege reportaret, quam nulla æquitas, sed tantum mentis tumor quidam, & fastus ad bellum incitaret. Nam literas de pace ab Alexandro missas contempsit arrogantia planè barbarica. Ergo Artaxerxem superbia elatum Alexander gloriosa victoria superauit. Et quidem Romanos, licet Deorum cultores, tamen morū proborum ornamentis honestos à Deo vero adiutos

*Tomo 2. in
Annali. in
Callisto. 1.*

Ibidem.

*In vita A-
lexand. Se-
ueri.*

*Hierodiani
lib. 6.*

De ciuit. Dei lib. 5. c. 22. & seq. In Apolog. tico cap. 37. Li. 4. ca. 49. tos esse in acquirenda ditione regnorum, pluribus disputat Augustinus. Verisimile quidem est hoc in vitiosos odium Alexandri ex consuetudine eū Christianis esse ingeneratum, quibus referta erat huius principis aula; Et si nunquam in aliorum principum palatijs Christiani defuerunt, quod Tertullianus affirmat, affirmat pariter Irenæus. Sed multo plures propter Mammam Alexandri matrem Christiani in Seueri palatio fuisse, credendum est.

DE IOANNE PATRICIO NOBILISSIMO Romano, cui historia uniuersa Ecclesia testimonium celebre dedit.

Iislem quibus in Romano breuiario uerbis exponitur.

LIBERIO summo Pontifice Ioannes Patricius Romanus, & vxor pari nobilitate cum liberio non suscepissent, quos bonorum hæredes relinquerent, suam hæreditatem sanctissimæ virginis Dei matri uouerunt, ab ea summis precibus assistentibus petentes, ut in quod pium opus eam pecuniam potissimum erogari uellet, aliquo modo significaret. Quorum preces & vota ex animo facta beata uirgo Maria benignè audiens miraculo comprobauit. Noctis igitur Augusti, quo tempore in urbe maximi dolores esse solent, noctu nix partem collis Esquilinæ contexit. Qua nocte Dei mater separatim Ioannem & coniugem in somnis admonuit, ut quem locum niue conspersum uiderent, in eo Ecclesiam ædificarent, quæ Mariæ uirginis nomine dedicaretur: se enim ita uelle ab ipsis hæredem institui. Quod Ioannes ad Liberium Pontificem detulit, qui idem per somnium sibi contigisse affirmavit. Quare solent sacerdotum, & populi supplicatione ad collem uentis niue coopertum, & in eo locum Ecclesiæ designatum, quæ Ioannis & vxoris pecunia exstructa est, postea Sixto tertio restituta, varijs nominibus primum appellata, basilica Liberij, sancta Maria ad præsep-

Sed
min
te m
baf
ficar
ius d
mira
Hæc
infra
mira
Hic
Sc
Aua
Ho
Done
Vi
Æstin
Vl
Virg
Vl

DE

B illud
uerfita
est app
cum A
omni
matri,
uit, co
num,
le sole
mans

pluribus
hoc in
cū Chri-
at huius
incipum
ianus ab-
to plures
hristiani

BILIA
estate

Patriciu
um libera
eredes
na virg
us allu
iniam p
gnificat
cata virg
auit. No
maximi
Esquin
Ioanna
em locu
n ædific
tur: se
quod Io
idem p
re sole
llem ven
designat
st, post
imum et
d præsep
So

Sed cum multæ iam essent in vrbe Ecclesiæ sub no-
mine sanctæ Mariæ virginis, vt quæ Basilica nouita-
te miraculi, ac dignitate cæteris eiusdem nominis
basilicis præstaret, vocabuli etiam excellentia signi-
ficaretur, Ecclesia sanctæ Mariæ maioris dicta est; cu-
ius dedicationis memoria, ex niue, quæ hodierna die
mirabiliter cecidit, anniuersaria celebritate colitur.
Hæc ita ex breuiario Pij quinti. Sed de hoc templo
infra erit mentio non parua. De his feriis, deq; niuis
miraculo bonus quidam poeta sic cecinit.

Hic ubi marmoreum cœli petit ardua templum,

Sculptæque magnifico tecta labore nitent.

Alia prærupti quondam fastigia montis

Horruerant rigidis aspera saxa rubis.

Donec ab æthereis lapsa niue sedibus illum

Virgo sibi in terris deligit alma locum.

Æstiuo mirate niues in sole rigentes,

Vlla nec è calida damna tulisse canes?

Virginis & matris niueum mirare pudorem,

Vlla nec è partu damna tulisse nouo.

DE ROMANO PONTIFICE BONI-
facio tertio,

BONIFACIUS numero & ordine quartus ex
illis, qui ita sunt appellati, Dei Ecclesiam im-
peratore Phoca gubernauit, decantatumque
illud Romanæ vrbs fanum, quod à Deorum vni-
uersitate, quos delusa honorabat antiquitas, pantheo
est appellatum, sui que originem ad conditorē Mar-
cum Agrippam non sine timore & fastu referbat,
omni Idolorum superstitione sublata, in primis Dei
matri, deinde omnibus Christi martyribus dedica-
uit, coque ritè expiato, ingens vis & potestas dæmo-
num, quod in Christianos sæuire interdum furia il-
le solebant, magna ex parte debilitata, eneruataque
mansit, Sanctique Pontificis laudari pictas debet, qui
depulsa

*Hist. Eccl.
qua lectori
vel medio-
criter curi-
oso nō latet,
martyrolo-
giumque
Romanum.
Plin. lib.
36. c. 15.*

depulsa Cybille Deorum ridiculorum deridenda matre, exturbatisque dæmonum simulacris, Dei prepotentis parentem sanctissimam, martyresque suffecit, quo superstitionem religio vinceret, falsitas veritas succumberet, deque perfidia fides triumpharet. Sancti enim Ecclesiæ patres, præcone Theodoro, ethnicorum fana non semper eueriebant, sed Christiano ritu purgata atque expiata, Dei immortalis sacrificio destinabant. Idem de stasis quibusdam gentilitiæ superstitionis sacris videtur esse dicendum. In ipsorum enim ariolatorum festos dies suas quasdam Christiani ferias incidere voluerunt, illisque abrogatis, nostras summi pontifices edixerunt. Quippe in illis diebus fausta multa, atque felicia nostris euerant, quæ religione colentium videbatur esse sacra, neque in aliud tempus differenda. Fuit etiam re Christiana visum, non omnia profus euerere, sed immutare gentilitiæ, sed à nobis alienos ipso saltem vel dierum, vel parietum communionem ad reuerentiam nostrarum amorem incitare.

DE TEMPO CONSTANTINI

Magni.

CONSTANTINOPOLI, quæ noua appellata Roma est, multæ basilicæ D. Mariæ sacras visebantur, quarum primam Constantinus fidei nostræ magnus assertor instituit, qui diuina matris studio totâ urbem, non modo templum vniuersum (vti Zonaras scribit) beatissimæ virgini dedicauit. Hoc autem religiosi Constantini templum iam inde ab eius principio, quod quidam bonus autor affirmat, Mariæ præsentia, & singulare miraculum illustrauit. Cum enim ad fabricæ dignitatem ingentes coluntæ allatæ essent, nullæque hominum vires amplas sedecim pedes, vt de longitudine immensa taceam, destinatis sedibus locare possent, Architecto, quæ eius ingeniumque defecerat, præ morore, ac mentis anxietate

Li. 8. Græcarum affectio.

S. Gregor. ep. 71. li. 9. in diuinitio. 4.

Greg. Tironens. de gloria plurimo. Matt. ca. 8. Li. 3. Anal. Canisius de beata virg. lib. 3. c. 24.

xietate
illos
indicio
de r
nibus
& m
que r
poru
pauce
bus al
in Gal
Grego
quod
tradid

DE

H
laudan
human
illius sp
que vir
vtero g
Dei in
tis col
sanctar
dæronu
Paulini
ætate,
pietate

D

T

xietate

xietate sopito, indulgentissima Dei mater immanes illos postes defigendi aptandi que rationem per visum indicauit. Expergestus somnum recognouit, & que de machinis adhibendis, cochleis suspendendis, funibus expandendis virgo admonuisset, doctus, & memor, ex eius omnia consilio gubernauit, breui que temporis spacio, quod multorum viribus ac corporum contentione, & vocis clamore frustra tētarat, paucorum & opera & manibus cunctis est mirantibus absolutum. Sunt, qui existiment, hoc templum in Gallia fuisse, quod Turonensis videtur significare Gregorius. Fecisse puerulos in vna figenda columna, quod viri robusti nequiuissent, in nostra institutione tradidimus, eodem authore Gregorio.

DE SANCTA HELENA MATRE
Constantini.

HELENÆ illius, cuius religioso studio, ac diligentia salutaris Christi nostri Seruatoris inuenta crux est ab obliuione, ac tenebris vindicata, laudari pietas merito, angelicisque præconiis nedum humanis celebrari debet. Quæ verbi Dei puerperæ, & illius sponso Iosepho templa constituit, prægnantis que virginis tanto amore flagrauit, vt Mariæ filiū in utero gestati aras permultas excitauerit, conceptique Dei inexplicabile mysteriū admirabilibus monumentis cohonestandū, celebrandūq; curauerit. Qui verò sanctam Helenam, antequam se Christo dedit, Iudeorum fautricem esse dixerunt, veram in ea re D. Paulini sententiam se nescire monstrauerunt. Vt enim ætate, quod necessarium fuit, sic etiam Christiana pietate Helena Constantino filio præiuit.

DE PVLCHERIA AVGVSTA.

TERNÆ Constantinopoli in honorem virginis ædificatæ Ecclesiæ sunt à Pulcheria insigni Augusta Martiani optimi Imperatoris vxore,

quæ

Ibidem.

Lege Baronium tō. 3.

Annal. in

Constantino.

Eusebius

Cæsariensis

li. 3. de vita

Constantin.

Nicephorus

historia lib.

8. cap. 30.

Epist. 11.

Cardinalis

Baron. Tō.

3. in Siluestro papa.

S. Ioannes

Damas. Ser.

de Dormit.

virg.

*Niceph. li. 5.**Mich. 9.**Glycas 4.**p. Annal.**Damas. Ser
de Dormit.
Virg.**Ibidem:*

quæ ipso consentiente Martiano florem virginitatis illæsum, atque integrum conseruauit. Ex his tribus celeberrima illa est, quæ in Blachernis fundata & posita magno populi concursu uisebatur. Locus ipse muris contiguus, marique uicinus amoenitate & specie homines capiebat. Sed religione Basilicæ uel accepit dignitatem. Templi huius maiestas multo amplior est facta, posteaquam felix ille locus, uel beatissimæ virginis corpus aliquando fuerat, in eum reconditus est, & eiusdem sanctissimæ matris facie sepulcrales asseruatae. Nam Iuuenalis Hierosolymitanus Antistes Martiani & Pulcheriæ uotis oblectatus immaculatæ uirginis feretrum, & sepulturae uel dumenta transmisit. Eratque templo summus honor, & quod uirgini dicatum esset, & quia preciosissimum lintei funeralis thesaurum ædes illa seruauit. Duo alia sempiternæ uirginis templa, cui uirginitatem suam post Christum Pulcheria deuorarat, precandam liberalitate, ac commemorabili pietate conseruauit. Alterum uiam ducum nominauit, ubi Mariæ sacram imaginem pictore D. Luca ex Antiochia urbe transmissam, & quasdam infantis Christi faciem collocauit. Alterum sancti sepulcri nomine affectum in eodem diuinæ matris cingulum seruabatur: Perpetua fuit horum pulchritudo templorum, & magnificentia planè regalis. In his Christianorum peruigilabant, & supplicationes accensis lychnis, atque lanternis, iubente atque uigente pulchra Pulcheria. Quæ morem ad suam ætatem durauisse scribit, affirmatque Nicephorus. Blachernium tamen excellere & fabrica dignitate, tum maximè piorum frequentia & numero precantium, & uota facientium. Falsè quas diximus, miserat Eudocia Theodosij Imperatoris uxor, qui Imperator erat Orientis. In quarum memoria uelima mensis Augusti dies fuit consecrata perpetuo. Sed quas sanctus Germanus Constantino politar phoru lector natar Luca d claro, s pera tar Regina gientes bantur, prehensua uirg sima Cl & soror nasteriu na uirgi admini uit The felicioe arbitrio, odosio, chis, auro immort fidei adu uerbis re sacrame quo duo ribus Ec impieta mulam plicibus colorata Baroni u pensatio tas, qua uaretur. pol

politanus Episcopus fascias appellat infantiae, Nicephorus fascias vocat sepulcrales. Theodorus lector lector sanctam Pulcheriam ab eadem Eudocia donatam esse imagine Dei genitricis Mariae à sancto Luca depicta, conciliatae inter eas amicitiae signò preclaro, & pignore memorando. Ad haec Pulcheriae, opera tantae dignitatis respexit Cyrillus, qui in libro ad Reginas scripto ecce (inquit) valde sapienter confugientes ad Christum operam datis, ut quae illi probantur, & sciat & faciat, partim operibus, & irreprehensibili fide, & vestras & Regum aulas perspicua virginitatis gloria decoratis, partim sumptuosissima Christi tempora erigitis. } Haec ad Pulcheriam, & sorores. Erat in Regia illa regiarum virginum monasterium inuenire. Sed illud admirabilis in foemina virgine & monast. cam obseruantiam, & Imperij administrationem eluxisse. Experientiaque monstrauit Theodosio Theodosij magni nepote neminem feliciorum fuisse, dum se sororis Pulcheriae subiecit arbitrio, nemo contra functiorem eodem ipso Theodosio, quoties Eudociae coniugi, & perfidis eunuchis aures patefecit. Leo magnus pontifex Romanus immortalitate dignissimus Pulcheriae defensionem fidei aduersus impium nefariumque Nestorium his verbis refert accepta. Non Deus aut suae misericordiae sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum: quo dudum sanctae Religionis hostem ab ipsis viscibus Ecclesiae depulistis, cum haesim suam tueri impietas Nestoriana non potuit, quia non fessellit famulam Dei & discipulam veritatis, quantum simplicibus infuderit veneni, per illa loquacis hominis colorata mendacia. } Voluit namque Deus (quod Baronius recte considerat) summam sapientiae suae dispensatione, ut per virginem summa virginis dignitas, qua Dei mater est appellata, inoffensa penitus seruetur.

Ser. de fasciis Domi. Ibidem.

Epist. 39.

Tö. 5. Anali. in Leone magno.

*ge, qui gentem illam omnium primus
traduxit ad Christum.*

*Epif. Char-
tutius li. de
vita, & re-
bus gestis
Stephani.
Bonifacius
de reb⁹ Vn-
garicis li. 1.
decahis 2.*

STEPHANVS Pannonū Rex, & pater in Chri-
sto, qua erat pietate, sanctimoniaque vite,
regnumque suum voto ac munere in perpetua
virginis Mariæ tutelam tradidit: cuius virginis
ria tam erat apud Hungaros celebris, vt Assumptio
virginis ferias, proprio nomine prætermissis, Domi-
næ diem appellarent. Quo autem tantæ parentis
defensionem atque præsidium melius ac iustius pro-
mereri posset Stephan⁹, in ipsa sui domicilij vrbe,
Albam Regiam vocant, ad eiusdem virginis lacu
& honorem quam magnificentissimum templum
extruxit, cuius celati parietes, & pauimentum ma-
more stratum magna cum admiratione viscerum
sacræ suppellectilis, palliorum, ac vestitiū ex Attalici
la incredibilis abundantia fuit. Tabulæ altariū ex
oro, preciosis lapidibus, gemmisque distinctæ. Sacra
sanctæ Eucharistiæ tabernaculum extabat arte
rabili. Aderat Christi cū Apostolis coenantis mem-
bram in se oculos & ora conuertens. Proxima
clavi, recessuque dignissimo vasa ex auro, argen-
tocrystallo, onyche multa seruabantur, vt eorum
merū capere oratio non posset. Neque hac tanta
tate contentus, qua nihil ad religionem accom-
tius, ad existimationē honestius, ad fructum opor-
nius esse poterat, Hierosolymæ coenobium mo-
chorum, Romæ collegium Canoniorum, domo
quoque & Pannonum hospitia ad eam urbem, que
clesiæ caput est, religionis causa conuenientiu,
gnè constituit, denique Constantinopoli Ecclesi-
ædificari iussit, non passus imperatoriam ciuitatis
sua manere liberalitatis expertem. Quadam
nocte diuino instinctu solus & nemine conscio
gentes consolandos, cum nummis ire constituit.

tuntar
que ips
buenti
Dum
iurioli
ter exp
sus se a
ante fac
uit. Vid
ci homi
quidem
esset in i
quenda
par esset
hæc pass
indigna
ascendi,
Neque e
los con
scapillus
in liberal
enim is e
iniuria v
gno, mis
dextera r
quæ eger
ad tēpli v
constituit
Stephan
feris Al
nore colu
DE IM
M

rumtamen à mendiculis pecuniam odorantibus, atque ipsa occupandi cupiditate actis nummos distribuenti barba regalis indignè temereque conuellitur. Dum enim Regem ad se quisque trahere nititur, iniuriosius ab vnoquoque vel imprudenter vel rapaciter expilatur. Ille gaudio incredibili, lætitiæque perfusus se ad beatissimam Dei matrem contulit, humiq; ante sacrum altare procumbens his verbis exclamavit. Vide cœli Regina, qualem honorem tui milites ei homini habuerint, quem ipsa Regem creauisti. Equidem si mihi ab aliquo religionis hoste hæc illata esset iniuria, tuo fretus auxilio vlciscendam persequendamque curassem; nunc à meis auidius, quam par esset, atque impudentius pecuniolas exigentibus hæc passus, mei similis permanebo; Non irascar, non indignabor, quippe cum sciam his gradibus ad cœlū ascendi, me mutum, surdum, mæcumque præbebo. Neque enim illa me Christi fugit oratio suos discipulos consolantis, & ad omnem casum confirmantis {capillus de capite vestro non peribit}. Promisit etiã in liberalitatis proposito se esse permansurum. Non enim is erat Stephanus, quem ab instituto vitæ cursu iniuria vlla retardaret. Ergo huic Regi hospitali, benigno, misericordii tributum à Deo est, vt eius mortui dextera manus multos annos incorrupta perstaret, quæ egentibus tam multa porrexisset, totque nūmos ad tēpli virginæ, piorumque monumentorum tum Stephani quoque pietati diuina bonitas dedit, vt in

Luca 27.

Blond^o li. 2.

decadis 2.

Abbas per-

gens. Mai-

thausq; pal-

merius in

his vtriq;

chronicis.

Paul. Tēmi-

li^o Veronē-

sis, Orhofri-

gensēsis li. 5.

historia.

DE IMPERATORE CAROLO MAGNO.

MAGNVS ille Carolus, deuictis Vngaris, quos modo nominavi, vt se gratū Deo victoriarū authori, eiusq; sanctis, genitrici præstaret,

tria in beatiss. Dei nostræ parentis, quæ pro nobis sæpè bellare solet, gloriam & laudem templa contulit, & possessionibus, nummisque perample donauit. Primum quidem Sicambriæ, alterum Aquigrani, tertium Campidonæ; vt nihil de monasteriis eam, quæ plurima fundatore hoc ipso Carolo ad hanc nostræ memoriæ lamentabilem ruinã multis seculis vigerunt. De quibus ne Sebastianus quidem Munsterus, quamuis hæreticus, & nouator, impetum tacere potuit, atque sustinuit. Tanta enim Caroli hoc ipso musti pleno & præcone, & scriptore profuit, vt nullam sacramtædem in Germania, inquit, salpina, Trāsalpinaque Gallia reliquerit indotatam dem superatis victisq; Saxonibus nouem Episcopales sedes instituit, seque totum ad diuinum cultum amplificandum, suisq; Septentrionalibus committendum contulit, vt noua hoc Imperatore in provinciis atq; prouincijs lux ortacisse videretur. Ac mos negligentes ferre non poterat, sed eos acerbis agebat, si quid indecorum, sordidumve aut aliud in templa intulissent, aut non ex templis, quod immundius, illico egerendum, ac penitus eradicandum curauissent. Vasorum ex auro, argentoque, sacrosancti instrumenti, & sacerdotalium indumentorum, quod est passus desiderari. Horarias preces, siue quædam, siue quas vespere cantat Ecclesia, nisi graui negotijs esset, cuiusque districtus, diligenter agebat. Nocturnos hymnos frequentabat, rei diuini incruento Missæ sacrificio attentissime aderat, & que operam, vt omnia diuini cultus officia perfecta, ex ipsa tantæ rei fieret dignitate. Et verò Augranense templum ab hoc religioso principe, vt videmus, institutum, vt magnificentia, sic etiam religio inter Germanorum ædes sacras semper enarrabitur. ste Auent. Columnis id quidem sustentabatur mirandis, quas ex varijs Italix locis idem Caro-

Li. 3. Cosmographia.

Li. 4. Annales Boiorum.

mini p
genda
thesau
quer
passib
& qua
tionu
poner
Auent
dem sa
numer
ac viat
cultate
uction
videtu
ac triu
lere, ho
mina v
qui per
in med
thone
infania
ctum o
iam in
potens
DE I

L
delatar
miracu
nore c
id est,
atq; d
Cum

mini pietate, victoriisque secundus aduchendas, figendisque curauit. Quin & sanctarum reliquiarum thesaurum è Palæstina collectum ibidem reposuit, quem quotannis populus Christianus religiosis & passibus & animis inuisebat. Virginis autem quæ hic & quanta veneratio fuerit, quam vberes peregrinationum, largique fructus, nullius lingua valebit exponere. Fabricatio cunctam Europam (dicam cum Auentino) stupidam detinere potuisset. Ad hanc ædem sacrosanctam ex remotissimis locis ac terris innumerabiles viri ac foeminae veniebant. Peregrini, ac viatores suam quisque tum voluntatem, tum facultatem donis oblati testabantur. Idè de illa Helætiæ parte, quam pestis non insecit hæretica, videtur esse dicendum, qui victoriam de hostibus ac triumphum sæpè deportant, quod Deiparam colere, honorare, implorare, eiusque memoriam, ac nomina votis, precibus ac muneribus religiosè profecti qui perseverant; ipsiusque eremiticum sacellum, quod in media sylua à sancto Meinrado inchoatum, ab Othone Cæsare absolutum, hodie in tanta hæreticorum insania, & sacrarum ædium miseranda vastitate intactum durat, atque integrum. Nam qui in sanctis, etiam in sanctorum templis, ac suæ præcipuè parentis potens est & admirandus.

DE IMPERATORE LEONE, DE QVÆ
Iustiniano Cæsare & alijs.

LEONIS cognomento magni digna profectò religio est, quam linguis & litteris celebremus, qui Deiparæ vestem Byzantium è Palæstina delatam, tot sæculis incorruptam nobilitatamque miraculis in argentea capsâ reposuit; neque hoc honore contentus, templum in littore maris, rotunda, id est, perfecta figura, ædificauit, vt in eo honestius, atq; dignius admirandus ille thesaurus seruaretur. Cumq; his se finibus Leonis pietas teneri non pos-

Ibidem.

*Cassius li.
5. de B. vii. g.
c. 24.*

*Nicophorus
histor. lib.
c. 26.*

*Zonaras tō.
2. Annal.*

*Reperta vestis
historiæ
lege in Me-
taphrast 15.
August.*

set, alterum in eiusdem virginis cultum & honorem fabricatus est templum, cuius sumptuosa pulchritudo atque elegantia intuentium oculos capiebat. Et qua vtrumque templum pro vrbis Constantinopolitanae menibus erat, facile declaratum est, quo presidij genere urbem Imperij caput pius ac religiosus princeps firmatum septumque esse voluerit. Illud namque fortissimum ciuitatis propugnaculum esse censebat, quod Mariæ synceræ virginis ope niteretur. Et hoc quidem alterum beatissimæ matris templum ad fontem ponticae aurea dicitur, institutum tam multis prodigijs curruerat, vt de illis liberum se dicat copiosum & plenum scripsisse Nicephorus. Ipseque Leo Augustus, praesquam ad imperatoriam dignitatem, ac celsitudinem tolleretur, quanta illius & fontis & loci futura claritas esset, diuinitus intellexit, vt suo loco dicemus. Leonum hoc templum alij, qui sequuti sunt, principes & edificiorum accessionibus exornarunt. Inter quos Iustinianus excelluit, cui aliena templa nouis substruendis decorare haud fuit satis, nam & suum ipse per magnificentum & peruentum sanctissimæ matris condidit, ad se admirandæ virgini pro beneficijs acceptis gratiæ ac memorem exhiberet. Illud verò, quod praesquam fundatum est, eundem Iustinianum habet auctoritatem. Quod verò tertium Hierosolymæ Mariæ, & matris eius Annae ab hoc ipso & imperatore, & legislatores constructum est, declarat, hunc principem virginis praeclarum fuisse amatorem. Atque vtinam eius exortum maetas cum prima consensisset. Basilius Macedonius qui Michaeli in Byzantino imperio successit, quantum perire sacram virginem adamaret, duorum beneuolentissimæ matris templorum, qui erant vetustate confecta, renouatione, vniusque sui in eiusdem sacrae virginis & matris honorem mirabili fundatione monstrauit. Quæ verò Emmanuel Palaeologus in æde virginis vel ædificanda, vel recocinnanda patefecit, cum ipsa con-

Ibidem.

*Nicephorus
Callistus, in
suis operis
prologo.*

pul
DE

I

mul

quo

non

lo co

ipse a

qua:

qua:

conce

mon

stea a

to, qu

Sabæ

stem a

illustra

que lu

rant, r

ci fun

pla m

ad ius

emple

stulau

quos

nis, q

relique

sibus.

ratori

plicio

plum

ceptu

gata f

pul

pulcritudine, vt Callist⁹ exaggerat, certare videbatur.

DE S. SABA ABBATE, ET EODEM

Iustiniano.

Immaculatae virginis Sabam fuisse amantissimū, deque gloriosa Dei matre omnia præclara & diuina sensisse, ex eo intelligi facile potest, quod multiplicato numero monachorum, cum templum quoddam diuinitus fabricatum fratrum synaxi esse non posset, quod templum idem ille, qui id ex nihilo condiderat, Sabæ amico demonstrauit, alteram ipse ædem Deiparæ sacram à fundamentis excitauit, quæ tam ornatu, quam magnitudine nulli eorum quæ aliorū & manibus & consilijs elaboratæ essent, concedebat. In hoc Deiparæ templum primos suos monachos conuenire iussit, Armeniis, qui se postea ad Sabam aggregauerant diuino illo attributo, quod ab spelunca nomen accepit, quæ spelunca Sabæ oblata cœlitus, quod sæpè repetimus, cœlestem authorem testabatur. Eam quippe sol oriens illustrabat, auræque frigidior ita temperabat, vt neque lux decisset, quam domicilia subdita ferè desiderant, neque insalubritas, quæ loca humentia & opaca funestat, sacram illā ædem vi numinis, quod res ipsa monstrabat, instructam infamaret. Idem Sabas ad Iustinianum Imperatorem, cuius proximo exemplo meminimus, missus oratur, quidquid postulauit, obtinuit. Pro Palæstinis crusam dixit, quos Samaritani iniuriosè tractauerant, monasteriis, quæ ipse multa fundauerat, propugnacula, turresque poposcit; hostium quippe patebant incurribus. Hæreticorum falsa dogmata primùm imperatoris edicto, dein seuerò, si delirare pergerent, supplicio puniri, ac vindicari petiuit. Deiparæ templum ab Helia Patriarcha Hierosolymitano ædificari coeptum, vt consummaretur, optauit. Casari, si rogata faceret, remunerationem ab immortalis Deo,

Cyri. monachus in vita Saba Abbatis.

Procopi⁹ li. 5. de adificijs Iustiniani.

qui fandi & nefandi memor est, minimè defutura. Neque Sabæ non rata prædictio. Nam cum eius legato Iustinianus non modo acquiescet, sed etiam prope obtemperasset, Palæstinos tributis releuasset, hæreticos funditus eiecisset, præfidiis monasteria firmasset, Deiparæ templum ab Helia inchoatum ita perfecisset, atque exornasset, ut Cyrillo, Procopioque testibus, simile nullum inueniretur, ac proinde noua quædam, & inaudita diceretur Ecclesia multaque præterea toto orbe in laudem eiusdem fecunda virginis immensi operis basilicas apparatus; vniuersa potitus est Africa, & Romam receptam amissam. Postquam enim cum suis Orientalibus obsequentem se præbuit, Romam Gothis ademptam sub ditionem, imperiumque subiunxit, eiusque clauis accepit, simulatque Petri clauis in Papa Vigilio recognouit. Africam verò illius emendatio culpe restituit, cuius causa perierat. Nam Theodosio Imperatore Arcadij filio cum Nestorio sacrosanctæ Virginis acerrimo hoste dissimulante, agenteque remissius, (Etsi enim Archiepiscopatu priuatus est, tamen in monasterio sancti Euprepj liberè cum quousque genere, congregique permixtus, multos infecit) sequens est ultio diuina. Siquidam & Africam tertiam mundi portionem V Vandali occupauerunt, & Constantinopolitana ciuitas triduo exarsit incendio. Hæc ita scribit Marcellinus, & Socrates rerum Ecclesiæ narrator antiquus. Quid enim tam accusabile in principe non quidem hæretico, dissoluto tamen, quam Nestorius post Concilij damnationem toto quadragenno in monasterio clausus, varijs & multis (quod affirmat Euagrius) muneribus afficeretur, & proscendere delicias inueniret? Attamen Iustinianus vitæ hæresis, & intactæ virginis magnus amator recuperauit Africam, & quandiu sanus esse voluit, pietatis fructum tulit vberimum. Sed cum primum

Ibidem.

*Procopius
de bello Gothico lib. 3.
Euagrius li.
4. c. 23.*

*In chron.
Lib. 3. c. 38.*

Lib. 1. cap. 7.

eurb
iugi
esse
teper
dett
grio,
a mu
datum
Agat
in lu
est en
& fuit
illoru
ius æq
patron
quoni
corrup
quia Sa
non d
admira
rum in
te, qua
chi ex
que bla
alteram
bas est
plicauit
Deo co
bus fra
xim ven
appropri
uina era
cus ore
cibi libe
uersos d
a quibu
turt

turbare cœpit Ecclesiam, assentiriq̄ue Theodoræ cō-
iugi, seque mali principis corroboravit audacia; odio
esse ijs cœpit, à quibus cum sâperet, laudabatur. Itaq; *Lib. 4. c. 29.*
repentina est morte sublatus, & vt credit Euagrius;
detusus in inferos. Neque templa probantur Eua-
grio, ad quorum ædificationem pecuniam extorsit
à multis, sed hæc abdita relinquenda sunt Deo. Lau-
datur quidem Iustinianus à Romanis pontificibus
Agathone, Gregorioq̄ue Magno, sed illi, q̄ laudabile
in Iustiniano fuit, suis decretis honestare voluerūt;
est enim principibus quomodocumque beneficijs,
& fuit semper Romana Ecclesia gratissima. Euagrius *Lege Barð.*
illorum temporum scriptor hunc Imperatorem, cu-
ius æquabilis vita non fuit, vehementer accusat; eius *id. 7. in papa*
patronus Alciatus est Iurisconsultus egregius, sed *Ioanne.*
quoniam & huius, & omnium causarum iudex in- *Ibidem.*
corruptus est Deus, ad eum omnia referamus. Et *Parergon. l.*
quia Sabæ Abbatis mentio incidit, prætermitti illa *4. c. 24.*
non debet tum ad morum correctionem, tum ad
admirationem valde præclara duorum monacho-
rum in turre habitantium monasterijs illis imminē-
te, quæ tam multa bonus Sabas erexerat; qui Mona-
chi ex Nestoriana secta erant in Christum virginem-
q̄ue blasphema, quorum alterum inficiatur esse Deū,
alteram negat esse Deiparam. Horum cæcitatem Sa-
bas est miseratus, doloremq̄ue consequuta visio du-
plicauit. Cum enim solus ac secum ipse, vel potius cū
Deo colloquens paulò alienior ab his corporis sensi-
bus fratres suos sibi videre visus esset ad sacram syna-
xim venientes, cum ijs duos quoque illos turrícolas
appropinquantes agnouit. Quo autem tempore di-
uina erant vsurpanda mysteria, & ille panis Angeli-
cus ore gustandus, cæteris ad mensam inexplicabilis
cibi liberè ac securè accedentibus. illos duos à fide a-
uersos & Christo ac virgini maximè aduersos, veluti
à quibusdam licitoribus non solum ab altari cum
vocis

vocis contumelia repelli, sed è templo etiam præcipites exturbati: seque pro illis deprecantem ab apparitoribus & ministris grauius reprehendi, negantibus perfidos ad cœleste epulum admitti debere, et planè Iudæi essent, ac neque Christum verum Deum, neque virginem Mariam Dei esse matrem fatebantur. Hæc visa Sabam miserationis multò magis, quàm indignationis amantem quam maximè commoerunt. Itaque & preces ardentissimas, pro hæreticis tribus fundebat assiduè, & in eis ad sanitatem adducendis diligentissimè laborabat. Nam ad eos creventitans sincerae doctrinae præcepta inculcandis monebat eos, terrebatur, urgebat, inuitabat. Quos tandem sibi consulere, ac prouidere coegit, cum iam oculis intolerandum errorem horribilemque mentiam aspexerunt. Ergo & ab infania, & à deductos in communi monasterio versari iussit, vita illa communis & conuersa, credendi cum catholicis communitatem & concordiam testata.

DE IMPERATORE IUSTINO,
huius nominis secundo.

*Cedrenus,
& auctor
miscella
lib. 25.*

CVM iunior Iustinus vastari à Persis imperium, ad conciliandum sibi Dei iudicium præpotentis Domini nostri veræ, et raliq̃ parenti templum apposuit admirandam synagogam, quæ erat Constantinopoli, Iudæis ac ritè expiatam Dei nostri sanctissimæ genitricis fecit Ecclesiam, fuitque Iustinus vnus tantum imperii autor, Iustiniano plurimorum architecto felicior. Nam cum ad moriendum vicinis mentis superet, ac prorsus deliraret, resque Imperij in sum essent adductæ discrimen, misericordiae materis eius, ac sensus integritatem, sanitatemque restituit. Igitur Tiberium religione ac virtute præstantem in loco cum Reipublicæ bono imperij successorem

min
quic
cepi
tan
eos
in a
abdu
bis a
auxil
quid
nius
rigen
ta, qu
pentis
virgo

G

ac mo
sine to
spes era
silijs, &
benedi
luptate
ad mor
vnum
inclutu
petuita
præclar
retur. E
affatus
te velle
gini de
na & po

minauit, & cum eo paternè loquutus, quid faceret, quid contrà defugeret, sapienter salutariterque præcepit; & cum Iustinus hic principio bonus sese contaminasset, in fine, pecuniarumque auidissimus multos bonis & fortunis euersos perdidisset, vetuit, ne se in avaritia, seuitiaque prauis adulatorum consilijs abductus sequeretur. Illud etiam Tiberium his verbis admonuit, ne sis superbus, & non peccabis. Licuit auxiliante quoque Deipara peccata confiteri, & quid quid deliquisset, se audienti aperire presbytero. Ita vnius fabrica tēpli Catholico, & se quamuis serò corrigenti Iustino felicior fuit, quàm Iustiniano tā multa, quas hominis tandem hæretici, & omnia corruptis in fine, & constantiæ, & puritatis amantissima virgo non videtur accepisse.

DE DAGOBERTO REGE

Francorum.

GALLIÆ Rex Dagobertus Autberti Cameraci Præfulis fama incitatus, regali fastu deposito, ad eum supplex adibat, illiusque sermonibus, ac monitis docilem animum, attentasque aures non sine totius regni admiratione præstabat. Episcopi hospes erat assiduus, ex cuius congressu, colloquio, consilijs, & ex illa crucis consignatione pontificis, quam benedictionem appellamus, incredibilem animo voluptatem capiebat: Autbertique manum suo capiti admoueri omnia fausta feliciaque precantis, & trinū vnumque Deum inuocantis, in maximis bonis Rex inelytus numerabat, sanctæque illius amicitiae perpetuitatem cunctis anteponebat, idque agebat, vt à præclaro, sanctoque Antistite quotidie magis amaretur. Et verò quidam Autberti intimus Regem sic affatus est aliquando; si vis charus esse pontifici, quod te velle prætefers, illi ecclesiæ, quæ beatissimæ virginis & possessiones augeto; illius templi dona Episcopo cor-

*Fulbertus
in libro de
vita &
moribus S.
Autberti
Cameracens.
Episcopi.*

po cordi esse, non laborare de cæteris. Rex intelled
 Episcopi, quem maximè diligebat, voluntate, fran
 bus, qui duce Auberto in oratorio, vt vocant, bea
 simæ virginis ministrabant, locupletissimum ve
 gal attribuit ad humanos vsus, & vitæ subsidia.
 hoc autem diuæ matris domicilio nobilis quida
 puer nomine Landinus ab ipso Auberto educa
 atque educatus, maximam sui expectationem co
 citarat Enim verò astutus ille serpens eò magis Lan
 dinum afflatu pestifero inficere instituit, quo illu
 viderat esse meliorem. Itaque exactæ pueritia, in
 custode pontifice perfidi hostis effugit insidias, in
 tubernalium & sociorum consuetudine depraua
 occultaque mali dæmonis machinatione deuictu
 suo & alumno, & præceptore defecit, monasterio
 deserto principio miles, post factus est latro, & in
 tro, quem nemo teter audacia, nemo sæuitia, ne
 rapacitate peruinceret. Et quoniam metuebat, ne
 nominis indicio à suis posset generosis parentibus
 inueniri, tacito Landini proprio nomine Mauro
 se voluit appellari. Hæc vbi ad sancti & prædicatoris
 magistri aures Auberti monstra venerunt, atque
 est fletu iuuenis miseriam prosequutus, diaboli
 & audaciam, & eius matrem inuidentiam detestans
 pro deperdita illa oue bonus pastor assidue precor
 tur, non ignarus, orationis quam arma sint fontem
 operis quidem fructus maximè constitit. Nam
 diuitis cuiusdam domum nocte Maurosus discipulus
 statuisset, ad eamque rem & furti socios aduocauit
 & necessaria instrumenta parauisset, vnus ex furibus
 dum scalæ admouentur, & ascendit incautius, et
 tuus subito concidit; cuius animam pœnas hauriens
 les apud inferos patientem Dei singulari misericord
 dia Landinus inspexit, & ab Angelo, vt respicitur
 admonitus, quem Angelum Auberti preces ad
 etymꝰ Deo mittente è cælo deuocarant, ad sancta

rem
 resti
 inur
 Di
 chat
 re di
 gitia
 com
 ptacu
 xerat
 tea fo
 rum,
 git. N
 lentif
 sidiur
 das m
 lo De
 quitu
 mus,
 Deipa
 Rubea
 liberal
 Siqui
 tem h
 tas à p
 gis Lu
 D E
 T
 OEtin
 que au
 Matri

remigravit, seque totum sancto Pontifici Autberto restituit; cui post asperum vitæ genus, postque inundantes lacrymarum fluuios, sic se bonus ille Dismas latro probauit, ut iubente Autberto monachatum sacerdotio coniunxerit, & se utroque munere dignum exhibuerit. Ut autem superioris vitæ flagitia virtutibus corrigeret, & benefactis maleficia compensaret, in illis iisdem locis, ubi latronum receptacula latronum ipse dux antesignanusque construxerat, religiosorum monasteria fundauit, & quos antea scelerum socios habuerat, eosdem rerum diuinarum, atque cælestium consortes participesque delegit. Nec dubium, quin Dei Matris optimæ atque excellentissimæ, in cuius monasterio fuerat educatus, presidium inuocatioque profuerit. Has enim admirandas morum ac vitæ conuersiones à suo vnigenito filio Deipara impetrata, & suppliciter appellata consequitur. Redeo ad Dagobertum, præter illa, quæ diximus, ad restituendam Argentinensem ecclesiam, quæ Deiparæ Virgini deuota erat ac dedicata, oppidum Rubeacum, totamque in circuitu ditionem pro sua liberalitate donauit. Neque labori præmium defuit. Siquidem mulierosum & parum in castitate constantem hunc principem hæc in virginem, & cœlites pietas à purgantis flammæ dirissimis pœnis, ut ex Regis Ludouici pij testimonio intelligere licet, liberauit.

*Canisius de
B. virg. lib.
5. c. 23.*

DE SANCTO RVPERTO PRIMO
Vangionum Episcopo, & Noricorum
Apostolo.

THEODONEM Ratisbonensem regulum, eiusque filium Thecodopertum sacri baptismatis aquis Rupertus expiauit. Idem Vtonæ Oetingæ ducem Christianis sacris inuicauit. Utrobique autem prope ipsa principum prætoria virgini Matri ab his nobilibus potētibusque neophytis, suadente Ru-

*Auentinus
lib. 3. An-
nal. Boiorū.*

te Ruperto, collocata sunt templa. Cuius vtriusque memoria ad nostram peruenit ætatem. Sed quæ Oetingæ est ab Vrone constructum, Ratisbonensi diuæ Mariæ basilicæ celebritate præstat & gloria. Multa namque diuinitus accidunt, quæ loci tum frequentiam, tum vel maximè religionem amplificanc. Sæpius illa in sede tenet antiquitas, Bauariæque religiosissimi principes, vel ex loci huius tacito testimonio condiscunt, quo studio, quantaque alacritate auita patria sit auitaque religio retinenda. Ergo his moribus, atque temporibus sui similes perseuerant, & crassissimis circumstantium hæreticorum tenebris clarissima luce perfruuntur.

DE S. CORBINIANO EPISCOPO
Frisingensi, de quo Grimoaldo Principe.

Ex Aibonis
Episcopi historia.
Marci 6.

THEODONIS Bauariæ Ducis filium Grimoaldum, propter incestas cum fratris vxore nuptias, Corbinianus Frisingæ præful nouissimum alter Baptista Ioannes acriter reprehendit. Tandem aliquando ex libidinoso cœno emergens, & illicitam coniugem repudianti, ad promerendum flagitiorum veniam, vt Frisingensem diuæ Mariæ Ecclesiam prædijs & agris locupletaret, Corbinianus imperauit. Grimoaldus scelera vitamque turpissimè actam, haud grauatè sancti præful accepit imperium. Quare prata, vineas, fertiles agros à possessoribus coemptos, amœnamque syluam, probari Corbiniano intellexerat, templo largitus virginis, illoque misericordiæ pietatisque generositas culpas superioris vitæ redemit, & Mariæ Dei Matris cultum religionemque promouit. Huius Corbiniani sanctitatem cum alia, tum illud maximè declarauit quod suspenso latroni saluti fuit. Cum enim à Principe Pipino accersitus ad Gallicam aulam iter intraret, in facinorosum quemdam incidit, qui ad præfulcium maleficijs debitum trahebatur. Corbinianus,

nus,
zi ro
pisco
nun
plic
binia
tus d
te se
necess
vique
cipere
forte
pit, ab
vadiq
præful
magni
sibi Ad
trabatu
bus illo
nullis p
no liter
uiros m
ad pati
Res mis
nus, cum
nionem
prodigi
si mem
Corbin
asperrim

A

nus, qua erat animi lenitate, fontem illum sibi dona-
 ri rogat; negant Iudicis administri se posse; instat E-
 piscopus, utque supplicium tantisper, dum ad Pipi-
 num venerit, cui pro imperio liceret absolueret, sup-
 plicium differatur, inelamat. Ne hoc quidem Cor-
 binianus obtinuit. Quare latronem, qui Adalber-
 tus dicebatur, libentibus ministris, idque vnum da-
 re se posse affirmantibus, ad salutarem maximeque
 necessariam scelerum confessionem est adhortatus,
 utque ob vitæ flagitia dolorem mœroremque con-
 ciperet, persuasit. Sic animo affecti, & mundo, si vita
 forte superesset, renunciare parati confessionem exce-
 pit; absolutum, confirmatumque licitoribus reddidit,
 vaditque ad patibulum latro, ad Pipinum sanctus
 præsul appropereat. Cum primum ad aulam venit,
 magni se principis pedibus Corbinianus aduoluit, &
 sibi Adelberti corpus, quem iam occisum esse arbi-
 trabatur, donari poposcit, quemque vnum è mani-
 bus illorum, quibus supplicium commissum erat,
 nullis precibus extorquere potuisset, annuente Pipi-
 no literæ sunt ad magistratum, & ad capitales Triū-
 viros missæ, de Adelberti cadavere reducendo. Itur
 ad patibulum, ut corpus ex Pipini iussu deponatur.
 Res mira, viuis & valens latro ille, sed iam latro bo-
 nus, cum triduo pependisset, præter omnium opi-
 nionem reperitur: deductus sanus ad aulam regiam,
 prodigio populus oblituescit. Adelbertus promi-
 si memor vitam, mores, vestemque mutauit, &
 Corbiniani sui liberatoris præceptis institutus in
 asperimo viuendi genere ad finem vsque permansit.

DE CYRO SMIRNENSI

Episcopo.

AVLÆ Theodosianæ primū, deinde ciuitatis
 Byzantinæ præfectus, postremo Smirnen-
 sis Episc. Cyrus fuit, ob vitæ dignitatē. Qui cum
 Mariæ

Marie virginis imaginem sub procera & elata cupressō miraculis fulgentem, atque splendidissimo igne radiantē inuenisset, tātum honorē ei loco habuit, ut pulcherrimum ac munificentissimum inibi templū instruxerit, quod de authoris nomine Cyri templum dicebatur.

DE SANCTO MAVRILIO EPI-
scopo Andegauensi.

Fortunatus
nobilis scri-
ptor in vita
S. Maurilij.

IN Commōniensi pago rupes erat excelsa atque sublimis, quam procerae vndique arbores frondosi specie nemoris amēnissimam faciebant. Eo populares quam plurimi reliqui ex illa prisca superstitione crebro ventitabant, & auos, ac proavos imitati Dijs falsis anniuersaria sacra faciebant. Cumque per septem dies vino se & cibo compleissent, choros plaussissent, calente mero alij alios non solum uulserant, sed etiam occidebant. Quod ubi Maurilius comperit, eō nulla intercedente mora cum ueracitatis religionis amatoribus properauit. Ut uerum ad locum esset, in eo ieiunus & orans pernoctauit, ad gallique cantum tantus omnium, qui aderant, nates factorum conpleuit, ut ferri non posset. Albente caelo uultu ab impietatis fautoribus affirmatum, acclamatumque est, diuinam apparuisse uirtutem generatam sacra tollentem, & ueteris insaniae reliquias abolerentem. Itaque sancto Maurilio in exurenda sylua se locos praebuerunt. Ut autem luco illi, quem antiquorum dementia Marti dicauerat, lux & claritas esset, eo ipso loco perpurgato iam ac rite expiato, ad honorem beatissimae Dei Matris, basilicam sanctus Prae- extruxit, ibique inuenta salus est, unde tam saeva morbi popularibus caecis imminebat.

Laurentius
Surinus de
uitis sancti.
Novemb.

DE S. LEONARDO.

GALLIAE Rex in umbrosa suae ditionis quadam sylua foris uxore focia uenabatur. Rex

na por-
tus dolo-
difficul-
mus De-
nie, Re-
tum fac-
Rex nor-
simus, a-
alia dona
remuner-
sanctus a-
nuit. Sib-
diuitias.
mus, in q-
illud que
sibi opus
cum liber-
uigini, ce-
extruxit;
moriā e-
esset (pere-
diuinus ce-
retur, duc-
zie, qui di-
nardi (ut
captiuus re-

DE

IN m-
lanti, a-
lumine
di, quae in
quali mol-
inibi conf-
hoc ab im-
tali dono l-

na porro ventrem ferebat eo ipso tempore, inq; par-
 tus dolores subito incidit, quos mora ipsa patiendiq;
 difficultas fecerat grauiores. Leonardus vir sanctissi-
 mus Deo prouidente ad nemus illud in tempore ve-
 nit, Reginęque in summum adductę discrimen par-
 tum facilem ab immortali Deo precibus impetrauit.
 Rex noua prole auctus, & vxoris incolumitate lætis-
 simus, aureos scyphos, pateras argenteas, permultaq;
 alia dona precij non vulgaris Leonardo beneficium
 remuneraturus offerebat: a quibus tamen vir verę
 sanctus abstinuit, vtque egentibus darentur, admo-
 nuit. Sibi solitudinem cordi esse, mundi non morari
 diuitias. Cui Rex: Solitudini, quam quęris, hoc ne-
 mus, in quo sumus; mihi esse videtur aptissimum:
 illudque proinde tibi cedimus. Leonardus totum
 sibi opus esse negat; parte vna fore cōtentum, quā
 cum libentissimo Rege accepisset, in ea sacrosanctę
 virgini, cuius feruentissimus amator erat, facillum
 extruxit; altare etiam in B. Remigij sui magistri me-
 moriam excitauit. Ne autem, quo ipse tempore ab-
 esset (peregrinari enim ad pia loca solebat interdum)
 diuinus cultus in beatissimę Matris eade intermitte-
 retur, duos sibi monachos spectatę virtutis adiun-
 xit, qui diuina mysteria perenni cura celebrarēt. Leo-
 nardi (vt alia omittam,) singularis virtus enituit in
 captiuis redimendis:

DE S. LANDRADA VIRGINE.

IN medio quietę noctis silentio Landradę vigi-
 lanti, ac res meditati diuinas, cęclitus magno cū
 lumine demissa crux est operis quidem admiran-
 di, quę in lapidem præter appositum delapsa, petram
 quasi mollissimā ceram impressit, ac sui imaginem
 sibi conformauit. Quin & audita vox est; accipe
 hoc ab immortali sponso pignus amoris. Dei virgo
 tali dono lætissima oblita ætatis & sexus, suis ipsa
 mani-

*Abba. The-
 odoricus
 Landrada
 rerū situs
 historicus
 apud Suriū
 de S. Iulij:*

manibus arduum opus aggreditur, & vt nihil ad
amanti difficile, vepres ac spinas euellere incipit, ha-
mum purgare pergit, & templum in memoriã De-
genitricis, & virginis Mariæ locare, ac ponere perfec-
rat. Ipsa manibus lapides eruit, crutos comportat lu-
meris, lineam ducit, fundamenta iacit, & in monstro-
sæ cælitus crucis ipso vestigio numine adiuuante
git altare. Deus laboranti admirantiq̃ue succurrit, co-
ius auxilio consummatũ est opus. Absolutam ædem
atque perfectam Lambertus Episcopus Landradæ
miliaris consecrauit, in ea sacræ quædã reliquiæ sum-
mo honore repositæ. Ad hunc locum tanquam
paradisi plantarum virgines, viduæq̃ue quamplur-
mæ conuolarunt, & sese ad Landradæ voluntatem
nutumq̃ue sinxerunt. Ita & Ecclesia cœnobium
cœnobium vicissim ornabat Ecclesiam.

DE SVENONE DANORVM
Episcopo.

*Saxo gram-
maticus li.
12. Danica
historia.*

SVEDITORVM mores Sueno Pontifex
solum dictis, sed etiam factis informabat, qui
copiosè eloquens sapientia concionatorem
mirabilem, Dei cultorem religiosissimum rara
faciebat, perfecta Sacrosancta Trinitatis æde mag-
fica in ædificando eius spaciose perpulcroque
tu Regem Canutum, qui gloriosus Christi fuit
tyr, socium habuit operis, & maximè religiosi, &
re sumptuosi. Non minorem S. Episcopus in ex-
dis Mariæ Matris sacrarijs operam posuit. Quo-
quidem tria ab eo dignissimè condita numerantur.
Nec domestica sanctitate contentus eius incre-
tum laboriosa peregrinatione quæsiuit. Cum
Hierosolymam proficiscens Byzantium peruen-
sacros cineres & eorum varia ornamenta collegisset
templum, quod crexerat, honestandum, & sac-
decoranda.

DE INIVRIOSO TVRONENSI

Episcopo.

TVRONENSIS ille Magnus Episcopus, cui *Greg. Turonensis de* nomen Iniurioso fuit, cum nihil minus egisset in vita, quæ virtutibus omnino fulgebat, *gestis Fran-* magnæque famæ Pastor Papæ Vigilij tempora for- *cor. lib. 4.* tunauit, cum Galliæ Rex Clotarius edixisset, ut om- *cap. 12. &* nes sui regni Ecclesiæ fructuum partem tertiam sis *lib. 10. c. 31.* co persoluerent, & cæteri Episcopi licet inuiti cõsensissent, viriliter vnus ipse resistens iniquo Regis postulato subscribere noluit, atque ita est cum Rege loquutus: si quæ Dei sunt, tollere volueris, præpotens Dominus regnum tuum celeriter adimet: est enim peniniquum & minimè ferendum, vt pauperes, quos horreis ipse tuis alere debes, sua illi stipe tua cogatur implere granaria. Hæc ita liberè effat^r, nec Regi valedicens iracundus abscessit. Rex tremefactus, & sancti quoque Martini in Turonensi Episc. virtutem reformidans, misit, qui abeuntem muneribus placarent. Itaque venia petita, & lege, quam tulerat, abrogata, apud D. Martinum illius sedis quondam Episcopum sese commendari suppliciter postulauit. Hic igitur Iniuriosus, quod ad rem facit, (etsi nihil morale videri debet alienum) basilicam Dei genitrici Mariæ piè sancteq; construxit, vt eius hoc monumẽto cum integritate, q̄ memorauimus, & forti udine Christiano digna Pontifice erga virginem virginum obseruantia quoq; claresceret. Atq; vnam tales semper nãsceremur Episcopos, qualis Ambrosi⁹ in maximũ fuit, Basilius contra Valentem, Hilarius contra Constantiũ! Non præteribo, q̄ de præclaro quodam præsule *In Compendio.* Cedrenus affirmat, qui ab Anastasio heretico Imperatore acceritus, vtq; ab Ecclesia recedens cū hæreticis sentiret oratus, (erat Episcopo vis magna dicendi, quem ea de causâ suum fieri princeps optabat hereticus) ita respõdit; Tu potius ad orthodoxos trãsito, ne

Seueri, Euty chetis, & Dioscori pertinax fautor, & impius sectator æternis flammis addicaris; simulq; imperatoris chlamydem purpuream apprehēdens, haec ait, vestis, stulte, nequaquam te post mortem exornabit: sola te pietas sequetur, & virtus; eumque cum idiotam, & rerum Ecclesiasticarum prorsus ignorantem appellasset, tamen imperator rubore suffusus, & veritate ipsa conuictus obmutuit. Cumque admodum egens esset, ne obolum quidem ab Anastasio in animum induxit accipere. Hunc OEniadum Episcopum laudibus extollamus, nostriq; temporis quibusdam illam segnitiam exprobremus, qua principibus vel hæreticis, vel malè de Ecclesia meritis multa concedunt.

DE PARENTIBVS SANCTI
Eudocimi.

*Simeon
Metaphra-
stes à vitis
Sanct. Iulij.*

BASILIVS & Eudociã coniuges genere nobilibusque præstantes, proprijs sumptibus magnificentum templū in sacratissimæ virginis Mariæ laudem & honorem condiderunt: pro qua pietate illis datus est filius, & natus Eudocimus à venerandæ sanctitatis. Cui ante senectam mortuo, & quæ miraculis sepulcrum in eodem virginis templo datum est à parētibus, quos Eudocimus morte peruerterat; qui se per beatos & templo & templi de filio putauerunt, Eudocimi, vt alia præterita tanta, dum vixit, castitatis cautio fuit, vt omnibus minis exclusis, vnā ad colloquium matris accederet. Præmio non caruit integritas, integritas custos religiosa prudentia, duodevigesimo post mortem mensē corpore incorrupto reperto, & vultu primum nitorem, coloremq; seruantibus. Ergo ter argenteam capsam apparauit, quæ filij corpus intactum & integrum cum dignitate seruaret, præsumque thesaurum custodiret.

DE S. ATHANASIA SACRARVM
virginum praside.

NO BILIBVS orta parentibus, Æginæ
 que insulæ ciuis Athanasia in tenera ætate
 viro nupsit, quem bellantem Matris vis per-
 culit, & ira victoris. Alteri que collocata est, qui Atha-
 nasia hortatu ad monasterium virginum aspirantis
 monasticum vitæ genus elegit, ipsa que conjugali so-
 luta vinculo in cenobio sacrarum virginum immor-
 tali se sponso deuouit; cuius non multo post Anti-
 sita facta est, ob vitæ dignitatem. Cumque opibus
 abundaret, terna mirandi artificij templa constituit;
 vnum gloriosissimæ Deiparæ, alterum Ioanni Bapti-
 stæ, tertium Diuo Nicolao, cui ob misericordiam in
 egentes præcipua quadam religione seruebat. Nam
 similis simili gaudet, & quæ hospites, peregrinos, vi-
 duas, pupillos, pauperum que vulgus omne protexe-
 rat, misericordis memoriã Nicolai pio cultu profe-
 quebatur. Cum verò necessitas quædam irgeret, &
 Constantinopolim concedere necesse esset, septen-
 nium in Regiæ vrbis quodam monasterio commo-
 rata exulem se dicebat, quod à templo virginis, quæ
 Deū pepererat, abesse cogeretur. Hæc lugenti lamen-
 tatiq; Athanasie, virginalis illius templi, quæ amabat,
 ac requirebat, in quodã mentis recessu, Ecstasin græci
 dicunt, fores patere sunt visæ: simulq; audita vox, quæ
 illuc iuberet introire. Igitur ad se rediens, & visa, audi-
 taq; retractâs, ex ingrata vrbe migravit, desideratam
 que sedē auidissimè repetiuit; vbi post breue tempus
 mortis, vel potius immortalitatis admonita, sese ad
 obitum summa animi sui lætitia comparabat. Ade-
 rat festus dies Assumptæ in cœlum Deiparæ, cum
 Athanasia suas virgines monuit, ne quicquam eorū,
 quæ triumphantis Mariæ ferias decerēt, funeris cau-
 sa, relinquerent, sed festæ lucis religione ac cærimo-
 nia in primis procurata, corpusculum (hęc eius fuere
 verba)

*Metaphra-
 stes de vitis
 Sanct. Au-
 gusti.*

verba terræ mandarēt. Nihil sacræ sorores extra prescriptum; & quia cœli Reginam Athanasia viuere mortuaque dilexit, & studiosissimè coluit, Regaliæ amictus est datus, corona imposita capiti gemmatæque sceptro manus honestatæ. Hoc enim Athanasia tribui dux ex sacro illo numero virgines quadragesimo post suæ Antistitæ mortem die ex diuina quadam visione cognouerunt.

DE S. FRANCISCO MINORVM, V^o
vocat, præclaro institutore.

Ex hist. s.
Bonauen-
tura Do-
ctoris Car-
dinalis, &
Episcopi
Albanensis
de rebus Se-
raphici Pa-
triarchæ 2.

FRANCISCVS ille, qui vitam planè Angeli-
cam egit in terris, priusquam religiosæ sug-
litiæ signum tolleret, atq; efferret in altū, Ad-
sij in patria tria tēpla restituit, primum quidē S. De-
miani, alterum D. Petri, qui primas tenet inter Apo-
stolos; tertium Beatissimæ virginis in eo loco, quod
Portiuncula dicebatur. Cū enim hanc Deiparæ Sa-
clesiam desertam dirutamque vidisset, neque se pro
amore Sacrosanctæ virginis, quin opus vrgeret, non
plumq; reficeret, continere posset, assiduitate & di-
gentia, quod optabat, absoluit. Et quia antiquo
mine ædes illa Mariæ angelorum appellabatur, Vir-
ginis & Angelorum opem expertus est. Quare per
illo in loco Deiparæ & Angelis sacro firmavit, quod
locum Regina sanctissima, & eius cœlestes auctores
gustissimum reddiderunt. Sedem hanc, præter cetera
mundi domicilia, Franciscus adamauit. Illinc religio-
nis ortus & incrementa venerunt; ibidē Franciscus
riosa mors fuit; eundem hunc locum moriens fratribus
commendauit. Pusilli adhuc pastor gregis Fran-
ciscus duodenarium illum suorum fratrum numerum
ad hunc eundem D. Mariæ locum deduxit, vt, vt
Matris Domini meritis Minorum sumperat. Quod
principium, inde ipsiusmet auxilio caperet incre-
tum. In hoc ipso Mariæ virginis & templo & mor-

sterio
vicari
multi
ceret n
ueni
stare e
quàm
dere, n
iniucu
tis spo
Franci
nitores
pulchr

D E

IN A
line
in e
dideru
uari sol
rentij sa
gè proc
tis, cum
ctis & r
circum
minen
obtesta
animi
mo pet
vt Deu
tum ill
que san
nobis e
nunc a
gerite;

sterio Franciscum commorantem, eius quodam die vicarius inopia coactus rogauit, vt nouitiorum, qui multi sacrae illi militiae nomina dabant, res aliquas liceret referuare, quibus diuenditis vrgenti inopiae subueniretur. negat Franciscus, se id esse passurum; praestare enim, si egestas summa sit, virginis aram nudari, quam a paupertatis Deo promissae stricta lege discedere, neque magistræ perfectionis Deiparae ingrati & iniucundum fore, vt potius suum ipsius altare ornamentis spoliatur, quam paupertatis causa laedatur. Norat Franciscus B. Virgini ita templorum externum hunc nitorem approbari, vt multo libentius animorum pulchritudinem oculos Mater hæc sancta coniciat.

DE SANCTO LAURENTIO ARCHIEPISCOPO Dublinensi.

IN Angliam Laurentius natione Hybernus Dublinensis Ecclesiae Pontifex nauigabat, multique se in ea profectioe sancto Archiepiscopo comites addiderunt, ex illorum numero, qui in Britannia negotiari solebant; magnaque eos tenebat spes, propter Laurentij sanctitatem, omnia prosperè successura. iam longè processerant secundo cursu, prosperisque usi ventis, cum subito ingens excitata tempestas, mortem cunctis & miserabilem interitum minitatur. Cingunt illi, circumstantque Pontificem, utque suis precibus imminens periculum depellat, cum gemitu & lacrymis obtestantur. Eos Dei famulus Laurentius bono esse animo iubet, atque his verbis consolatur; confidite, nemo petiturus est vestrum: tantum donis & muneribus, vt Deus placetur iratus, efficite. Quale autem & quantum illud sit templum, quod ad prepotentis Dei, eiusque sanctissimæ Matris laudem & gloriam Dublinæ a nobis extrui ceptum sit, vos minimè ignorare arbitror; nunc ad eius perfectionem munera, & dona congerite; hoc si facitis, salui peruenietis ad portum;

*Surius de
vitis SS.
Novemb.*

corporum, bonorumque periculum ego vobis ha-
 lege præstabo. His illi auditis ad Archiepiscopum pro
 sua quisque facultate dona quamplurima compe-
 tarunt. Erat quippè nauis illa mercatorum, qui in Bri-
 tannia negotiabantur, referta diuitijs. Laurentius
 quæ dabantur, & quæ promittebantur, accepit, &
 mare turbatum suis pecibus tranquillauit. Idem Lau-
 rentius, cum Angliam propter suæ Ecclesiæ negoti-
 reuulisset, ijsque confectis opportunum ventorum
 flatum, & idoneam tempestatem diu in portu mor-
 ratus expectaret, cuidam solitario, qui se in virginis
 templum à quodam pio diuite recens extructum
 abdiderat, noctu Dei se mater ostendit, quaerens
 quid causæ esset, quare suum illud nouum domus-
 lium tam diu maneret indedicatum? adhuc bonum
 ille noui & recentis incola templi respondit, prop-
 ter quod Episcopum longum iam tempus à suæ diocesis re-
 tis abesse. Ego verò, inquit, diuina mater meam do-
 mum ab isto dedicari nolo. Ecce adest Laurentius
 Dublinensis Antistes, cuius ego prætolabar aduoca-
 tum; consecret ille templum meum; neq; enim pro-
 in suam Hyberniam reuersuro prosper ventus adue-
 nit, quàm meæ sit obsequutus voluntati. Antistes
 reuera templi fundatori visionem exponit; ille Lau-
 rentius in suum castellum comiter inuitato, quæ scilicet
 riuus & vidisset, & audisset, explicauit. Laurentius
 Diocesano inconsulto Episcopo, ne templi hoc
 & aduena dedicaret, quantum potuit, recusauit; sed
 tamen Dei sequutus voluntatem, quæ humana
 superior est, beatissimæ Dei matris basilicam magis
 ceremoniam consecrauit; cumq; peracto altaris sacra-
 mento cibum apud diuitem templi authorem parce-
 galiterque suo more cepisset, conscensa naue prope
 re rediit ad suos. Illo ex die virginale in Britanni-
 templi miraculis innumeris claruit. Per idem tem-
 pus Angliæ Rex Henricus D. Thomæ Cantuariensis

Ant
 tam
 cum
 ren
 gau
 tro r
 legat
 ne in
 iuber
 lesto
 cta re
 seque
 mitat
 prog
 te, ex
 ac ver
 larum
 ea Ca
 rifici
 mea in
 eam.)
 que v
 bati re
 viatic
 inun
 illa su
 quàn
 xime
 illustr
 talica

DE

C

A

Antistitis vexator impius & nefari⁹ parricida, (quod tamen detestabile scelus pœnis impositis expiavit) cum Hyberniæ Rege Deronogo contendebat. Laurentius vtrumque pacificaturus in Angliam renauigauit, mandata exposuit, quæ haberet à Rege, ipse vltro multa de pace. Tyrannus tamen Henricus tanti legati preces reiecit, autoritatemque contempsit, & ne in patriam reuerti posset, aditus reditusque omnes iubet intercludi: vt quem necare non audebat, molesto vicisceretur exilio. Laurētius benefactis malefacta remetiens, Henricū, quocunq; iret, officiosè prosequabatur; cumque Regem malè de se meritum comitatus in febriū aliquando incidisset, neque vltra progredi posset, morbo quotidie magis ingrauescente, ex Augensis montis, quò peruenerat, cacumine, ac vertice Ecclesiam contuetur: quam vbi ex incolarum sermone Mariæ virginis esse cognouit, & in ea Canonicos viuere didicit, qui Sancti Victoris Parisiensis institutum sequebatur. (Hæc inquit requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.) Ad illam igitur deportatus, Dei, beatissimæque virginis inuocato præsidio; & collegij illius Abbati religioso peccata confessus, Eucharistiæque; deinde viatico sacrosancto refectus, ad extremum sacro oleo inunctus, felicissimè migravit ad Dominum: & in illa suorum legatione tam gloriosè vitam finiuit, quàm turpiter est ab immani Henrico tractatus. Maximeque Augense monasterium nocte illa claritas illustrauit, quæ beati illius exulis gloriam & immortalitatem declarabat.

Psal. 131.

DE S. DEODATO ABBATE, DEQUE
S. Hildulpho Archiepiscopo Treuirensi.

CHILDERICVS Rex Galliæ Deodato viro sancto vallem Galilæam (hoc enim loco nomen erat) insigni liberalitate donauit, eo cō-

*Laurentius
Surius de
vitis Sæctæ.
Titij.*

filio, vt ibi Deodatus monasterium suo arbitratu conderet, & quem vellet, cœnobarum numerum aggregaret. Deodatus Regis illo munere ac dono beatus cœnobium extruere institit. Cogendi autem vrgendiq; operas munus cuidam ex fratribus demãdauit; qui cum vltra amnem Mortam materiã succidentibus à Deodato iussus instaret, ac reuertens in cellam, amnem toties traicere nollet vtpotè qui se mature referre vellet ad opus vrgendum, & artifices incitandos, nocte opprimente in colliculo pernoctauit, iuncturas vulgus appellat, quod nomẽ inde putatur acceptum, quod duo fluuij Rotba, & Morta non longè ab illius cliui radicibus misceantur. Hi ergo, qui fabricæ monachus præerat, consopitus, per visum oratorij in Dei purissimæ Matris honorem et in loco statuendi accepit imperium. Quod cum mane postridie suo magistro Deodato renunciaisset, in ipso visionis loco lapidem Deodatus erigi iussit, ac multò post ædificata basilica, altareq; in illa ipsa parte constructũ, vbi pater ille molitionis operisq; perfectus, clausis somno corporeis oculis, cœlestia mta vidisset, quæ nocturnus sopor in sanctis hominibus impedire nõ solet. Opus autem in honorem ac reuerentiam beatissimæ Dei Matris, omniumq; Apostolorum, & vnà Eucharij, Valerij, Materni, Maximiq; Triuerensis vrbis patronorum, Deodatus cõsecrauit.

*Temporum
et aetatum
rationem in
his exẽplis
apponendis
minimè se-
quimur.*

*Quandoq;
tamen tem-
pus nota-
mus, vt hi-
storia fides
sit firmitior.*

Horum namq; reliquias Hildulphus illius Ecclesiæ Archiepiscopus Deodato amicissimo dederat, Anno Domini 667. Et quidem Hildulphus non multo post Archiepiscopatu Treuirensi se prorsus abdicauit, & in Vogasiensi solitudine duo templa composuit, alterum in honorem Dei genitricis Mariæ, addito monasterio, quod medium appellauit, alterum D. Petro, & Apostolis omnibus. Cum verò facti Spinuli, qui vnus erat ex socijs, iam mortui corpus diuino iussu suo hoc monasterio Hildulphus condidit.

con
Spi
titu
fo
cisse
adi
vita
pte
rent
inin
cula
mi
duc
pere
iueb

A
cule
Orie
mita
man
& cū
gere
gion
Mau
ba p
vigu
cis
& Be
uene
imit
bis

condidisset, & miraculorum causa, quæ multa ad Spinuli sepulturam fiebant, incredibilis populi multitudo conflueret, regionisque illius incolis placeret forum venale ibidem statuere, Hildulphus sibi, sociisque prospiciens, ad sancti Spinuli sepulchrum adiit, & cum eo quasi cum viuento (viuebat enim vitam meliorem) sic loquitur: frater Spinule, propter animarum pericula comprime turbas concurrentes, & strepitum popularem religiosæ requietis inimicam. Post hanc Hildulphi precationem miracula non sine miraculo patrari desierunt, sequæ domi plebs illa Monachis infesta continuit, quæ illis ducta prodigiis veniebat, in licentiamque prolapsa peregrinandi, religionem nundinarum feditate poluebat.

EX HISTORIA THYRSI,

& sociorum.

ANNO à Christo concepto, (qui multorum numerus est, aliis ab ortu incipientibus) 291. Imperator Maximianus cognomento Herculeus ad Galliam pacandam Thebæos milites ab Oriente in auxilium accersuit. Qui ab Hierosolymitano Antislite baptizati, deinde à Marcellino Romano Pontifice, quemadmodum in armis se gerere, & cū profana militia Christianā innocentiam coniungere, & cōsociare deberent, edocti sunt. Sacræ huic legioni duo illi præsidebant, Thyrsus & Secūdus; nam Mauritius nō tam Ducis, quàm Primicerij, id est Scribæ principis munus exercebat. Ex his Secūdus apud viginti millium Italiæ castellum, Mauritius cum sociis Agauni martyrio coronantur. Thyrsus autem & Bonifacius cum suis plurimis sociis Treuerim deuenērūt, & in campo, qui Martius Romana quadam imitatione vocabatur, castrametati ab eiusdem Urbis principibus verè Christianis, religionis nostræ

in The-

*Habet Su-
rius de vi-
tis SS. Octo-
bris.*

in Thebæis aduenis signa notantibus, benigno accipiuntur hospitio. Pares enim cum paribus facillime congregantur. Illis autem inter se de vera pietate gratulantibus, seque vicissim ad religionem Christianam tuendam adhortantibus, Rictiouarus à Maximiano Treuirorum præfectura donatus, in urbem cum copiis intrauit, vocatosque ad se legionis Thebææ milites, quorum causa potissimum venerat, interrogauit, num Romanorum Deos colere, & eorum contemptores armis subiugare vellent: Adhæc Theophilus ductor legionis, sibi suisque certum esse, pro Christiana religione mori, respondit. Tum Rictiouarus diffusis campo militibus Thebæos omnes iubet interfici, ac trucidari, & eorum corpora volueribus & feris relinqui, tantaque ad Mosellæ fluuij ripas prope Capitolium (hoc erat loco nomen Romanæ similitudinis ambitione) vt sanguine flumen omne rursus sceret, inhumatis sanctorum cadaueribus vnda quem poterat, tumulum dabat. Hoc autem Capitolium in honorem beatæ Mariæ perpetuæ virginis posteritas dedicauit, & locus ipse in sanctorum memoriam ripa Martyrum appellatus. Hanc Theophilus sociorum carnificinam Rictiouarus 4. nonas Octobris exercuit. Postero die Palmatium virum præcimum, & proconsulem ciuitatis cum vndecim præmarijs interfecit: Tertio tandem die immanissimum præfectus plebis se cede satiauit, totamque urbem finita vtriusque sexus nece repleuit. Pauci vero, qui fuga subdlexerant, procella aliquantulum quiescente, ad urbem reuersi Martyrum corpora partim reliuerunt, partim in depressæ altitudinis puteo loco & tempore condiderunt. Postmodum verus filix eius nominis secundus Treuirensis Archiepiscopus, insignem Ecclesiam in campo illo Martiorum struxit ad Deiparæ virginis decus & laudem, & corpora sanctorum Martyrum, quos Rictiouarus

cau
& in
sepe

L
stian
pide
pau
næ,
nen
strux
nom

C
Pon
cant
vrbe
sube
neri
San
lum
om
bus
nitr
Por
vol
cum
cur
mo

cau

auerat, honorificentissimè sepeliuit. Eaquæ ex variis & incompositis collecta tumulis, & loci religione, & sepulchri dignitate decorauit.

DE BEATA LVDMILLA BOHE-
mia domina.

LVDMILLA Boriuio Duci Bohemiæ nups-
rat, virumque imitata, qui in illa ad Marco-
mānos professione cum ethnicus esset, Chri-
stiana sacra susceperat, nostram religionem tam cu-
pidè amplexa est, vt in ea propaganda se totam occu-
pauerit. Itaque Tetinense templum beatæ Cathari-
næ, item sanctæ Mariæ apud Pragenses, quod Tai-
nense vulgus appellat, religiosè sumptuosèque con-
struxit, ac denique à suis perpeffa Martyrium Christi
nomen illustrauit.

DE SANCTO NICASIO EPI-
scopo Rhemensis.

CVM Wandali Christiani nominis inimici,
magna Galliæ parte vastata, Rhemensem vr-
bem obsedissent, desperatis rebus ad suum
Pontificem Nicasium, pro communi causa suppli-
cantem attonita multitudo confugit. Suos Nicasius,
urbis excidij haud ignarus, ad mortem æquo animo
subeundam grauissimis verbis adhortatur, seque iti-
neris ducem professus vulgi animos confirmabat.
Sancta quoque Eutropia Nicasij soror sublati in cœ-
lum manibus, populum ad Martyriū, mortis genus
omnium nobilissimum, vocibus acuebat. Irruenti-
bus Episcopus sorore socia ad ostium templi Dei Ge-
nitricis Mariæ, quam ædem in Deiparæ honorem suæ
Pontificiæ Cathedræ caput, & firmamentum esse
voluerat, Rhemensis suæ Ecclesiæ matrem elegerat,
cum hymnis & canticis irrumperibus inimicis oc-
currit: & huiusmodi oratione efferatos eorum ani-
mos lenire tentauit. O vos, inquit, diuinæ vltionis
admi-

*Annales
Bohemi, &
Nicolaus
Salius Pra-
gensis in sua
historia.*

*Vetusti
martyrum
libri, &
Vincentius
in suo spe-
culo lib. 27.
cap. 37.*

Aeneid. 6.

administri, cur humanæ ingenuitatis immemora
 victoriam, quæ esse incruenta debet, in rabiem fero-
 citatemq; conuertitis? fuit, fuit semper generosior
 atque nobilium, quod ne priscos illos quidem, qui
 uis superstitioni deditos, fugere potuit, subiectis pa-
 cere, & superbos debellare. Vos verò Christianam
 hanc plebem Deo supplicem, & vsque ad mortem
 diuinis legibus obedire paratam, ad vestrosque po-
 des abiectam truci vultu immitrique animo ad op-
 dem designatis. Superbos ac rebelles percellat ira ve-
 storis; quietos, moderatos, & se vltro dedentes civi-
 dem lenitas misericordiaque conseruet. Ex his nam-
 que duobus victoria illa duplex efflorescit, qua & ho-
 stem vincimus, & nos ipsi superamus. Vtinam vestro-
 rum supplicum salutaria sequi nos delectet exem-
 ptinam rerum omnium Dominatorem Deum
 lum agnoscatis, in quem nos victi suspicimus, nos
 futuri victores! Nos quidem nostrorum scelerum mo-
 ximè poenitet; vos similiter illa detestari vellem, qui
 in Deum summum & infinitum bonum pecca-
 uistis. Cauete, ne numinis hæc indignatio, quæ nobis
 eius filiis correctioni, expiationi, salutique est, in
 vestros animos & vestra etiam corpora flammis ad-
 cat sempiternis. Quod si has oues perdere & occide-
 certum est vobis, & innocentium cæde bacchari
 tuistis, me illarum pastorem prius diuinæ maiestatis
 victimam pro ipsis immolate. His dictis, humi
 cumbens ac precabundus versum illum & adhæsit
 uimento anima mea; decantabat, hostilique glori-
 precanti, ac illud & viuifica me; recinenti caput
 scinditur; quo mortis genere immortalitatem, quæ
 Davidicis verbis petebat, assequitur. Et verò sancta
 Eutropia, cum se ob corporis pulchritudinem con-
 uari ac relinqui animaduertisset, in parricidam
 verbis inuehitur; Tyranne cessas? Dei sacerdotem
 crilegis manibus iugulasti, & me libidinis causa

feru
 gita
 ci o
 m
 con
 frat
 dece
 titu
 quo
 quo
 fudi
 cuius

D

P

ne &
 tidis
 cõig
 stiana
 precil
 verè f
 diuti
 mult
 gni g
 bapti
 defere
 bonar
 rat, E
 sita er
 à suis.
 Episc
 com
 lteris

seru

seruas ? haud ista tibi erunt , quæ flagitiosissimè cogitasti: itaq; in bestiam illam impetum fecit , atque , ei oculos foemina virilis euulsit. Quæ res cum comilitones partim terruisset , partim irritasset , illorum confossa gladiis de atrocissimis hostibus gloriosè fratre socio triumphauit . Gratulor tibi sancta virgo decorem pudicitiae mirandæ , & excelsi martyrij fortitudinem , qua induit te Dominus . Gratulor tibi quoque, Nicasij , qui pro summo Deo eiusque grege , quod bonum pastorem facere decuit , animam profudisti. Tales enim cultores diuinæ matri probantur , cuius in templo tui episcopatus sedem collocasti.

DE SANCTO REMIGIO ARCHIEPISCOPO Rhemensis.

PRIDIE illius diei , in quo Remigius Clodouæum Francorum Regem baptizaturus erat , ad altare sacrosanctæ virginis Mariæ in oratione & lacrymis pernoctauit. Eiusdem operis socia Coctildis Regina fuit , quæ in S. Petri sacello aulae regali cõiguo pro Regis sui mariti salute , & prospero Christianæ religionis iniatamento , Deum immortalem precibus & lamentis interpellabat . Sequuta lux est verè felix lætaque Francis , in qua Clodouæus post diutinam cunctationem , & moram , postq; dierum multorum comperendinationem , summa totius regni gratulatione Christianus efficitur , columba ad baptismi complementum sacrum chrisma cœlitus deferente. Post hæc Remigius Deiparæ cultor insignis bonam eorum bonorū partem , quæ à Rege acceperat , Ecclesiæ S. Mariæ , quæ in Laudunensi Castello sita erat , attribuit , quod ibi nutritus esset , & educatus à suis. Quo autem loci illius maior esset autoritas , Episcopatum ibidem statuit , & Genebaldo illam commendat Ecclesiam , viro in profanis , sacrisque literis erudito , ac generis nobilitate claro , cuius & conti-

*Ex historia
Hincmari
Remensis
episcopi.*

continentia, & religio laudabatur, vt qui iam pridem ab vxoris se contubernio remouisset, quæ Remigii fororis filia erat, eaquæ libentissima, vitam cœlibatam agebat Genebaldus. Cæterum nouus Episcopus, ordinatusque sacerdos cum antiqua hac vxore parum caute congressus, filium & filiam ex ea non iam coniuge, sed concubina scelestissimè procreauit. Mox Episcopus tandè aliquando respexit, mœstusque tristis sui que flagitij damnator animosus, nuncium Remigium misit, orans, vt Laudunum quamprimum veniret; rem eiusmodi accidisse, quæ eius presentiam vultumque desideraret. Facit Remigius, quæ rogatur; Laudunum citus venit, Genebaldum tristitiam mœstum causam ægritudinis rogat; eam Genebaldus remotis arbitris respōdet se esse dicturum. In secretum conclaue secedunt; flet Genebaldus, et ciulat, & ad Remigij pedes abiectus candidam vestem pontificiæ puritatis insignè parat exuerit; pedem; interpellatque Remigius; & post longos sermōnes vtriusque; (flebat enim cum flente Remigius, & mali præfaga sollicitabat animū, atque pungebat) omnem Genebaldus exposuit, & quam grauiter se obstrinxisset, qui sacerdotij immemor, contra Ecclesiæ & leges & mores; vxorem, quam inter maritali licentia fororis loco haberi oportuisset, impudicissimè libidinosisque; tetigerat, cum fletu & gemitibus fateri perseverat. Remigius paterno amore & Christiana charitate sui Episcopi animū fratrem ac demissam primò recreauit; deinde vt vitæ puritate scelus illud expiaret, admonuit. Parenti obsequitque Genebaldo, & cuncta se facturum, quæ inuenirentur affirmanti locum perangustum Remigius extruxit, figura sepulcrali; in eo erāt parue fenestellæ & exiguum ac breue sacellum, vbi Christū posset re, & à communi seruatore veniam scelerum per fletu deposcere. Illuc septē ipsos annos incluso

balde
migi
in qu
do g
illo in
ti, An
tæ n
Laudu
quotid
auster
ciat. Su
que m
Christe
missa e
Geneba
dere. Re
se negat
perio, &
to. Ostin
atque in
dens in
soluerit,
merent
me ille
prellit,
gius sui
taneo M
pernoct
pore ver
tificiam
dure. Ho
gnificur
& pœni
DE I C
CE
tem

baldo Laudunensem Ecclesiam vna cum propria Re-
 migius gubernabat. Septimo anno pridie illius diei,
 in quo cœna Domini ab Ecclesia recolitur. Genebal-
 do grauitè deploranti, & quos qualesque homines
 illo in die reconciliare Christo solitus esset, recordan-
 ti, Angelus clara luce se ostendens, omnes vitæ antea
 noxas esse remissas, Remigijque preces, quas pro
 Laudunensi Episcopo lapsò in scœdissimum stuprũ
 quotidie funderet, auditas, & pœnitentis Genebaldi
 austeram vitam, & lacrymas Deo esse acceptas annũ-
 ciat. Surgeret proinde, & exiret è carcere, Episcopale-
 que munus longo intervallo repeteret, atque illos
 Christo redderet; qui scœlera detestati veniam pro-
 missa emendatione pœuinaque solutione petiissent.
 Genebaldus horrore detentus, nihil potuit respon-
 dere. Recreatur ab Angelo, & iubetur exire. Egressurũ
 se negat Episcopus, qui Remigij constitutus esset im-
 perio, & in loco teneretur sigillo & clauibus obsigna-
 to. Ostium aperit, & referat Angelus intacto sigillo,
 atque integro. At Genebaldus instar crucis sese expã-
 dens in limine, etiam si, inquit, misericors me Deus
 soluerit, Angelumque suum ad me indignũ, & im-
 merentem miserit pro sua misericordia, tamen dum
 me ille emittat, qui eiusdem Dei nomine huc me de-
 precessit, expectabo. Hoc ipso tempore sanctus Remi-
 gius sui fontis, captiuique non immemor, in subter-
 raneo Mariæ perpetuæ virginis templo ad diuinas
 pernoctabat, Dei que admonitu Laudunum in tem-
 pore venit, Genebaldũ gratulabundus soluit, ad pon-
 tificiam sedem remittit, & consueta munera iubet o-
 bare. Hoc ego Laudunense templum ducò esse ma-
 gnificum, quod Remigij sanctitas, & Genebaldi mira
 pœnitentia, & obedientia nobilitat.

DE ICELIA RELIGIOSA MATRONA.

ICELIÆ pietas in eo maximè constitit, quòd *Simeon Me-*
 templum Deiparæ posuit non longè ab ea vrbè, *taphraſtes*
 in qua

*in vita S.
Theodosij
canobiary-
cha.*

in qua natus est Christus . Erat enim diues opibus sed virtute ditissima . Hoc in templo magnus Theodosius & monachorum lumen aliquando iuxta Icelia rogatu, Longinique sui in Christo patris præceptoris admonitu. Nam priusquam solus esse Longino viro præclaro in disciplinam se dederat, tutus haud esse tutum pugnam cum dracone illo stifero sine magistro committere, & gladiatorem profiteri cum, qui nunquam à lanista pugnandi tem didicerit. Igitur Icelia, cum Theodosium suam ædem sempiternæ virgini sacram addidit, perbeatam se illo templi custode censebat; sed multi ad Theodosium ventitarent, cui solliciti amanti celebritas grata esse non poterat; relicto templo in speluncam se abdidit, quo liberius diuinarum rerum contemplatione fruereetur. At verò Theodosio ne tuam quidē ocioso esse & quieto licuit, & Longum esset, eius enumerare discipulos, & cuncta recensere, partim suorum religionis, partim terorum officijs destinata. Vtrumque enim factus est Theodosius, vt ad sanctitatem, & virtutem plurimos erudiret, & indigentibus, quibus ingens esse numerus solet, necessaria ad victum peditaret. Erat ægrotantium, esurentium, perterritum, frigentium commune perfugium. Cur aduersus hospites tanta fuit, vt vno die centies poneretur. Neminem exclusit vel nausea, vel horrore deuictus; despiciatissimi quique apud Theodosium lautè soliti diuersari. Tribus hominum ordinibus valerudinaria constituit; primum religiosorum, secundum ijs, qui populariter viuunt, suntque honestiores; tertium infimæ sortis hominibus. Monachorum senectute confectis locum attribuit, in quibus quiescentes leuationem superioris vitam inuenirent. Suis in monasteriis diuinas laudes concinnēdas quaternos choros

tuit, Græcorum, Bessarum, Armeniorum, illorum denique, qui à malo dæmone vexati à tormentis interdum respirabant: Quos illo ipso induciarum tēpore psallere iubebat, illis adiuuantibus, qui eisdem necessaria ministrabat. Et cum aliquando in Deiparæ ferijs, ad quas celebrandas ingens multitudo conuenerat, ita esset à cibo imparatus, vt multos conuiuas vix vnus panis attingeret, non tamen despondit animum, sed in in eo spem omnem fiduciamque defixit, propter quem erat in hospites liberalis. Qui inopia tam larga manu prouidit, vt pane augefcente, cæterisque cibarijs crescentibus, qui accumbebant, non modo saturi essent, verum multa etiam de mēsa auferrent, & domum comportarent. Qui autem prandij administratores fuerant, ijs etiam omnia abunde superarunt. Nam quæ suas mater illa clementiæ ferias viderat agitari, quæque illam turbam & multitudinem sanctissima cœli & terræ Regina coegerat, vt olim vinum cōuiuis, sic tum panem à charissimo filio suis hospitibus impetrauit. Et quidem illa aquæ in vinum dulce conuersio toto quondā orbe personuit, diuinæque voluntati non tantum hydriæ sex, sed mūdi fontes, vt libro primo diximus, & flumina obsecundarunt. Siquidem præter miracula, quæ narrat Epiphanius de fontibus, qui sexta quaque Ianuarij recurrentis die mutantur in vinum, quod de Nilo eodem ipso die multi testantur, Plinius rem similem euenire solitam asseuerat; Etsi vnus diei tantū spacio discrepat; sic enim ait. § in Andro insula tēplo Libertij patris fontem nonis Ianuarij sapore fluere Martianus ter consul tradit. Claruit hic Martianus Vespasiani temporibus, cui ad imperium obtinendum, cum esset hæresis in Syria, maximè opitulatus est. Et mihi probabile fit in numero Plinium errauisse. De diuersis fontibus vino amantibus multique quidem scribunt, sed nemo ante Christi aduen-

Ioannis 2.

Hæres.

Lib. 2.

Cap. 4.

Zachar. 9.

um, quod literis extet, vt planè intelligamus, omnia huius virtute miraculi deprecante virgine, tigisse. Vinum enim generans virgines, quod propheta prædixit, quæ mater est, & virgo, propinat.

DE S. GODEBERTA VIRGINE

*Surius de
viris sanct.
Aprilis.*

GODEBERTA virgo Deo sacra nimia contagione corpusculi generosi in morbum venem inciderat, cuius causa cubabat in lecto animo in Deum spectante, & semper intuentem. Cidit autem, vt Nouionensè maximum templum quod beatissimæ virgini, Dei que nostri parentis erat, repentina flamma combureret. Et cum vitæ cendij ferre nemo posset, nedum vincere, sibi que fuga consulens ædem primariam Deiparæ locum quod diximus, Deo eius que matri comendabat. sanctissimæ nuncio perturbata Godeberta, tam grauius decumbat, se lectulo iubet aufert uientibus flammis opponi. Res ex animi ferre cecidit, cunctis enim desperantibus, sanctæ feræ crucis signo Godeberta flammis extinxit. Deiparæ templum Nouionensis vrbs oraculum incendio & vastitate liberauit. Templum quod deberta non posuit, sed quoniam ab igne seruasse fundasse dicenda est, & primis lapidibus extulisse.

DE S. VVLMARO ABBATE

*Surius de
viris sanct.
Iunij.*

VT hominum laudem Vulmarus possidere, in propriam sylvam secessit, quæ duntaxat milliario a patria sede distabat. que in sanctissimæ Dei matris Mariæ, & beati Petri Apostolorum principis honorem anno sexcentesimo octauo fundauit ecclesiam, quod loco Iduuallæ occidentalium Saxonum Rex venit instituendus in fide. Catechumeni Regis verba fuerunt, quæ meminisse necesse est: *Vulmarus, Christi Iesu seruus, abs te peto, vt me vacillantes*

Christi
salute
compe
gent,
marus
diuini
vbi fac
spernar
illius co
crexisse

IDA
mar
cū h
& hoc I
gio, lat
manian
longè à
num so
scendi a
stior eff
nus mis
plum ib
iuret, &
beret Id
audisset
lem ad I
cibus at
astrorun
silica est
mani pr
loco Idu
vitæ cor
poris da
millis, fa
est corpu

Christiana religione confirmes; Veram animæ meæ salutem doceas, ac pro me supremum dominatorem comprecæris, quandoquidem preces nostræ valde frigent, & nullo animi ardore funduntur. Cumq; Vulmarus Regem & instituisset, & in fide roborasset, diuino ipse Rex ductus consilio profectus est Romã, vbi sacrum baptisma suscepit, monetæque haud aspèrandæ summam viro Dei Vulmaro reliquit ad illius ecclesiæ, quam Vulmarus in honorem virginis crexisset sustentationem.

DE SANCTA IDA.

IDA religiosa scemina Egberto nupsit potenti Germano, quem Carolus magnus ad Galliã miserat cū honorifica p̄fectura; quo munere perfunctus, & hoc Idæ scelicissimo auctus honestissimoq; coniugio, lætitia gestiens ad suos remigrabat. Cumq; Germaniam versus iter faciens ad locum quemdam non longè à Lupia Saxonum fluuio nemorosum & amenum socia vxore venisset, ibique sole occidente quiescendi animo constitisset, & somnus de via fessos arctior esset amplexus, Idæ dormiēti Angelum Dominus misit, à quo cum alia, tum illud admonita est, tēplum ibi esse ponendum, vbi Christo liberius deserviret, & sepulturam post obitum vterque coniux haberet. Ida viro suo postridie mane, quæ ab Angelo audisset, exponit: quem & credulum inuenit, & facilem ad Dei iussã quam primum exequēda. Igitur excisis arboribus, quæ præ multitudine altitudineque astrorum impediēbāt aspectum, extructa lapidea basilica est, & in beatissimæ Dei matris, sanctique Germani prædicationem & laudem consecrata. Illo in loco Ida sancta matrona à curis illis, quæ coniugali vitæ comitantur, vxoris officijs (quibus tantum temporis dabat, quantum opus esset) minimè prætermittis, salubriter respirabat. Mortuæ ibidem sepultū est corpus. Sed augetur miraculis à Dodone Saxonum

*Vstingus
monachus
Wertinens.
lib. c. 3.*

xonum Episcopo ad celebriorem translata locum
 anno Domini nongentesimo octuagesimo, vbi
 præsul turritam Ecclesiam in sanctissimæ Dei ma-
 trophæum, atque triūphum condidit, quæ etiã
 Ætæ Idæ appellata basilica est. Nam quæ Deipara
 nemoris ædificio honorauerat, à Deipara vic-
 nouæ ædis communione decoratur.

DE S. PETRO EPISCOPO ALEX-
 andrino, & in clyto Dei martyre.

Casay Ba-
 rō. Tom. 3.
 Annal. in
 Constant.

NEMO me criticus arguat, quòd minus
 qua in hac nostra narratione proponit
 magisque vetusta subiicimus. Neque
 suscepimus, vt sēper secula & ætates obseruamus
 quidē in his historijs vnā lectoris vtilitatē respici-
 quæ ex rēplorū successione non pendet. Facit
 exēpli, quod apponimus, ipsa dignitas, nouitas
 uitas, vt quod est ortu posterius anteriori præ-
 tur. Quædã, vt in exercitu, propter ipsorū, de
 agitur, excellentiã atque præstantiã postremi
 nē ducunt. Tale est, quod de Petro Alexandri-
 cetur, illo inquam Petro, qui Ecclesiæ statū labo-
 re conantē Archiū omniū primus fidelium cō-
 ne priuauit. Hic idē gnarus, quæ & sacrosancti
 parentis dignitas esset, & vrbis ac locorū ex
 obseruantia & veneratione quanta salubritas,
 alexandrina sua ciuitate beatissimæ virginum
 templum condidit, conditum adornauit. Quo
 Episcopalem suam sedē longe melius honorauit
 Macedo ille, à quo ciuitas totius Ægypti Lun-
 alexandriæ accepit.

DE IOANNE EPISCOPO
 Tungrensi.

MONONI Scoto Angelus in somnis ap-
 vtque rel Ætã patria in Galliã secederet
 in Arduenna sylua, cui, Fridirico

foria,
 Mas-
 s. Ec-

esset,
 que a
 Moni
 Opt
 tari,
 taque
 replic
 lescen
 ignoti
 pter n
 Etu &
 gnara
 truen
 picar
 porcu
 que in
 tus, &
 soluer
 vulgar
 nouit
 xit edi
 quæ n
 tuis aff
 morb
 mani
 tulit,
 bat, a
 veren
 illuc
 strare
 quæ p
 diabe
 impi
 citur
 erant
 teneb

esset, quæque fons irrigaret, diligenter inquireret, cū *clesia prapo-*
 que ad habitandum eligeret, Dei nomine imperavit. *sicus com-*
 Monon dæmonis machinamentorū memor Deum *pilasit.*
 Opt. Max. supplex orat sibi illa iterū ac tertio dicti- *Vide F.*
 tari, si quidem à diuina essent voluntate profecta, I- *Laurentiū*
 taque factum est, Angelo illa eadem terna iussione *Suriū.*
 replicante, atque omnem scrupulum ex animo ado-
 lescentis eximente. Ergo Dei seruus se in iter coniecit
 ignotum, ac Ioannis Tungrensis Episcopi, qui pro-
 pter morum facilitatem agnus vulgo dicebatur, du-
 ctu & auxilio ad locum venit, quem Angelus præsi-
 gnarat. Vepres & spinas euellenti, ac de oratorio ex-
 truendo, vbi diuinæ misericordiæ ianuas foresque
 precando pulsaret, cogitanti, ferreum tintinnabulum
 porcus attulit, quod ore ac dentibus effodisset, hodie-
 que in Mononis pendet Eclesia. Dono illo exhilara-
 tus, & Deum credens sibi esse propitium, opus ab-
 soluere perseverat. Fama deinde sancti illius peregrini
 vulgauit aduentum. Multi que ex vicinis pagis ad
 nouum syluæ incolam abierunt, quorum ope ere-
 xit ædiculam, Inopem illam quidem eorū bonorum,
 quæ mundus admiratur, sed cœlestibus tamen diui-
 tijs affluentē: Siquidem in ea multi languentes, ac
 morboşi sanitatem receperunt. Enimvero hostis hu-
 mani generis loci sanctitatem, celebritatemque non
 tulit, ac latrones, quos plurimos sylua illa contege-
 bat, ad necem sancto hospiti inferendam incitauit,
 verentes, ne furtorum facinorumque latibula ante
 illud ignota tempus, venientiū oculis paterent, illu-
 strarenturque flagitia. Accedebat Mononijs sanctitas,
 quæ pereitissimis grassatoribus, eorumque principi
 diabolo grata esse non poterat. Itaque coniuratorum
 impia manu oppressus occiditur, inhumatusque proij-
 citur. Cū verò ad paganorū aures, qui in illa vicinia
 erant, facinoris fama venisset, cadauerisque locum in
 tenebris lux clara monstraret, gloriosum miraculis

corpus in sepulturam non sine lacrymis gaudio permissis intulerunt. Ioannem verò, quem diximus mansuetudinem agni cognomine celebrari, gloriosum martyris Mononis & latatus corona est, & morte condidit, Basilicamque construxit, quam in honorem beatissimæ virginis ac Dei matris consecratam ab omni in posterum tributo atque pensione auctoritate pontificia liberauit; & sacerdotes, qui ad honorem eiusque noui martyris rem diuinam purè sanctèque celebrarent, successione mutua nominauit: quæ preteritorum in sacris faciendis vicissitudo tam diu duratura esset, dum illa virginis matris & Mononis Ecclesia proprijs vectigalibus, proprios & suos sacerdotes & rerum administratos diuinarum alere posset, aliunde dotata. Regnante verò Pipino huius nominis tunc qui annuente Romano pontifice Zacharia, Clobeuæ extincta progenie, Francorum suscepit Imperium hæc Deiparæ Mononisque basilica precario viuentibus fuit, & suis se opibus sustentauit. Cum enim Pipinus Rex Christianus, & Apostolicæ sedis propugnator egregius Arduennam sylvam Cæsaris commentariis historicæque celebrem venando lustraret, Deiique intuitu & consilio ad martyris Scoti veniret Ecclesiam, eamque ad preces ingressus, miraculorum ac sanctorum monumenta vidisset, multò studiosius se ad martyri commendauit, & Ecclesiæ tenuitatem miratus, omnes decumas, quas ex agris inter flumina Vurtam & Letiam situs capiebat, Ecclesiæ Dei Matris & martyrisque Mononis possidendas attribuit, ipsiusque pileum, quem auro gemmisque ornatum, ac puerum forte gerebat in capite, ibidem reliquit liberalitatem ostentem, obsidem voluit. Ex eo tempore illa in Ecclesia constituti canonici, qui diurno nocturnoque tempore cantus beatissimæ virg. gloriosoque Martyri celebrarent, quæ Martyrem barbari latrones odio imitati ac perciti necauissent. Data etiã lex est cano-

cis, p
largi
ximu

D I

F

Capra
obseru
mari
precab
nam
aliqu
exting
sius se
cia per
no, qu
morte
corpor
uit; sed
lenta t
impiet
tyrum
ab ipse
Ecclesi
se dulo
rum ro
perpet
tione &
D E

V

els, pro felici statu regni Francorum, proque Pipini largitoris, beneficique salute, Deum optimum maximum exorandi;

DE DVLCITIO AGAVNENSIS VR-
bis Episcopo.

FIDEM Agaunensem ciuem & virginem clarissimam in Christiana religione constantem, Dacianus præfes variis tormentis cruciauit. Eâ Caprasius in rupis foramine præ timore delitescens obseruauit. Cumque flammis ardentibus, illam cremari videt, sublatis in cœlum oculis Deū pro virgine precabatur. Non multò post columbam vidit coronam fulgentissimam capiti virginis imponentem, aliisque rorem infundentem, quo rore omne illud exinguebatur incendium. Viso illo animatus Caprasius se Christianum professus martyrium virginis sociâ perpetitur, & duobus fratribus Primo & Feliciano, quos Caprasij & fidelissimæ Fidis exemplum ad mortem pro Christo subeundam incitauit. Eorum corpora plebs Christiana magna veneratione sepeliuit; sed tumulo species externa defuit, quam turbulenta tempora denegabant; annis tamen labentibus, impietateque deleta, Dulcitus vrbis Episcopus Martyrum corpora ex loco indecoro sublata in Ecclesia ab ipso constructa cum dignitate collocauit. Quam Ecclesiam Dulcitus beatissimæ sancti Spiritus sponsæ dulcis amator, cum Martyrum dicere posset, quorum reliquias, cineresque contegeret, tamen Marię perpetuæ virginis, quę martyrum regina est, appellatione & titulo decorauit.

*Surius de
vitis sanct.
Octobr.*

DE SANCTO WIRONE SCOTIÆ
Episcopo.

VIRO natione Scotus in Galliam peregrinari statuit, ibique à Pipino Duce Francorum honorificè exceptus est, qui cum pro meri-

*Sur. de vita
sanct. Maij.*

tis & sanctitate veneratus, consiliarium, confessarius
 que delegit. Cum autem apud eum peccata posita
 rus esset, calceos honoris, & reuerentiæ ergo depon
 nebat, & ad illius voluntatem se totum conforma
 bat. Quin & Vvironi locum Pipinus attribuit a
 motum a strepitu populari, quo libcrius illo in re
 se cum suis diuinarum rerum contemplationi se
 deret. Is locus vulgo mons Petri dicebatur. In eo pe
 petuæ virgini, ac Dei parenti sanctissimæ oratori
 sacellumque constituit; diuo item Petro monas
 rium ædificauit. Moriens sui desiderium reliquit
 omnibus, & in hoc virginis sacrario eius sepultum
 corpus, odore hominibus incomperato omnium
 res recreante.

DE GENESIO EPISCOPO.

*Ex Illidio
 Et Gallo E-
 pisc. Auer-
 norū in vi-
 ra S. Boniti.
 habet Suri⁹
 de vitis san-
 Januarij.*

GENESIVS VVernorum memorandus
 stes magnilocense cœnobium in proprio
 lo tanta cum dignitate fundauit, vt loco
 men conueniret. Nam monasterij conuallem,
 que planiciem editi, excelsique collos vndeque
 cingebant, nemorumque exhilarabat amœnitatibus
 præter lambentis amnis iugis aqua & cœnobij
 tos mira laxitate protensos, & prata circumiectis
 riuationibus facilibus irrigabat. Domus amplius
 planè regifica, triplicemque ad monasterium aditu
 sua quemque porta claudebat. Sole irradiante, tur
 rum ædium, quas ibidem bonus præsul extruxerat
 turres & tecta mirabiliter elucebant. Apostolorum
 qui illic erant, sacella fulgebant, martyrum ar
 bant, columnæ prisco more cælatæ surgebant, tur
 ræ fornicisque pictura omnium oculos rapiētes
 nim verò beatissimæ semperque virginis Mariæ
 silica præter cæteras ædificiorum moles emine
 nam quæ sanctitate præstabat, templi fastigio
 titudine debebat esse superior. Itaque sanctæ Mar
 tiæ

turris cæteras arces tum pulcritudine tum celsitate vincebat. Cum enim nouati Iouiniani que dogma pestiferum siue incuria, siue ignoratione quorundam in Aruernorum terras irrepisset, Genesius verò Pontifex, ac verè pater monasterium in illa perame-na solitudine condere in animum induxit, quo se Christi milites reciperent, & à contagio seruarentur intacti. Ex illo autem pietatis ac fidei propugnaculo sancti, sapientesque monachi hæreticos debellabant, Nouatianique errorem, & Iouiniani demeritiam editis libris oppugnabant. In hoc ipso monasterio extabat olim epistola accuratissimè scripta, quæ vtiusque hæresis sectam mendacissimam acerrimè confutabat.

*TEMPLA ET MONASTERIA
in laudem virginis eriguntur.*

CAPVT II.

*DE QVIBVSDAM OPTIMATIBVS
cognatis Mauritij Imperatoris.*

QVO tempore Patriarcha Cyriacus ædè sanctissimæ virginis, quæ Diaconissæ dicebatur, effecit, Petrus Mauritij imperatoris frater templum eidem Mariæ virgini architectatus est optimum. Quin & Philippus eiusdem Mauritij ex sorore nepos monasterium in Mariæ gloriam condidit. Ita imperatoriam cognationem, cuius inanis est titulus, pietate erga virginem decorauerunt, nominisque memoriam claram & illustrem reddiderunt.

DE LVDOVICO PIO.

CAROLI Magni filius Ludouicas non imperij solum, sed multò etiam paternæ pietatis hæres venerandam Deiparæ virginis imaginem tanti fecit, vr eam, quocumque iret

Ioannes Zonaras to. 7. Annali.

Albertus Cranzius Lib. Metro- polis 20. G. Gmihelmus

Eisengreiner in chronolog. spi- ritu.

reli-

religiosissimè circumferret; In venationibus ad arbores collocare iuberet, vt eam è regione positam inter venandum crebriò videret, à tergo relicta subinde respiceret, ad eandè precaturus sæpè recurreret. Idè diuina monitus visione ad arboris truncum noui templi fundamenta iecit, opusque illud sanctissimæ virginis nuncupauit. Hoc idem Ludouicus, qui Pij cognomen est assequutus in Wormatiensi suburbio monasterium condidit, & Deiparæ virgini, quam incedibiliter adamabat, synceris affectibus oblatum Mariæ matris cœnobium appellauit.

DE IMPERATORE HENRICO
secundo.

*Cuspinianus
in suo chronico. Tritemius lib. de monasterio Hirsangiesi.*

HENRICO Imperatori morum ipsa pietatis sancti cognomen dedit, nam virginis florem integrum atque inuiolatum Mariæ virginis ope cōseruauit, cuius tam sedulus cultor fuit, vt in medijs itineribus, quæ & multa & longa confecit, si quando in urbem aliquam esset ingressus, noctem primam illa in æde precando consumeret, quam beatissimæ virgini dicatam reperisset. Hanc eandem immaculatam virginem calice immensæ magnitudinis honorauit. Quod verò templum eiusdem Dei matris honorem magnificentia imperatoria dignissimum apud Spirenses Henricus inchoararat, neque mortis interuentu perfecerat, Conradus Cæsar absoluit. Porro monasterium almæ virginis scriptum & sacratum, in Argentinensique ditiosissimum quod vetustas propè consumpserat, ita relectum ac reposuit Henricus, vt magis nouum fecisse, quam vetus reparasse diceretur. Vxorem religiosissimam & foeminam eiusdem virginalis propositi sociam habuit, atque participem. Cumque ob deuotam immortalis Domini continentiam spe prolis se sponte priuasset, Deum sobolis & posteritatis auctorem bonorum

rum
est,
Cor
cla
qua
nijs
lum
cult
imp
gisse
long
in du
Galli
Et ha
cit est
tem e
Steph
Christ
ueti
cuius
mina,
no de
non n
aditu
regna
in vn
in De
dum
tris in
pietas
plo sit
sissim
imme
umph
parte
stibus

rum suorum hæredem assumpserunt. Ex quo factū est, vt Ecclesias Henricus (si Gorfrido Viterbiensi, qui Conradi Regis nobilis scriba fuit, amanuēsisque preclarus, habenda fides est) prope mille fundauerit. Et quamuis templa construendi, & anniuersarijs pecunijs locupletandi, & quasi sponfas dotandi finē nullum Henricus faceret, totusque in eo esset, vt Deicultū religionemque proueheret, talem se tamen in imperio administrando præstitit, vt de solis armis egisse videatur. Itaque Germanici fines imperij quam longissimè protulit, Bohemiam subdidit, Burgundiā in ditionem recepit, cunctam Germaniam, totam Galliam, vniuersamque Italiam in officio continuit. Et harum trium bellicosarum nationum pacem fecit esse diuturnā. Iam verò Pannoniæ salus impietatem deponentis, & se ad Ecclesiam aggregantis, etsi Stephano Regi maximā ex parte tribuitur, tamen Christiani huius incrementi laus ex Hungaris conuersi ad Christum communicanda cum Henrico est, cuius soror Sisela veræ religionis amantissima fœmina, & fratri simillima Hungarorum Regi Stephano desponsa ad coniugis baptismum fratre Henrico non modo adhortante, sed etiam instigante felicem aditum patefecit. Et quia ad sui Regis exemplū se scire regna conformant, Sacet ille Stephani baptismi fons in vniuersam se Pannoniam deriuauit. Qualis porro in Dei matrem Mariam Stephanus fuerit, declarandum est supra. Eius filius Emericus viua quædam patris morum imago & effigies fuit. Quam autē Regū pietas ad prosperam regni fortunam valeat, exemplo sit hic idem Henricus, quem religionis studiosissimum, beneficentissimumque fautorem Deus immortalis tam multis, tamque insignibus triumphis decorauit: vincerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Iam prælia tam multa cum hostibus non armis tectus Vulcaniis, sed fide, spe, & chari-

Lege Sigibertum Gēblacensem de viris illustri. c. 139. & Adabolū Episc. Vltraiect. qui Henrici vitam scripsit.

charitate confecit, id quod multò ante Theodosio nostrati contigerat, qui contra robustissimum Eugenii tyranni exercitum magis orando (vt Augustinus verbis utar) quam feriendo pugnavit.

DE IMPERATORE LUDOVICO
quarto. Ex Alberto Cranzio lib. i. Metropolis cap. 10.

Li. 5. de ci-
uit. Dei ca.
26.

BAUARIUS ille Ludouicus inter eos qui ita appellati sunt, numero quartus & ordine, Mariæ virgini vsque ad eò deditus fuisse traditur, eius pulcram quæ adhuc extat effigiem ex Italia Bauariam suis ipse manibus deportarit. Et in monasterio Etalensi, quod in Assumptæ virginis laudem mediis syluis extruxerat, piè ac religiosè collocat.

DE S. ANNONE COLONIENSIS
Archiepiscopo.

Suri⁹ de vi-
tis sanct.
Decemb.

ANNONTYSEA fuit in Dei matrem charitatis vt in ipsius honorem monasterium canonicorum religiosè viuientium ab ipsis fundamenti excitari, omniq; ornatu, apparatusq; complerit. In hoc loco sibi ipsi sepulcrum designauit, sed dem fletu & lacrymis sua suorumq; peccata diuè frequenter pernoctabat: somnoque illo contentum quem sub lucis aduentum vigiliis fractus ac defigatus, puncto temporis ipse cepisset, res, negotia gerebat, neque aliter laborabat quam si horas nec complures quieuisset, humilibus se præbebat affabilem, potentibus grauem & seuerum. Autoritate tanta fuit, vt nemo sacerdos, nemo diuus, nemo Episcopus, nemo regia dignitate conspicuus Annone pœcul viso non tremere, seque à ritu & ioco ad seueritatem, modestiam, taciturnitatem conuerteret. Non simulatque apparuisset, Dynastæ, præfules, Rex nique ipse vestem aptabat, vultum ad verecundiam componebat, nugari, ludere, vociferari, cachinnari

nari & gestire desinebat. Sunt enim honore dignissimi, qui se totos in honoranda cœli Regina collocarunt.

DE S. SWIBERTO WERDENSIS

*Ecclesia primo Episcopo, & Saxonum,
Frisiorum primo Apostolo.*

CÆCVM non factum sed ita natum, cū Suibertus illuminasset, simulacrorum cultores ita permouit, vt se certatim ad Christum adiunxerint, quorum ipse sanum in Dei & gloriosæ Mariæ virginis obsequium & laudem præuia nostrorum legum expiatione despondit, illud autem percelebre monasterium, quod ad Rheni ripas vuerdæ fundauit, Mariæ virginis aduocatione similiter decorauit. Suibertum clarum prodigiis, & vitæ sanctitate præstantem Leo Romanus Pontifex hoc nomine tertius sacris cœlestibus annumerauit. Eundem hunc Leonem in Germaniam venisse accepimus, & ad Caroli magni preces Dei matris Ecclesiam ad aliquam grani, de qua superius, consecrassè pœnarumque obnoxios, remissione donassè. Hic idem mansuetus Leo supplicante Gerbaldo Leodiensi Episcopo duas alias sanctæ Deiparæ matrisque nostræ basilicas dedicauit.

DE S. OTHONE EPISCOPO BA-

benbergensi & Pomeraniorum Apostolo.

COENOBIA quindecim sancti Othonis pia liberalitate fundata esse inueniuntur, & copiosis stabilita prouentibus. Ex quibus duo sanctissimæ Dei matri data, oblataque esse comperio. Quinque præterea domicilia constituit, quæ cœnobiis quasi seminaria fuerunt, quorum vnum sanctrosanctæ virginis fuit, quod reliquis quatuor, vt inuocatione, sic etiam dignitate præstabat. Longum esset alia Othonis monumenta percensere. Refectas
basili-

*D. Marcol.
presb. in vi-
ta S. Swi-
berti.*

*De Suiber-
to legēda est
epist. Rix-
fridi Episc.
Traiectens.
ad S. Lud-
gerum.*

*Suri^{us} de vi-
tis sancto.
Iulij.*

basilicas, sacras ædes restitutas, renouata, repositaque
 cœnobia, bona Ecclesijs addicta, pallas, stolas, exornata
 sitæ telæ casulas, casulas & aureos, & argenteos, ornatis
 cis magni, impensique precij, capsas & scrinia ex
 materia, vitæos, guttula alia ex auro, alia ex argenteo
 thuribula, acerras, candelabra, cortinas, vela, tapetes
 peristromata artis non vulgaris sacram vestem, omni
 nis generis supellectilem; & diuini cultus instrumenta
 præclara, libros denique & qui liturgiæ seruientes
 & qui concionem instruerent, nullius oratio comprehendet.
 Sancti Georgij monasterium à ruinâ vetustate vindicauit.
 D. Michaelis cœnobium ita reformauit, vt nouum esse videretur. Monachos qui in eo vitam
 degebant, res & facultates vsque eo produxit, vt talentorum plus nonaginta
 pensione cumulauit. Abbas Tritemius Ottobruni hunc viuum,
 mortuumque scribit claruisse miraculis. Mihi pro ingenti miraculo
 est qui tam multa & que opulenta monasteria condidisset, tam
 variis sedes partim exædificasset, partim redintegras, tamen
 eius opes atque diuitiæ exhaustiri nunquid tuisset, ac se quò
 plura Deo largiretur, eò ditioris verissimè dictare solere.
 Deus enim qui fetentis na multiplicat, misericordis ac
 benigni præbitos gros, fundosque dilatat, & bona fortunat.

DE S. IOANNE EPISCOPO, & propter admirandam taciturnitatem
 silentarius est appellatus.

Cyrl. monachus, & Simeon Metaphrast. in huius Ioannis vita.

IOANNES ille, qui à perpetuo silentio cognomen accepit, quique Abbatis Sabæ Lauræ natus, mortuis parentibus, quos generis
 ac diuitiarum copia fecerat gloriosus, diuisaque fratribus hæreditate, partem ipse suam beatissimæ matri donauit, cuius in honorem Nicopoli templum monasteriumque fundauit, vbi duo de vigesimo

etatis
 tribus
 sus et
 pont
 Decer
 ad Sab
 confer
 uenit,
 dication
 Lauræ
 tur, Io
 loqueb
 I
 M
 quodda
 nauit. V
 lis ille, in
 Bertinur
 nis confe
 vtrique
 litum. N
 piebat fi
 quodia
 bat è ten
 & in Ch
 nem vt v
 gentibus
 mirando
 to sacrific
 Deo com
 nasterio p
 dinem Be
 igentiam

etatis anno mundo renuncians decem adhibitis fratibus, quibus animi æterna salus cordi erat, professus est monachum. Ordinatus tandem aliquando pontifex, vitam agit monacho & Episcopo dignã. Decennio post Hierosolymam peregrinatus inde se ad Sabam contulit; & silerium quam arctissimum conseruauit, neminemque quadriennio toto conuenit, illo qui ministrabat excepto. Quo verò die dedicationis templi beatissimæ virginis Mariæ ab illius Lauræ Monachis statè ferie, atque solennes agebantur, Ioannis festæ illius lucis gratiã etiam monachis loquebatur, & de silentio remittebat.

DE S. BERTINO ABBATE.

MIRABILIS religione & sanctitate Bertinus, ad honorem beatiss. Del matris, diuinq; Petri cœlestis aulae ianitoris, pernobile;

*Suri^o de viis
tis sancto.
Septemb.*

quoddam monasterium operosa molitione consumauit. Vbi etiam voluit sepeliri. Non caruit miraculis ille, in quo humatus est tumulus. Hunc eundem Bertinum Walberti clarissimi comitis eiusque uxoris confessorium fuisse perhibent, & eius colloquiis vtrūque coniugem mirabiliter in virtute crescere solitum. Nam comes ad eum ventitabat, atq; eius cupiebat fieri sermone quofidie melior. Post auditum quotidianum sacrum non prius Walbertus recedebat è templo, quam Bertinum suum & præceptorem & in Christo patrem inuisisset, atq; eius benedictionem vt vocant, accepisset. Sed cum die quadam vrgentibus negotiis peracto iam à presbyteris altaris mirando illo Christi corporis & sanguinis in cruento sacrificio, absolutisque precibus, quibus & se & sua Deo commendare solitus esset, priuatim sese ex monasterio proripuisset, in salutatoque præter consuetudinem Bertino templi foribus pedem extulisset, negligentiam non tulit impunè; nam ex illo, quem

N

ascende

ascenderat, excussus equo in terram durissimis
tam lapidibus subito decidit, quassatisque membris
& fracto crure, cum de salute ac vita diffideret,
Bertinum misit, qui & veniam incuriæ posceret,
vulnerum medicinam imploraret. Nuncium Be-
nus cum oportuno sacra vini remedio misit, &
Comitem, sui que sacerdotis religiosum obser-
rem pristinae valetudini reddidit. Hæc perbeate
ginis tum monasteria, tum templa salubrium ex-
plorum frequens appendix multo reddit pulcherrima.
Quamobrè hoc comitis Vvalberti factum etiam
ginalero historiâ non magnopere pertinebat, cuius
tiniani monasterij virgine aduocata narratio fa-
cit, tamen attexendum putavi, ut viri primarii,
honore afficere illos debeant, apud quos peccata
nunt, intelligant.

DE S. AISCHARDO ABBATE
mesensi Alij vocant Aichardum.

*Auth. Ful-
berto scrip-
tore mini-
mè contem-
nendo. ha-
bet Surius
de vitis sã-
cto. Septeb.*

PICTAVIENSIS Aischardus de sui patris
nij viri nobilissimi, de que matris Ermengendi
rosissimæ foeminae salute sollicitus præ-
iniitrationem, qua vtriusque parentis animam
bona æterna perduceret. Nam parentum suorum
fortunas, opesque ingentes Deo magis, quam
seuire cupiuit, authorque fuit, ut Christi Eccl-
suorum bonorum hæredem instituerent, bono-
que eorum partem in vita largirentur. Neque
illorù liberalitatem valde approbat, qui dum
immineat, expectant, illaque pauperibus em-
quæ neque retinere, neque secum apportare
sunt. Salutaribus filij monitis bonus pater accepit
& optionem Aichardo dat, ut vel monasterium
cto Philiberto constructum amplificet, in quo
ter inopiam monachi perpauci morabantur
nouum in sanctissimæ Dei Matris laudem in

Anfo
ri def
quar
ta,
Aich
nifici
litare
in cui
obsec
cation
nij mu
accidi
manu
templ
pitern
suo cor
dicatio
Aichar
dum a
aperto
hæc d
versus
templi
bari A
dedicat
monac
miciliu
ficacita

DE S

S
A
lo
chorum
quedar

Anscharij terris, ac ditione constituat, neutri se operi defuturum. Fundando virginis nouo cenobio, quam sententiam placere filio viderat, vineas prætata, terræ iugera, pastusque vberimos pollicetur. Aichardus, vel ut quidam volunt Aichardrus magnificis promissis, & promptissima sui parentis liberalitate factus alacrior Pictauiensem adit Episcopum, in cuius diocesi ager ille erat à patre promissus. Orat obsecratque pontificem ut monastici templi ædificationem sua ipse autoritate comprobet, & Anscharij munus illud accipiat. Gratissimum id Episcopo accidit, qui Ansolaldus dicebatur, nouoque operi manum primus admouit, perfectam, atque absolutâ templi molem beatissimæ Dei nostri parenti, ac sempiternæ virgini consecrauit, Anscharijque donatione suo consensu, iudicioque firmavit. Quin & ipso dedicationis die, ubi diuinis officiis ritè peractis cum Aichardo, & nouis monasterij fratribus ad vesendum accubisset, lectorque ex monastica disciplina aperto libro prandendi fratrus initium facturus hæc dies quam fecit Rominus jille enim Dauidicus *Psal. lxx.* versus omnium primus occurrerat, pronunciallet, templi illius substructionem diuino iudicio cõprobari Ansolaldus exclamat, ac proinde basilicæ illius dedicationis anniuersarias ferias instituit. Aichardus monachis, quos probatissimos legit, ad cæleste domicilium vitæ ac morum sanctitate, & orationis efficacitate præire non destitit.

DE S. OSWALDO EPISCOPO VNGORNIIENSIS.

Sanctissimæ Dei Matri Osvaldus Vngornienf. Antistes monasterium in ipsa Episcopali sede locauit, ut autem loci opportunitas ad monachorum, quos valde amabat, congressum inuitaret, quædam superædificanda fuerunt, sed quadratus, quidam

Ex hist. v. Braunis monachi vngornia floruit an. 570.

quidam lapis substructioni apprime necessarius talis hominum viribus residente malo dæmone, xumque grauante, poterat dimoueri. Osvaldum minimè latuit, signoque crucis hoste profligato, cili negotio collocatus est lapis. Absoluto opere tati Cathedralis Ecclesiæ canonici fastu contempto nouam Mariæ Dei Matris ædem migrauerunt, clericis ad monachos domicilium Episcopale translatum est. Die verò quadam Osvaldus cum in lulum oculorum aciem intenderet, ac diu in contemplatione defixus staret, rogatus ecquid tam cerneret, ita respondit: illa equidem frater in qua magnoperè cupiebam, eoque migrandum est, quo iam dudum festinabam. Rem, quæ vobis obscura, lux crastina me tacente declarabit. Namque vita, cuius causa in hunc vsque diem straxi, pro foribus est, neque ante sol crastinus occurrat quam in æternam illam quietem, & in beatissimam sedem me meus Christus, vt proficere introducat. Itaque in sacrarium, vnde coenæ pecturus exierat, reuersus Ecclesiæ sacramenta cepit. Nocte insequenti aduersæ valetudinis immo in templum se contulit, officium diuinum cepit, pauperum mores de pede alacriter abluat, detergit, osculatur, quindecim psalmis, quos obeundo munere recitare solebat absolutis, gratias tri cum diceret, & sanctum spiritum tertiam tate personam nominaret, extremum ipse accepit, ac suum ipse spiritum Domino recipere confudit. Cum verò ad Dei genitricis Ecclesiam construxerat, canonici corpus afferret, niuea cæba de caelo lapsa, quæ & sancti spiritus, quæ pronuncians expirauit, & Deiparæ virginis pulcherrimæ symbolum est, cui templum ipsa uerat, expansis alis, & lento volatu funus est illi nimè funestum prosequuta.

S
cessus
arbor
atque
quaru
rum M
modi
generi
perfic
tris tu
profud
mo De
rum ill
dificat
sylvæ
Gallo
munis
pollice
volunt
lus illo
lum so
lulatu
Galli
solum
quo à
sacer
ruit. Vi
serpent
sit, & c
D
I O
ch

Solitudinis cultor & amator Gallus cum ad eū locum vbi tabernaculum degendæ vitæ constituere optabat Hiltibaldo diacono duce, cui recessus ille cognitus erat deuenisset, crucem ex vnius arboris ligno deciso fabricatus, ex ea conformata iam atque perfecta pendulam capsellam colligauit reliquiarum beatissimæ virginis, & sanctorum martyrum Mauritij, & Desiderij, & in hunc precatus est modū: Domine Iesu Christe, qui pro salute humani generis de virgine nasci, & mortem subire voluisti, perface, vt hac in cremo in honorem sanctissimæ Matris tuæ, & Martyrum, qui pro te vitam & sanguinē profuderunt, idonea domus extruatur. Benignissimo Deo postulatjs annuente, monasterium paucorum illud quidem, sed tamen optimorum Gallus ædificat. Rege Sigiberto illum, qui propter fluminis & syluæ commoditatem vtilitati publicæ seruibat, Gallo cōcedente, bonoq̄ue Abbati, quod boni communis erat, liberaliter largiente, multaque præterea pollicente, quæ tamen Gallus actis, vt par erat, Regiæ voluntati cumulatissimis gratijs, noluit accipere. Gallus illo ex loco dæmones exturbauit, qui nouum illum solitarium partim immundis spectris, partim vultu horribili absterrere nitbantur. Et quidem ante Galli aduentum secreta illa conuallis non dæmonū solum, sed etiam serpentum latibulum fuit, tamen ex quo à Christi hoc famulo habitari cœpta est, & Galli sacer cantus auditus, ne vnus quidem anguis apparuit. Videlicet virginis amatori nihil esse poterat cum serpente commune, cuius illa se semper inimicā gessit, & caput aliquando comminuit.

*Ex historia
Walafridi
Strabi Abb.
Augiensis.*

DE S. IOANNICIO ABBATE.

IOANNICIVS sacrarum imaginum, quas Antichristi discipuli oppugnarunt, defensor admirandus, *Simeon Metaphrastes*

*de vitis san.
Novemb.*

Gen. 29.

*Theod. ha-
ret. fab. lib.
6 & Epi-
phan. hære-
si 30.*

Rsal. 141.

dus, cum aliquando, secum ipse, vel cum Deo potius
 tacitus loqueretur, aquarum impetum copiosius
 terræ venis erumpentem conspicatus simul oves
 dit oculis captas, nihilque omnino lucis intueret
 quæ tamen illo ex fonte potabant, sitimque su-
 certatim explebant. Visio Ioanniticum maxime
 sit diuac multum, quid illa oculis obiecta speciem
 bi vellet, ambigentem. Cum verò ex illius regionis
 incolis immaculatæ virginis Dei que parentis
 quondam templum fuisse didicisset, facile con-
 mansuetarum illa figura pecudum sanctos man-
 chos significari, qui olim in illo Deiparæ excelsi
 structoque templo versati essent, nam gregem
 starum ouium ipsa pascebat formosæ Rachelis
 plo; cæcitate verò doctrinæ ignoracionem deliquit
 atque erroris densas, crassasque tenebras, quæ
 planati illius virginalis templi vastitatem con-
 tæ essent: fontem porò quem acceptus videtur
 primum ad locum venit minimè reperit, fluctus
 doctrinæ rarus visione illa promitti, in eo loco
 & amœnitate pulcherrimo non solum virginalis
 plum denuò struendum, sed etiam monumentum
 cuius indicium visus ille fons fuerat, ponendum
 ficandumque curauit, operi manus admo-
 que vni ex saxis herentem ac seuisimum monu-
 primentem à se illæsus excussit. Neque hoc
 turis tum sapientiæ monumento contentus
 lias aedes partim extraxit, partim eos, à quibus
 ficabantur, adiuuit, omniumque religiosarum
 structionum illis in locis vel adiutor, vel aliquatenus
 ne fautor fuit. Ioannitici hæc visio religiosa
 debet ante oculos, misera namque cæcitas est,
 non tollit pellis ouina, id est vestis illa, qua se
 familia distinguit. Pellatur ambitio, procul ab-
 uidia, coercenda libido est, & error in sententiis
 pestis vitetur, qui non priuat utroque lumine

ut de
 iudem
 cator
 rerus
 drat
 perbi
 ctos m
 & nam
 in eam
 infan
 religio
 Itaque
 tibusq
 illud &
 pantes,
 renum
 vili pen
 ad an
 arrogan
 misti m
 & legib
 mento
 sanctis
 tabanti
 cisset: se
 ipsum
 Christi
 cesse er
 inuoca
 Hos ph
 Hieron
 fidis le
 cœnob
 hæc sin
 dum in
 dicissim

vt de aliis taceam, Massaliani monachi fuerunt, qui
 iidem Eachaitæ sunt dicti, & si latine reddimus, pre-
 catore. Hos se spirituales nominare solitos Theodo-
 rerus affirmat. In quos illud Davidis optimè qua-
 drat, in via hac, qua ambulabam, absconderunt su-
 perbi laqueum mihi. Dum enim, quod decet san-
 ctos monachos, orationi assidue vacare perseverant,
 & nam & Dominus admonuit semper esse orandū
 in eam sunt elati superbiam. Itaque eos cæcavit error
 insanus, vt hac vna perenni oratione accepta, cætera
 religiosæ vitæ munera nullius esse momenti garrunt.
 Itaque manuum opus illud religiosi sanctis, sapien-
 tibusque solenne prorsus abiecerunt, euangelicumque
 illud operamini non cibum qui periret emere vsur-
 pantes, diuini que præcepti stulti interpretes, ac deliri
 ieiunium respuebant, castigationemque corporis
 vili pendebant, vnam orationem falsis esse iactantes
 ad animum expiandum. Iidem ad preces, quas tam
 arroganter & stultè venditabant coire solebant per-
 missi mulieribus, quod à sanctis Ecclesiæ institutis
 & legibus abhorrebat. Præter blasphemias, in sacra-
 mento corporis oculis videre se posse trinitatem
 sanctissimam asseuerabant, visisque illis delusi læ-
 tabantur, quæ malus dæmon eorum oculis obie-
 cisset: se Angelos, se Prophetas, atque adeo Christū
 ipsum esse dicebant, reliquos indignos esse nomine
 Christicolarum. Et quod in tam misera cæcitate ne-
 cesse erat accidere (quandoquidem abyssus abyssum
 inuocat) mendicos ne obulo quidem adiuuabant.
 Hos phanaticos ite idet Augustinus, hos etiam sanctus
 Hieronymus in cæcatur, si his monachis falsis ac per-
 fidis Ioannici nostri fons ille mansisset, qui fons in
 cænobiorum gymnasiis solet affluere, errorum
 hæc sine dubio portenta fugissent, & quemadmo-
 dum intelligenda sit scriptura, percommode di-
 dicissent. Nostra quidem Societas humanæ

*Luc. 18.**Ioan. 6.**Psal. 41.**De heres.**c. 57.**In Dialogo
 præfat. ad-
 uersus Po-
 lagrum.*

diuinæque sapientiæ puteos ad Christiani gregis
lubrem potum quos potest, nunquam finit effunde
re, & ad matris Ecclesiæ commune bonum aperire.
Sed cum noui Isaici id est Ignatij nostri patris pas
tribus Philistæi sepe iurgantur, nostramque nobis
dustriam inuident, quam pleno ore laudare debu
sent. Calumnias iniuste patim⁹, inimicitias pro ve
tate suscipimus, nondumque ille repertus est pa
us, quem pace impetrata latitudinem appellare po
simus.

Gen. 26.

DE S. ALDEGUNDE VIRGINE, QUÆ
Nalodienfi monasterio à se fundato pri
ma præsuit.

Ex historia
Hualbaldi
Placones qui
obiit anno
930.

Aldegundi regali ex genere procreati in pa
lari ætate multa sunt ostensa, & patefacta
uinitus. Nam Christum vidit formosissimam
figura pueri, candidam stolam, & palmam sibi
rentem, atque amantissimè tribuentem. Quin de
cem audiuit, ne alium sibi, quam Dei vnigenitum
lium desponderet, suauiter præmonentem. Deo
dam aspexit, & agnouit Angelum se hortantem
in virginitate permaneret. Eidem puellæ appa
iter facientis habitu, quæ se à Deipara missam
firmavit, & illius nomine quæ vellet ac cuperet,
dit optionem. At virgo sapiens & de prudentia
vna id se obtare respondet, quod esset Christo
tissimum. Vidit aliquando Apostolorum præ
pem, vidit Angelos, quæ tamen & rara & excellen
ginis animum nunquam leuiter extulerunt: imo
verò quanto se superiorem, altiolemque certatim
tanto se gerebat sana virgo submissius. Haud
hostilis inuidiæ & calum humanorum. Nā &
sedemon obiecit, quem apparebat, propter
modi fauores vehementer esse commotū. Matris
ptias suadenti fortissimè restitit, qua mortua
dit

ditate
virgini
iacebar
tulit,
cessari
incitari
habeba
tētis cu
& inquit
locum
spiritu
set, ad A
piscopo
gè poli
manu fa
perpetu
latuerat
sibi & a
& arbu
domici
diensi c
matris
que vot
vitam o
cum la
eorum
petuan
varijs i
autem
buit, ta
& char
præpo
deret il
amore
symbo
narian

ditatem amplissimam potita partem ad quoddam virginis Mariæ templum, vbi pater, materque sepulti iacebant, magnificè & sumptuosè reficiendum contulit, vbi sacras virgines numero duodecim cum necessarijs ad vitam subsidijs commorari voluit, neque incitamenta virginum sanctitatis omisit, quæ multò habebat suis in virginibus chariora. Vt autem præpotētis cuiusdam viri, cui erat à Matre promissa, & vim, & inuitamenta posset effugere, in secretum quemdā locum nemoris amœnitate placidissimum sancto spiritu duce secessit, cumque ibi aliquamdiu latuisset, ad Amandum, & Aurbertum notæ sanctitatis Episcopos, quos in monasterium Altimontis non longè positum venisse acceperat, properauit. De quorū manu sacrum velamen accepit, ac se Christo sponso perpetuam virginem dedicauit. Inde ad locum, vbi latuerat, rediens (Malbodius dicebatur) de extruendo sibi & alijs monasterio cogitauit. Itaque & vepribus, & arbutis radicitus extirpatis sacrarum virginum domicilia constituit. Perfecto, absolutoque Malbodiensi cœnobio, templum quoque beatissimæ Dei matris nomini collocauit, vbi diuinas laudes, precesque votiuas quotidie persoluebat. In eodem hoc loco vitam degit, & alijs suæ, alienæque gentis virginibus cum laude præfedit. Bona ita partiuit, vt magnam eorum portionem Malbodiensi suo monasterio perpetuam, propriamque tribueret, partem ad alendos varijs in locis pauperes egentesque conferret. Quo autem die patrimonium qua diximus ratione distribuit, tabulisque publicis suam hanc & voluntatem, & charitatem nihil sibi reseruans consignauit, aquam præpotens ille Deus mutauit in vinum, quasi ostenderet illo miraculo Aldegundis liberalitatem ex Dei amore profectam sibi placuisse, cuius amoris vinum symbolum est scripturæ testimonio, quæ cellam vinariam charitatis esse significat officinam. Qua verò

Cant. 2.

nocte beatus Amandus Aldegundis in vitæ per-
 tione magister excessit è vita, sancta hæc virgo
 suo Malbodiensi Monasterio coram beatissimæ
 matris altari in preces procumbebat, raptaq; &
 cul à sensibus cano capite senem sibi videre vi-
 perlucido sacerdotis amictu præferentem manu
 tificium baculum, & supra capessentem, quæ
 ximus candidatorum numerus sequeretur. Se
 Aldegundis aspexit in illo ad astra cum Amando
 uolantium comitatu. Hic ab Angelo, quisnam
 riosi agminis dux ille esset, rogata se scire negavit.
 Angelus, amabilis inquit, Deo amandus ex
 appellatur vita, migravit: & quia talenta cred
 plicauit, cum sanctis animis, quos & verbo, &
 plo domino peperit, ad sui Regis gaudia latitauit.
 dit. Visionem Aldegundis sancto Gislæno nam
 quo interprete sibi cito moriendum esse cog
 quæ Amandi discipula fuisse. Igitur breui tem
 interiecto spacio præceptorem sequuta est, & p
 donata sempiternis.

DE S. THEODORO ARCHIM
*druta, id est eorum præfecto monachorum
 in speluncis habitabant.*

*Georgius
 presbyter in
 vita S.
 Theodori.*

A EDEM pulcherrimam sancto Ang
 principi Michaeli tam æstati, quam
 commodam Theodorus effecit duob
 oratorijs, altero in laudem sancti Ioannis Bap
 lænam, altero ad dexteram sanctissimæ Dei ge
 Mariæ, in quo monachos ex sancta regula vici
 luit, vbi cellulam Theodorus habebat silentio
 quillæ menti, eratque monasterij Virginalis
 fixus in quo multa patrauit ediditque miranda
 se multis hominibus præstitit salutarem. Qu
 hoc virginis sacrosanctæ cenobio Maurij imp
 tis præmōstrata cedes, in hoc ipso monasterio

rantem Domitius maximi exercitus imperator inui-
 sit, confirmatusque Theodori verbis ad eam profe-
 ctus est pugnam, ex qua victorem exercitum depor-
 tauit. In hoc ipso domicilio virginis tum erat vir qui-
 dam nomine Phocas, qui ex intestinis grauiter labo-
 rabat, & ad eum venit, quem Theodorus humanif-
 simè acceptum apud se manere iussit, & vires recrea-
 re. Sed ab itinere refectum re infecta dimisit primò
 tristiore, quem tamen Theodorus venturi præcius
 consolatur breui sanum fore cõfirmans, promissi ve-
 ritatem exitu cõprobante. In hac eadem virginis vir-
 ginum æde manentem quidam Sebastæ ciuitatis Re-
 ctor cæcus & oculis captus adiuit, quo tẽpore Theo-
 dorus psalmorum pensum soluebat, hospitem biduo
 retentum die tertio iubet proficisci, & bene sperare, e-
 ius enim esse preces auditas: Manere cupientem, & dũ
 cæcitas pelleretur expectare conãtem obedire coegit,
 lumen nisi quamprimum recedat minimè esse sul-
 furum. Hoc, vrbis ille præfectus audito, se confestim
 in viam dedit, cumque de more faciem postridie la-
 uisset, quem optabat recepit aspectum. In hac ipsa sa-
 lutis officina quendam nauiculatorem, qui similiter
 Theodorus dicebatur, ab itineris labore releuatũ
 sanitati restituit. Huic inclyto Dei omnipotentis ser-
 uo ex longo quodam itinere reuertenti, & ad sanctis-
 simæ Deiparæ hoc idem monasterium suum videli-
 cet nidum reuolanti obuiam quidã alter venit Theo-
 dorus Dux Regius, Dynastaque permagnus, suosque
 à dæmone terri, vexarique narrauit, domesticisque
 cibum capientibus, prandẽtibus, cænantibus, lapides
 super mensas accidere, mulierum telas abrumpi, mu-
 ribus, atque serpentibus omnia compleri, præ timo-
 re pauoreque neminem in cubicula penetrare, ani-
 mos h orrore concuti, ac miserè perturbari. Theodo-
 nus Theodori misertus in domum formidolosam
 ingressus noctem psallendo, orandoque consumpsit,
 demum

demum lustrali aqua ædes aspersit, ac dæmones edificantes atque exterrentes profligauit.

DE CÆSENNATIBVS.

*Petrus Damiani in
vita S.*

*Mauri Epif.
Cæsennatis,
quodam iisdem
verbis propter ele-
gantiam nõ
magis Tullianã,
quã planẽ Chri-
stianam.
Luc. 21.*

VT suo pontificio muneri melius atque perfectius Maurus Cæsennas Episcopus fieri posset satis, locum quæsiuit, vbi à populo strepitu liber cum Deo viueret, & tamdiu dum pontificiæ curæ permitterent, animo cerneret, consideretque cœlestia. Neque enim is erat quem aut se negotia ipsa distraherent, aut ita se cogitationi daret, vt Episcopatus curam posthaberet. Neque Domini non segnis imitator, qui per diem in vico prædicabat, noctu verò in monte orationibus stebat. Cumque secreti loci amor indies augeretur, paruum quendam monticulum animaduertit, quatuor ferè stadijs ab urbe distantem, cuius maximè id, quod volebat, videbatur esse commoditas. Non enim aut ita erat sublimis & asper, vt ad cacumen montibus inaccessus fieret, aut ita planus & hians, vt pro conualle haberi posset, quam quisque è populo pro voluntate contereret. Mediocris cellitudo penè diocesim sub aspectum dabat, ascendens defatigationi non erat. Accedebat amœnitas, atque sedem illam in magnis solis ardoribus operantibus. Hic igitur mons beati viri aspectibus placuit, ut Damiani verbis loquar, ac si montem Oliueti ad urbem Hierusalem cerneret, vt proinde versum cum propheta concinere posset, & memor ero montis de terra Jordanis, & Hermonij à monte Sion. Quem montem à Romano pontifice, cuius curam obtinuit. Cellulam sibi cum Ecclesia fabricari sibi quadragesimæ tempore ieiunij, & orationis operam dabat. Et si quando de Ecclesiasticis negotiis furari poterat, ad eandem cellulam velut ad dæmonum epularum conuiuium recurrebat. Illic denique in contemplationis auidis mentis suæ

Psal. 40.

cibus h
rum pe
Illo pla
curab
colloq
traxisse
quo ha
bris illi
cus, qui
fuit, pos
signi
iuxta pa
locum
prædict
honore
Mons M
Quia be
decorat

DE

L
do virg
nob. o.
lamqu
gregio
tabat. C
tum pe
genetri
vtque f
non in
quada
gation
affata v

cibus hauriebat, vnde postmodum amentia proximorum pectora sanctæ prædicationis poculo recreabat. Illo planè loco quasi pro balneo utebatur. Ibi enim curabat abluere, si quam ex secularium hominum colloquutione verbi, aut cogitationis maculam contraxisset, & puluerem mundanæ consuetudinis, sine quo hæc humanæ mortalitatis via non carpitur, crebris illic lacrymarum fontibus expiabat. Ille igitur locus, qui sancto viro tam charus & familiaris in vita fuit, post mortem quoque eius sepultura meruit insigniri. Nam corpus eius in saxea arca reconditum iuxta parvam basilicam, quam ipse extruerat, est collocatum. Est autem nunc celebre monasterium in prædicto monte, in quo vir Dei orare consueuerat, ad honorem beatæ Dei genitricis & virginis constitutū. Mons Mauri antiqua populi consuetudine dicitur. Quia bonus ille non immerito sancti viri vocabulo decoratur. Hæc his verbis beatus Petrus Damiani.

DE SANCTO HEREBERTO

Archiepiscopo Colonienſi.

LIBERALIS ac pia Otthonis Cæsaris cum Hereberti Colonienſis Antistitis voluntate misericordia concors effecerat, vt de molieno virgineo nomini, & cælitum reliquorum tum cœnobio, tum templo ingentis animi viribus ageretur. Iamque Herebertus prædijs & possessionibus ab egregio imperatore donatis de monasterij situ consultabat. Quo autem res illa ad eum, quem optabat exitum perueniret, Deum immortalem, sanctamque eius genetricem fuis ab imo corde precibus implorabat: vtque suam vterque voluntatem aperiret obsecrare non intermittebat, & corpus coercere ieiunio. Nocte quadam dormienti Hereberto, atque ab ipsa defatigatione confopito cœli se regina monstrauit, hisque affata verbis anxium præsulis animum consolatur.

*Rupertus
Abbas Tui-
tienſis in
eius vita.*

Adſum

Adsum Domini Mater Maria, tuæ exauditæ sunt
ces, surge igitur, & Diuitense castrum (hoc erat
nomen) ab omni labe perpurga, vt ibi Deo, multi
sanctis omnibus monasterium collocetur, & ce-
plum. Placere enim præpotenti illi numini, vt
bundauit iniquitas, ac dæmonum superstitione
minata est, ibi iustitia solium teneat, ac vera sancti
religioque triumphet, Recedente, iamque inuisi-
gine post dicta Herebertus euigilat, visionis
auditionis dulcedinem regustare non desinit. Cui
autem locum purgasset atque expediuisset, fa-
menta iecit, & summæ granditatis opus incepit,
que ad exitum penè perduxerat, cum repente
concidit, quæ talibus, tamque felicibus erat
inchoata. Sed nunquam animus reliquit Here-
diuinæ fidei, sapientiæque memorem, quantum
fallere nescit, alteram comprehendere mens
non potest. Quare ædificationem resumpta
iterauit, quæ talis fuit, vt priorem nemo requi-
Neque verò Ruperti Abbatis de ruina prioris
bij taberi iudicium debet existimantis, monasterii
qui in illo loco futuri essent, duas dissimiles
signari. Nam qui prauitate morum à monasterii
gibus disciuerunt, eos fabricæ lapsu monstrati
autem instituti obseruantiam, & religiosam
nam ad extremum vitæ spiritum, quorum
postea fuit numerus, tenuerunt, illos postea
ficij durabili perfectione mirabiliter esse per-
Herebertus fieri crucem, quæ in templo ornata
atque absoluto pōneretur, imperauit. Sed
aliam atque aliam arborem in eum finem succi-
tibus, atque aptare parantibus opus minimè
debat. Herebertus in illa crucis habendæ, videri
cura defixus, atque animi pendens, quodam
sam cibo capiendo non longè ab horto pomor-
boribus consito iubet sterni, vbi assedit, horru-

xit, ar-
diduct
videba
& Ser
ruit in
quæ in
perfecti
tam co

R

maxim
eam sy
alterum
gobert
num m
dā hom
Et quia
structa
batur. V
quodda
citam,
bertus
tigeras
illam,
uita sus
terat, co
benefic
da cogi
rant. D
ad exitu
tempu
nisset,
minati

xit, arborem animaduertit, quæ ramis, quasi brachijs diductis Christi in cruce confixi imaginem imitari videbatur. Ex ea cruce effici iubet, quam quærebat, & Seruatoris in ea pendentis effigiem adhiberi. Paruit ilico faber, & rem ad Episcopi voluntatem, & quæ in animo insidebat, speciem, similitudinemque perfecit, & Christi in cruce distorti mirabilem figuram conformatiuit.

DE PHILIBERTO ABBATE.

REGNANTE in Gallia Dagoberto Christi religio maximè floruit, sacri dotumque & monachorum abundauit tum copia, tum vel maximè sanctitate. Inter eos Philibertus velut quoddam sydas enituit, à quo duo sunt instituta cœnobia, alterum monachorum in saltu Gommetsensi, Dagoberto nummos, & prædia largiente, alterum virginum monialium in sacrosanctæ virginis laudè cuiusdã hominis liberalitate, qui Amalbert^o appellabatur. Et quia sanctimonialiũ hæc domus in Pauliacò constructa fundo esset, sanctæ Mariæ ædes Pauliaca dicebatur. Vixebat hac ætate Austreberta quæ virginum quoddam cœnobiũ sanctissimè gubernabat. Inde actam, ac precibus extractam Pauliacæ domui Philibertus præficit, & ei pauculas virgines parumque morderas regendas, moderandasque committit. Curam illam, & administrationem Austreberta quamuis inuita suscepit, contumacesque mulierculas quantum poterat, edomabat. Illæ medicinæ impatientes matrem beneficam auersantur, deque ea (prò nefas) occidenda cogitant, atque inter sese sceleratè nefaricque delibant. Deo tamen prohibente tentatum parricidium ad exitum perducere nequiverunt. Cumque per idem tempus Amalbertus ædis fundator, patronusque venisset, & fatuæ virgines eius aures mēdacissimis criminationibus oppleuissent, vocatã ad se Dei famulã verbis

*Sirius in
vita sanctæ
Austreber-
ta virginis
mense Fe-
bruuario.*

verbis durissimis accepit, neque hoc contentus diu furiosus homo distringit, & in Austrebertam impetum facit. Illa optatissimum tempus id esse martyrij, capitis velum animo virili circumplexisque manibus, & vultu inclinato cervicem & collumque porrexit. Amalbertus attonitus stat immobilis, atque ipsa virginis tum constantia, lenitate tremore concutitur, dein collecto gladium in vagina recondit, & qualem moerorectricem haberet, experiundo cognoscit. Res haec bella cœnobium Austreberta foeliciter, longæ annorum curriculo saniores iam mulierculas genuit, Virginisque ope virginum principibus cui erat ædes illa deuota, ex modico principibus gnum peruenit incrementum. Illæque virgines cesserunt, quæ prudentium nomine quam ducem suam Austrebertam & mente & corpore sequebantur.

DE SANCTO BURCHARDI
Episcopo Herbipolensi.

*Egilwardus
in eius vita
l. 2. c. 5. & 8.*

GERMANIA sanctum Bonifacium Episcopum Moguntinum, & martyriosum suum agnoscit Apostolum & in fide doctorem, cuius discipulus Burchardus herbipolenses erudiuit. Vt autem habere posset studijs, curisque secessum, in Deiparæ virginis gnum monasterium instituit, vbi se à labore recreabat. Et quoque Gertrudis templum in eiusdem Deiparæ genitricis non longè à Burchardi æde fuerat, amor enim, qui latebat in sensibus, foras exibat. Atque hæc monasterijs & templis collegatis. Instat enim perillustrium quorum commemoratione, quæ priuatam possit historiam.

DE CELEBERRIMIS QVIBVSDAM

*& religioſiſſimis cœleſtis Domina templis, vbi
Deſpera ſe inuocantibus præcipua qua-
dam benignitate reſpondet.*

CAPVT III.

QVIDNAM eſſe cauſæ putemus, cur rerum
omnium opifex, molitorque Deus templo-
rum, ædiumque ſicrarum delectum, ac diſ-
crimen habere videatur, vt alia miraculis illuſtrare
non intermittat, alia miraculorū gloria carere ſinat,
Auguſtino ad inuitore curioſius indagare non licet.
Hæc enim referimus ad Deum, cuius ſunt abdita &
ſecreta conſilia. Neque id tamen cum humana ra-
tione depugnat, cui D. Paulus facile perſuadet non
omnib⁹ ſanctis à Deo eſſe tributum, vt morbis mor-
taliū medeantur. Similiterque philoſophari in no-
ſtra cauſa licebit, non in omnibus Marię matris tem-
plis curationis dona inueniri. Multa ſunt tamen vir-
ginis domicilia, vbi miracula prodigiq; cernuntur,
quibus edend⁹ Matrem filius honorat, chriſticolas
in fide communit, infideles ad Eccleſiam aggregat,
hereticos perfidię, ſtultitięque condemnat, populi
conuentum conuocat, cantorum numerum cogit,
qui Dei ſuam Matrem ſignorum crebritate attollen-
tis laudes, & præconia modulentur. Qui enim ad
eſu, Marięque nomen tanquam ad aliquod ſalutare
ignum coniunguntur, & conuolant, gratiam ab im-
mortali Deo incunt, & ſe Chriſtiane militiæ ſectato-
res exhibent. Et hæc quidem illis in templis videre
cer, quæ modò nominauimus. Eſi enim nuda ex-
poſita res erat à nobis, tamen ſplendebat ipſa per ſe
ſciti alicuius in omnibus hitoriis additamento mi-
bilis, & in his quæ præterea dicenda, numeranda-
ue reſtāt, gloria virginalis elucet. Et vt ab vrbe prin-
pe omnium terrarum exordium capiamus, Romæ

*Ep. ſt. ad
c. ex. in Ep.
populi Hip.
ponenſem.
1. ad Cor.
12.*

inter alia plurima Marię matris gratię domicilium
 plum est de populo nominatũ, quod populum
 go sanctissima ab angoribus, & molestis se-
 merito receasset. Aliud eiusdem virginis in vrbem
 plum à consolatione nomen accepit, que sancti-
 latio loci salubritatem, beneficentiamq; declar-
 ceo innumerabiles basilicas aduocatione
 Romę insignitas, quas esset immensi operis
 fere. Nulla enim fere sacra familia est, cuius
 templum virginal. Florentini ædem virginis
 cui est Annunciatae nomen, studiosissime fe-
 simeq; concelebant. Senenses suã primariam
 siam, atque adeo vrbem omnẽ Marię virginis
 uerunt. In summis namq; periculis sacrosan-
 paræ tum potentiam, tum maximẽ clementi-
 nignitatemq; senserũt. Hinc illa frequens
 quæ ex Senataconsulto & in nummis
 alibi passim adhibetur. ¶ Sena vetus ciuitas
 Quid Bononienses? nonne Sacrosanctã
 mulacrum in monte certatim venerantur,
 enim eius diuæ, quam refert effigies, in
 ac venerationis vis sit, experientia teste
 Chiozæ vel fosse Clodizæ, vt dicebant anteq-
 neta ditione templum est gentis asyllum, &
 naufragorum. Ad Drepanitanam Sicilię vrbem
 plurimi mortales confluunt, vt Dei genitricem
 ginem magnis multisq; insignẽ miraculis
 venerentur: & quibus se votis obstrinxerunt
 ritè persoluant. Antiqui felicisq; temporis
 Mindensi ditione sanctissimæ Virginis nomen
 leri non debet, quàm sexus vterq; studiosis-
 quentabat, miraculis hoc tem-templum quocunq;
 gis claruit, aduenæ singularem virginis operam
 domos suas lætissimis animis repetebant: &
 ex tutela virginea, cui se penitus totosq; tractus
 vberimos fructus capiebant. Quare hominibus

*Albertus
 Cranzius
 in Metro-
 polit. lib. 3.
 cap. 24.*

Solenne
 & alacri-
 dela relig-
 cõtagi-
 vrbis Ep-
 ditur, ne
 nis gutta
 ercos de
 b antiqu
 natum e
 licerem p
 idear, &
 qui enim
 giosi virg
 acula, ibi
 inctitas il
 milia au
 humanita
 tas & tem
 nitatem
 Hieronym
 is excelle
 is admira
 crebritas
 stat. Ad
 uident
 publicæ
 pensis co
 hoc cele
 a Diuo
 palense
 reditur
 nifice,
 us terra
 conco
 rus Can

solenne fuit, vt vota virgini nuncuparent, nuncupata
 & alacriter, & citò persoluerent. Apud Atrebatès can-
 dela religioni est, quam olim aduersus pestem atque
 cōtagium mitissima Dei Mater & virgo integerrima
 vrbis Episcopo dedisse fertur, quæ candela sepe accē-
 ditur, neq; propterea quicquā de cera minuitur quā-
 nis guttæ cadentes, atq; stillantes sufficere possent ad
 ereos decies mille formandos. Quod miraculū inde
 antiquis temporibus à summo Pontifice confir-
 natum est. De nostræ Hispaniæ templis illustribus
 licetrem paulò copiosius, nisi timerè, ne actum agere
 videar, & quæ sunt hippis & tonsoribus nota tractare.
 Cui enim montis Serrati magnifici, maximeque re-
 giosi virginalis templi inaudita narratio est? Ibi mi-
 racula, ibi peregrini quamplurimi, ibi monachorum
 inctitas illius non dissimilis, quæ D. Benedicti illius
 similiae auctoris ætate fuit, ibi erga externos hospitalis
 humanitas. Iam verò almæ virginis ad Aquas Lu-
 tas & templum & cœnobium quantam habet di-
 nitatem? Fabricatio ingens, monachorum qui D.
 Hieronymum ducem sequuntur, mīta religio, can-
 tens excellens isque perennis, peregrinorum concur-
 sus admirandus, miraculorum ad aram virginalem
 crebritas & magnitudo mouet oculos, & aures ob-
 stat. Aduersus hospites prædicanda charitas est,
 quidētiaque mirabilis. Si quidem benè ordinatæ
 publicæ specimen capi, profectò potest à Guada-
 lensis cœnobij disciplina. Virginalis effigies, quam
 hoc celeberrimo templo Hispania cuncta venerat,
 à Diuo Gregorio Magno ad sanctum Leandrum
 Ispalensem Episcopum per Diuum Isidorum mis-
 situr, illudque nos à Romanæ vrbis tanto
 Pontifice, & vniuersæ Ecclesiæ pastore ac lumine
 terrarum habere domum & munus multo
 concors sententia testatur, & famæ assentiens
 Canisius affirmavit, eruditorum quorundam

*Sic ex no-
 strorum fide
 dignis lite-
 ris intellexi-
 xi.*

*Libr. 5. de
 B. Virgine
 cap. 22.*

scripta

*In historia
S. Dominic.
part. 2. lib.
2. cap. 31.
lib. 7. Regi-
stri. cap. 53.*

scripta consentiunt, quorum vnus est frater Ferru-
sus à Castello. Certè D. Gregorium ad Secundum
virum sanctitatis eximæ sacræ Mariæ virginis
nem ex vrbe transmisisse constat, estque verè
mè simile, amicum Leandrum ab amico Grego-
similiter esse honoratum, fierique potuit, vr-
periculosisque temporibus Christianorum ca-
ma pietatis ex vrbe Hispalenti, Mariæ Dei matris
sacram effigiem Gregorij Magni magnum de-
ad amnem Lupi securitatis causa transfulerit.
to meorum nutrix & alumna parentum, qua-
stræ patriæ natalisque soli vicinia ad Rupem
(hoc est loco vulgare nomen) D. Dominici
suisimis sectatoribus Deiparæ imago cultus
peregrinis, semper inuisitur, & miraculis de-
ctitate cum optimis quibusque mundi sacra-
paratur. Multa consultò prætereo præciosa
vel sacella vel templa, quæ enim ciuitas esse
parua, quod oppidum tametsi exiguum, atque
quens, in quo Dei mater suæ liberalitate
nò impresserit? Nos illustrissima sequimur
illustria, quæ volumen infinitum, immen-
conficerent.

*Blondus li.
de Italia il-
lustrata, re-
gione quin-
ta.*

*Baptista
Mantuan.
in lib. de
Lauretani
templi reli-
gione.
Hieronym.
Angelita.*

DE TEMPLO AVGVSTISS-
virginis Lauretana.
CAPVT IV.

INTER altissimæ cœli Regine domici-
pla celebra, Lauretana sedes meritò
principatum. Est autem Lauretum
no non longè ab vrbe Anconitano situm,
propter sanctissimæ Matris sanctum ve-
que cubiculum, ab vniuerso orbe terrarum
sissimè visitatur. suo enim, vt prius, car-
ma lapidum structura coheret illisque
parietibus sustinetur, quibus à prima ong-

tum est
mus est
prodeur
mus or
fascis v
amica,
entem n
uit, & fo
Mariam
spiritus,
integroq
sistente
tatis per
stus ipse
ex parte
conclau
diuinis v
cationis d
tebat in
dam amo
ne myster
dam teou
Apostolos
tati hunc
Nazareth
studio silli
contineba
tes concep
pulari lic
oci religio
Coldro in
em. Qui
celestis R
Deus enim
nga Christ
um beatis

rum est in vrbe Nazareth. Hæc enim illa eadem do-
 mus est, quæ virginem excepit ex Annæ matris aluo
 prodeuntem. Hic nudam filiam, cuius tamen ani-
 mas omnibus erat virtutum ornamentis indutus
 fasciis vel Anna mater inuoluit, vel quæ ad partum
 amicæ, officioæque mulieres accurrerunt. Hic esuri-
 entem nutrix aluit, vagientem & crepundijs delini-
 uit, & somno cõsopiuit, Hic vt ad maiora veniamus,
 Mariam Angelus salutauit, hic eam sanctus afflauit
 spiritus, hic virgo mundissima cœloque purior saluo
 integroq; pudore, ipsaq; tum animi sinceritate per-
 sistente Dei æterni verbum secundam scilicet Triui-
 tatis per beatę personam concepit in vtero. Hic Chri-
 stus ipse pueritiam, hic adolescentiam magna exegit
 ex parte. Hoc sacrum augustum, admirandumque
 conclaue, posteaquam mundi liberator abiit ad cœlos,
 diuinis vsibus Apostoli consecrarunt, sanctæque pre-
 cationis domum esse voluerunt. Inerat enim, & la-
 tebat in eorum sensibus atque animis intimus qui-
 dam amor & ingenerata religio ex eorum cogitatio-
 ne mysterium, quæ cœlestis hæc aula tacita quon-
 dam tenuisset. Christiani porrò Palæstinæ religionis
 Apostolos suos in fide præceptores ac magistros imi-
 tati hanc eundem locū sanctè & augustè coluerunt,
 Nazarethaque vrbis sacrarium religiosissimè, atque
 studiosissimè frequentarunt. Neque se à lacrymis
 continebant quòd virginis incunabula, quòd parie-
 tes concepti verbi testes, ac conscios videre, tangere &
 osculari licuisset. Et hæc quidem huius admirandi
 sacri religio in Galileorum vrbe Nazareth vsque ad
 Coldroem immanissimi Persarum Regis durauit ata-
 tem. Quasi Palæstinam Christianis ademit, tamen
 cœlestis Regina hoc sacrum conclaue non abstulit.
 Deus enim, cuius est amor & in matrem infinitus, &
 Christianos immensus, deliciarum hunc hor-
 tum bestijs vastari non passus, per Angelorum ma-
 nus

*lib. de histo-
 ria virginis
 Lauretane.
 Leander
 Albertus in
 Piceno 13.
 regione Ita-
 lia.
 Canisius de
 B. Virgine
 lib. 5. c. 25.*

nus ex Nazareth ciuitate ad Illyricum primo trans ipsa test
 lit propè Castellum, quod flumen appellauit. rante vi
 Adriatico sinu transmissio ijdem Angeli Deo in dinibus
 rante religiosissimum Gynæceum in Recanate tendunt
 agrum deportarunt, & in ea sylua posuerunt, que ag
 nobilis quædam matrona Laureta nomine pennis, quæ
 bat, Vnde templo nomen est inditum. Admiratione tantu
 transuectionis hæc summa est grauissimis ex se Deum ac
 annalibusq; collecta. Hic Christi Iesu, hic Maritimus, ve
 Matris, hic auæ Annæ multa vestigia, hic Patrisissima se
 phi Gabrielis recordatio perinçunda. In hunc locorum &
 ingressis noua lux oritur ex rerum specie maxime nouitate
 quæ animis obiecta sensus mirè afficit, mentem solum ma
 minat, fidem excuscat, sp̄ erigit, & flammam beatæ quæ
 charitatis incendit. Mariæ Dei genitricis propere quicumq;
 nates atq; ipsam ædem patriam ad Italos trahere feliç
 Illyrici ad breue tēpus hospitā, agri Piceni quædam, qui
 nicipem, Recanatesium stabilem incolam. hanc ordine cor
 Pontifices inde à Nicolao I V. donis, muneribus, qui su
 uilegijs, Canonicorum cętu, Societatis Iesu bene prece
 ac proximè Pontificia sede cohonestarūt, miramur quæ deside
 que basilicam quibus possunt inuentis decorant. Patenti se
 definunt, & quæ de translato sancto cubiculo. do, vouer
 lorum cōsensio, quæ vox Dei putanda est, ut quæ primè sole
 sapiens nō in seip̄ affirmavit, vno ore clamant. que illo
 diuulgat, & fida scriptorum trahit historia, mundi th
 decretis, qua iudicijs Romanę ciuitatis, id est, chari
 orbis, Antistes non semel comprobarunt. Quæ regni vir
 autoritatibus omissis rem ex euentu ipso, & fidei morbo lab
 spicuo ponderant, argumenta sanè quàm mō confesa
 periunt tradita quasi per manus veritatis, q̄ soluit ad
 coacti conuicti que cedunt & quæ de Lauretanæ Dei Mari
 Catholicorum vulgus affirmat, non tam coram qui eo reli
 quàm videt, & oculis intuentur, siquidem nus, ex q
 nos plus trecetos ea ad Lauretum miracula ferorū fer
 nulla dubitandi sit causa, quin loci diuinitatem am

*Cicer. in 1.
 Tusc.*

ipſa teſtentur. Ex locis vicinis remotiſque ad Laure-
 bellavit: anax virginis penetrale concurritur. Ex omnibus or-
 li Deo in diuinis homines ad hanc arcem ſummo ſtudio con-
 Recantatendunt, vniuerſorum matri vota omnes faciunt, id-
 uerunt, que agunt, vrgent, inſiſtunt, vt ſe pulcherrimæ virgi-
 mine polnis, quæ ſponſi præconio tota formoſa, declarent, &
 a. Admirantantur amatores, cum que proximè & ſecundum
 nis ex ſe Deum acceptam referunt, vel incolumitatem ex pe-
 hic Maniculis, vel ſanitatē ex morbis, vel libertatem ex du-
 hic Paruiffima ſeruitute, vel certam vitæ rationem ex tem-
 nunc hunc porum & rerum perturbatione miſerrima, vel morū
 cie maxie nouitatem ex fuga vitiorum. Non enim ad corporis
 , mentem ſolum mala vitada, ſed multò etiam magis ad benè,
 amma beatæque viuendum virginis fauor imploratur. Nam
 is propinquicumque res ſuas & proſperè auſpicari volunt, &
 los trahunt feliciter, virginem ſibi propitiā reddere ſtu-
 ceni quident, qui nouam vitæ genus aggrediuntur qui ægri-
 colam Boedine contabefcunt, qui curis angoribuſque torquen-
 nuntentur, qui ſuis vel liberis, vel neceſſarijs, atque propinquis
 ſeſu bene precantur; qui Eccleſiæ pacem tranquillitatem-
 t, miraque deſiderant, huc ſi poſſint aduolant, diuinæque
 ſis decora parenti ſe totos commendant, quantumque precau-
 cubiculo do, vouendo, peregrinandoque proſecerint eos mi-
 a eſt, vt quumè ſolet pœnitere. In hac æde virginis ſalutari,
 clamare que illo natali pauimento tanquam in quodam
 ſtoria, ſumundi theatro plurimorū fides enituit, pietas ſplen-
 ſ, id eſt, ſplendat, charitas fulgurauit. Nihil uſitatius, quàm vt pe-
 unt. Quægrini vitæ prioris errata dolenter agnoſcāt, & quali
 ſo, & ſeſe morbo laborent ſyncerè dicant & ad medicos illos
 tatem in e conferant, quos illic noſtra Societas præſto eſſe
 ritatis, eſoluit ad animorum ſanitatē. Eſtque ſanctiſſimæ
 Lauretanæ Dei Matris beneficio Lauretanæ ædi præcipuam, vt
 tam conui eo religionis cauſa cōfluxerint, quorum vt dixi-
 uidem in nus, ex omni terrarum orbe infinitus eſt numerus,
 miraculi ſorum ſerè nemo ante diſcedat, quàm magno quo-
 ſanitatē tam animi ſenſu conſeſſionē maculas abluat. Sic
 O 4 ingens

*Nicolaus
Orlandinus
in Annal.
Societat.*

ingens meritorum campus nostris sacerdotibus
ritur, dum in excipiendis confessionibus matu-
tempora cū vespertinis, diurna cum nocturnis
cōiungunt. Innumerabiles illi sunt quod noſter
bit historicus, qui iam inde à primis annis imbi-
cata reperant, quique animū trīginta & quadrag-
annorum ſordibus obſoletum confessione luit.
Perditi homines hac in eade repente mutantur
domus Dei eſt, & porta cœli. Impietatem eua-
heretici, vitiores, ſuaque nimium tenaces dyg-
faſ neſaſve ſit, nullo diſcrimine iras, ſimulane-
ponunt, ſuaque vitam ad Euangelij regulam
gunt, vbi primum in Chriſti, & eius matris veſ-
pedem poſuerant, fraudatores fallere deſinūt, &
interuerterunt plenè cumulateq; reſtituunt. Qu-
rò caſtè & purè ad hanc ſacraſſimā Dei matris
accedunt, multo caſtiores purioresq; diſcedunt.
diuinitus moueri, impelliſque ſentiunt, & ad
ad ſui victoriam, ad recte facta impetu quaſi
mi inſolito rapiuntur. Quid ego dona illa ro-
quæ manu protenſa à copioſis & locuplebri-
runtur: & ijs quidem tam externi hoſpites ſi-
egent, quàm domeſtici virginaliſ aræ minime ſu-
tantur. Vt mihi Lauretana hæc domus quidam
di mercatus, ſed gratuitus eſſe videatur. Vnde
cuique opus eſt non ſolum ad animi ſalutem,
corporis etiam remedium, atque tutelam bene
prouidetur. Nos igitur cum aſibi, tum maxime
Lauretano templo Deboram agnoſcamus, quæ
palma ſedens cauſas cuiuſmodi eſſent iudican-
tura prædicebat, milites armabat in præliis, vi-
cantu glorioſo proſequebatur. Principum ſc-
ſtarum antiqui temporis peregrinationes
commemorant, neque de miraculis tacet, quæ
orandum euenerunt. Paulus II. hoc nomine
manus Pontifex cū Laureti ſc Deiparæ con-

daſſ
quo
tus.
An
mo
piti
illor
lici
tent
perp
Ea
Ea
M
Ea
Ca
Ca
Noſt
litate
debe
ſuper
ratij
rem a
gante
mem
cultu
ficien
empl
hiſto
poëta
virgi
verbe
natar
facere
ſij De
reo il
eſt de

dasset, ex morbo grauissimo atque intimo vlcere, quo laborabat, subito est non sine miraculo recreatus. Petri Gratianopolitani viri primarij nobilis vxor Antonia, non nisi in hoc sacro hospitio à septem demonibus, qui eam occupauerant, potuit liberari. Baptista Mantuanus & Theologus & poeta pernobilis illorum scriptorum æqualis, qui Ferdinandi Catholici Regis prælia viderunt, literisq; mandauit, febri tentatus suam valetudinem Lauretanæ virgini hoc perpetuo Epigrammate commendauit.

Erue me tantis igitur Regina periclis,

Et lacera sparsas collige nauis opes.

Mox ut liber ero, Laurentia templa reuisam,

Et tibi de nostro carmine munus erit.

Carmine persoluam grates & carmine laudes,

Carmine diuinum testificabor opus.

Nostro hoc tempore quàm multi ex præcipua nobilitate viri eò se conferant, notius est, quàm ut à me debeat explicari. Facta admiranda & naturæ viribus superiora legat qui volet in præclaro libro nostri Horatii Tursellini, qui omnia scribit accuratè, totamq; rem ab exordio repetit non minus verè quàm eleganter. Nos aliqua miranda narrabim⁹, sed hic commemorandi locus non est, quandoquidem religiosi cultus nunc tractatur historia, qua absoluta ad beneficentiæ virginialis libro tertio & quarto mirabilia exempli transibimus, Lauretanaq; persæpè occurret historia, Et quoniam Marci Antonij Muteti oratoris poëtæq; præstantis versus, quibus ille sua vota Deo, virginisq; Laureti persoluit, eorū que sunt à me dicta verbosius enumerationem quaadam habent peroratoriam, & perbreuem, miramq; redolent pietatem, facere non possum, quin hunc ascribam, Petri Canisij Doctons egregij sequutus exemplum, qui in aureo illo de Virgine Deipara tractatu hos ipsos non est dedignatus apponere.

Vnde mihi insolitus praecordia concutit horror,
 Et persusa metu trepidat velut icta Deo mens
 Fallor an hoc facit ipse locus, stimuloq; pauenti
 Subiicit, atq; animum praesentia numini urget
 O caelo dilecta domus, postesq; beati,
 Quos ego iam pridem tota mihi mente cupitos,
 Nunc primum veteris voti reus aduena viso.
 Saluete, aspect. q; mihi felicit. er esse.
 Vosne per aethereas Iudaea à sinibus oras
 Aligerum mandante Deo vexere manipuli
 Hic virgo genitura Deum genitricis ab aluis
 Prodiit & blandis mulsit vagitibus aures,
 Hic quoq; virginei seruata laude pudoris
 Sancta salutifero tumuerunt viscera fœtu,
 Ille opifex cunctorum, illa aeterno vnica proles
 Aequa patri, ille homini primaria ab origine lapsa
 Spem caelo vitamq; ferens hac lussit in aula
 Paruulus, & sancta blanda obtulit oscula matri.
 Quanam igitur Regum sedes, qua templa per orientem
 Huic se ausint conf. re loco? ter & amplius omnia
 Ante alias felix Piceni litoris ora.
 Cui Solymos spectare domi, cui munere Diuum
 Fas calcare domi est pedibus v. stigia Christi.
 En ego iam supplex procumbam, atq; oscula figam
 Parietibus sanctis, spargamq; hoc puluere cruce.
 Aspice me superis è sedibus, aspice virgo
 Prostratum, atq; imo gemitus ex corda cientem,
 Et pectus tundentem, & fletibus ora rigantem,
 Nec quamquam culpis adopertum turpibus arca
 Aspectus me diua tuo, si pectore toto
 Te veneror, si te dubijs in rebus ad vnã
 Confugio, teq; auxilium sanctissima posco.
 Poenitet ex animo vite me diua prioris,
 Poenitet & meritas horret mens conscia poenat.
 Quod nisi in casto pendente ex vberem natum
 Concilias, placasq; mihi, quo tendere cursum,

Quo
 At
 Au
 Cer
 Al
 Hic
 Dep
 Spec
 Et d
 Crim
 Dum
 Mun
 Vxor
 O ego
 Nauis
 Et ian
 Si poss
 Fluct
 Quas
 Te cas
 Te rec
 Et ius
 Ha
 tor Fr
 sus, id
 ex qui
 pretes
 Al
 Cui m
 Obrig
 Suppl
 Onim
 O cur
 Ipse se
 Incol

Quòc malis fessam tentabo aduertere puppim,
 At tu, namq; soles, placida dignare querelas
 Aure meus, & ades lapsis mitissima rebus.
 Cerè equidem tota pendentes ade tabellas
 Aspicio, qua te miseria praesto esse loquuntur.
 Hic te animo spectans torrentem viscera febrim
 Depulit, ille hyadas, tristes, hœdumq; cadentem
 Spectauit tutus vertentibus equora ventis.
 Et duce te patrias enauit solus ad oras
 Criminis ille reus falsi sub iudice duro,
 Dum mortem expectat tenebroso carcere clausus
 Munere diua tuo detecta fraude reuisit
 Vxorem, & notos, exoptatumq; parentem.
 O ego nunc morbis multò grauioribus ager.
 Naufragumq; timens longè exitiosius illo,
 Et iam pridem animum peccati compelle vincetus,
 Si possim morbis liber vnictiq; solutus
 Fluctibus & ventis laceram subducere puppim
 Quas tibi latus agam grates, dum vita manebit?
 Te cum luce noua sparget sol aureus orbem.
 Te recinam quoties abscondet opacas solum nox.
 Et tua præcipuo venerabor numina cultu.

Hæc Muretus, cuius discipulus & studiosus audi. *Lib. r. cap. 4.*
 tor Franciscus Bencius Societatis Iesu miles laborio-
 sus, idem versibus quoque tractauit argumentum, *minum.*
 ex quibus paucos apponam rei gestæ, ac totius inter-
 pretes historiæ per commodos.

Aligerum interea sacris de fratribus vnus
 Cui mandante Deo tellus Galilæa tuenda
 Obtigerat, luplices tendens ad limina palmas
 Suppliciter tali Gabriele est voce sequutus.
 Omnium dil. Et a Deo domus inclita salua,
 O cur a pars magna meæ, quæ summus Olympum
 Ipse simul repetet rector castissima Mater
 Incolat, & merum quoniam fideiq; magistra

Iosa erit, hinc dubijs poscent oracula rebus
 Doctores hominum. diuini hic numinis arcem
 Constituens ritusq; sacros, nec parua sequetur
 Gloria, e multis Libentibus ordine seclis
 Visendi studio patrijs è finibus olim
 Atria Christicolae lascentes limina ituros.
 Lambere quos terram quos perreptare iuuabit
 Innixos genibus voluit qua ducere vitam
 Omnipotens, & certa pedum vestigia liquit.
 Salue iterum iterumq; domus mea maxima cura
 Hac ait, ac inuenis contra, cui cesserat vni
 Illyrici plaga ampla orbis, sic incipit ore:
 Ast ego te, veneranda domus, post secula dona
 Ternaq; cum Syriam inuadet crudelibus armis
 Hostis atrox, & cade fera, & terrore coactam
 Sub sua iura aliget, victosq; arcebit iniquè,
 Nec sanctum sit praeda canum, nec perfida turba
 Ausit opes superum manibus temerare cruentis
 Tunc ego te volet ipse Deus, stipante corona
 Algerum trans & montes, & carula regna
 Sedibus è proprijs vultam, ac fundamine prisco
 Illyridis nostra statuam sub vertice celsò.
 Italiam contra, qua curuo in littore pontus
 Æstuat Hadriacus, canisque allabitur undis.
 Qualia tunc populos contingens gaudia nostris.
 Dalmatiam, Ioniamq; omnem, Carnosq; liburnos
 Istros, & Venetos, Alpini & regna Timau.
 Testis Alexander sacrorum antistes acuti,
 Arida cui longum torrebant viscera morbi
 Vis grauis & subito decedet corpore febris.
 Accurretq; domum lacrymis veneratus obortis.
 Testis Frangipanes illam iustissimus oram
 Qui patrio reget imperio, vos denique testes.
 Qui Nazareth missi certissima signa feretis
 Mavorum spatia, atq; soli, qua ducta per omnem
 Circuitum fides monstrabit Licianodis.

Ov
 Illy
 Vix
 Sic
 Na
 Om
 Hac
 Cui
 Cui
 Sed
 Non
 Susc
 O gr
 To d
 Pice
 Cui
 Aur
 Te fr
 Nub
 Duce
 Atto
 Per n
 Pass
 Arte
 Arg
 Conj
 Illa
 Sus
 Lam
 Sed q
 Lat
 Voce
 Regi
 Casa

O utinam propria hac essent tibi dona futura
 Illyris, attinges tantum, tres scilicet annos
 Vix etiam septem cernes ea munera menses.
 Sic Domino visum. Finem hic dedit ore loquendi.
 Namq; huic, atq; alijs quorum dedit esse ministros
 Omnipotens etiam ventura arcana rexit.
 Hac inter iuuenis roseo pulcerrimus ore
 Cui diadema caput, torques gemmata coronat
 Cui collum, & longè rutilanti fulgurat auro,
 Sedulus hic custos Picena gentis, ubi Ancon
 Nomina dat terra, & tumidum procurrit in aquora.
 Suscepit, & latius reliquis mirantibus i. fit.
 O quod te te celebrè templū memorabile, & o quam
 Te domina Italia appellem, quo Laureæ hylua
 Piceni mihi grata uigri te nomine dicam.
 Cui domus hac datur cunctos seruanda per annos.
 Auroq; & gemmis, donisq; ingentibus aucta?
 Te super aquorea uolatam nubibus uitas,
 Nubibus algerum circumq; supraq; canentem
 Ducentemq; choros manibus per mutua nexis
 Attonitum mare conspiciet. uastaq; reliquet
 Per medium signa alba uia, te Ricina tellus
 Pastorum indicio excipiet, te marmore cinget
 Arte laborato, ponetq; expressa figuris
 Argumenta operis, gens huc toto orbe profecta
 Confluet, auxilium genitrix sanctissima poscens,
 Illa tuum, votiq; simul damnata, manebunt
 Suspensa tabula, & pulchro donaria templo.
 Laminaq; & titulus suscepti muneris index.

ET INFRA:

Sed quis finis erit, tua si miracula dicam
 Lauretana domus? semper te supplice adibit
 Voce frequens populus, Tyrio te uellere cincta
 Regia progenies hic sceptrum ponet & enses.
 Casar, & Augusto submittet uertice sacram

Christia-

Christindum mitram pastor te barbarus armis
 Cuncti a licet circum vastet, venerabitur hostis,
 Ut tuus vel medio sit tuta in milite gaza.
 Huc quisquis veniet perfusus membra timore
 Atq; horrore comas sanctam procumbet ad aram,
 Ad veterem pueri effigiem, quem mater in vlnis
 Sufficientans cernere sacris, tum lignea contra
 Orabit simulacra crucis, vidisse caminum
 Dulce erit angustum, paruiq; armaria tecti.
 Hic ubi seruatur vilisq; & parua supellex.
 Nec minimè effinxisse animis terfisseq; labris
 Arctius impressis terram, quæ parte puella
 Dia fuit, Gabriel tu cum suprema pauenti
 Quæ dederat pater omnipotens mandata tulisti.

DE FERIS IN HONOREM
 Virginis institutis.

CAPVT V.

VIRGINEM & antè & postquam in cœlis
 translata est, singulari ac præcipuo quodam
 genere cultus vniuersa semper honorauit. Cuius honoris quia principium inuenire non
 possumus, sequitur, vt ex D. Augustini sententia
 nã Dei matris venerationem omniũ fidelium consensu,
 ætatumque & seculorum decursu perennat
 atque perpetuam ad Apostolica vsq; tempora reueren-
 care debeamus. Quod enim in Ecclesiæ vniuersa
 more atq; instituto positum esse constet, neq; Con-
 cilij alicuius decreto primùm inductum, sed omni-
 bus ætatibus etiã ante Concilia œcumenica factum,
 nullum vt tempus aliquãdo fuerit, quo tempore
 cœli Reginæ religiosus cultus à fidelibus non
 exhibitus, hoc probato consequens illud esse Deiparæ
 adorandæ non alios autores, quàm Apostolos con-
 tulisse. Ex hoc genere infantium baptisina puerorum
 & cœ-

Lib. 4. de
 Baptismo.
 cap. 24.

& cœ-
 stin-
 lia a
 bita
 virg
 lend
 pau-
 nus,
 flores
 mori-
 clesia
 exord
 tum a
 num
 Andr
 concio
 dem f
 nasio,
 telligi
 ciatæ
 lis inst
 Grego
 drini c
 tæ con
 quæ d
 putau
 & tru
 esse g
 bus C
 salutar
 Dei ge
 riji in
 tua m
 occur
 lum,
 SYM C

& cœlestis est panis ieiunia perceptio, eodem Augustino teste, qui Ecclesię instituta ipsis Apostolis equalia ad Spiritum sanctum authorem referre non dubitat. Ac testimonia quidē sanctissimorū Patrum de virgine super cœlites oēs & diuos venetanda, & colenda post Deum cōsul:ō missā facimus, quorū non pauci in varios huius nostri voluminis locos inseruimus, & ad ea quæ sunt dicenda alia quædā tanquam flores spargemus. Virgent enim me ferę, quas in memoriam honoremq; virginis sanctissimæ sancta Ecclesia dicauit. Annunciantis Angeli mysterijs (vt inde exordiamur vnde nostra salus sumpsit initium) dicatum ab Ecclesia festū diem quis neget esse antiquissimum. in cuius laudem, ac celebritatem Augustinus, Andreas Hierosolymitanus, & alij horum æquales concionem ad populum habuerunt? sed has eadem ferias his viuētib; per antiquas fuisse ex Athanasio, ex Leone Papa, & ex Toletano 12. Concilio intelligimus, in quibus sanē locis significatur Annunciatæ virginis iactō sanctum diem fuisse ab Apostolis institutum. Purificationis ferias vetustissimas esse Gregorij Nysseni, Chryostomi, & Cyrilli Alexandini de purissima hac ipsa & sacratissima luce eruditæ conciones ostendunt. Neque illa negligi debent, quæ de iisdem ferijs Albinus Flaccus sapienter disputauit. Scribit Euagrius pestem quandam diuam & trucem annos quadraginta duos inter homines esse grassatam, quæ tamen tribus tantum mensibus Constantinopolim cruciauit, tantumq; & tam salutare beneficium solenni die festo in honorem Dei genitricis Mariæ instituto anniuersarijsq; ferijs in Ecclesia reperendis mansit, posteris perpetua memoria consignatum. Cui festo Simeonis occursum nomen fuit cum Deipara suum unicum filium, & vnice charum Dominum nostrum IESUM Christum in Hierosolymæ templū intromisit.

Cuius

*Epist. 128.
ad Ianuarium.*

*Concione de
sanctissima
Deipara
Epist. 2. c. 4.*

*Lib. de diuini-
nis offi. c. de
Purificat.*

Lib. 4. c. 28.

*Miscella
anno 25. Iu-
stiniani.*

Baron. in

notis ad

Martyro-

log.

*Sigebertus
in Chronoc.
anno 54.
cap. 36.
Lib. 17. cap.
22.
De consecr.
dist. 3.*

*Vide consti-
tutiões Em-
manuelis
Imperato-
ris de ferijs
quas Ioan-
nes Cleo-
daius Lati-
nas fecit.*

*Part. 4. tit.
15. cap. 24.
sect. 3.*

Cuius tamen diei festi in Occidente Papa Gelasius fundamēta iecit, cum Lupercalia penitus abstulisset. Has quoque ferias memorat Nicephorus, in compendioque Cedrenus. Assumptæ in cœlum Deiparæ & tōni illi festi dies quantam habeant antiquitatem & religionem, duo illa Concilia Moguntinū & Lugdunensē declarant, Carolo Magno Germanis & Francicis imperante. Quartum locum nascentis virginis tenent, quarum antiquitatem S. Ildephonsus edidit antiquitas cum auctoritate coniuncta, cuius testimonium supra citauimus, cum de sanctitate virginis loqueremur. Legat qui uolet Cæsarem Baronium hæc omnia diligentissimè perquirentem in eodem quo Romanū Martyrologiū commentarijs eruditissimis illustrauit. Ferijs hisce quaternis amplissimè celeberrimis illis accesserunt de niue, quæ annis abbas mille ducentis Liberij Papæ tempore instituta. Visitatio non minus habet, quam Urbanus antequam tatis, hoc nomine sextus ante annos ducentos natus, & si Græci in eius diei religione anteuertentur, ex eorum fastis Kalendanoque cognoscimus. Celebrationis festa lux qualis sit, & quantum habeat antiquitatis, proximo libro demonstraui. Præsentis virginis in templo haud recens haberi debet, quæ Cælestini secundi nata tempore annos iam plus quingentes & quadraginta diuumerat. Quare sapienter Diuus Antoninus Florentiæ præsul animaduertit, cum in Ecclesia octies vni Deo consecratas habeamus Trinitatis, Pentecostes, Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Christi IESU corporis sacro sancti, totidem uariè liter in virginis cultum & honorem eidem diuè inueniri. Mitto quæ cuiusque Prouinciæ sunt præcipuæ. Siquidem Hispania expectationis festum ante annos nongentos uti ex Concilio decimo Constantiano perspicitur, institutum, atque sanctum

concele-
comm-
le enim
simus
pediri,
quo ver-
mæ vir-
Eugenio
instituta
lū Dei p-
leretur;
propter
Hispania
præsul Ec-
qui ex m-
uit, quon-
retinuit q-
quibuspid-
Matr, par-
propheta
non pote-
miraculo
maxima
possit, tan-
ligito, & t-
to foras in-
tamen tu-
suniculo
Diuus A-
sine villo
aria mul-
quam que-
& cetera
Iohannis
virginis si-
expectant

concelebrat. In illis Angeli Gabrielis felix nuncius commemoratur Decembris die duo de vigesimo. Ille enim vniuersę dies Ecclesię Martij quintus & vigesimus merore Christi patientis sapissime solet impediri, diemque solutum nostra delegit Hispania, in quo verbi corporati mysterium concipiente beatissima virgini decantaret. Sed Alphonsus has serias ab Eugenio Toletano antistite, & suffraganeis Episcopis institutas expectationis nomine deorauit. Ut nõ solum Dei p̄potentis filij in aluo virginis generatio recoleretur; sed ageretur etiam illo ipso die triumphus propter deuictos hostes virginitatis Mariane quos ex Hispania pulsos sanctus Victor Alphonsus Toletanus p̄sul Ecclesię in vltimas terras amandarat. Nam qui ex morte surrexit, & sigillum sepulture non solum, quomodo nascendo virginale claustrum violaret, nisi quis non minus stulte quam impię dixerit, qui lapidi pepercerit, eum matri, at quali, quantęque Matri, parcere noluisse. Porta hæc clausa erat, sacerdos *Ezech. 44.* propheta p̄dixerat, quorum verborum falsitas esse non potest certe quidem Augustinus nouo quodam miraculo in re minima edito vetus in re omnium maxima factum ita clarę demonstrat, vt cerni oculis possit, tangique manibus, de annulo ad cingulum alligato, & tamen sine ipsius annuli, singulie fragmento foras in terram elapso, & quę Zona teneret inclusum tamen tum annuli integro orbe, tum illeso & intacto uniculo egredi, atque exire potuisse. *Quamobrem* Quis Alphonsus Desparę gaudia, Filijque partum *Vopiscus in Aureliano* sine vilo integritatis damno prestolantis festa Hilaria multo dignius ac verius nominare potuisset, *Lampridius in Alexad.* quam quę in Deum matris honorem decepta, miscet & cęca inuenit antiquitas. Quę Hilaria sanctus *Epist. ad Demophilã,* Dionysius Areopagita deridet. At verõ serias Marię *que est octaua.* virginis suum p̄nitimum pudicissimumque partum expectantis, vbi toties illud O clamat Ecclesia, iure, ac

meritò dicemus Hilaria, & errore antiquorum ex
 so ei matri, quæ nos lætitia & voluptatē pertinet
 hilariæ nomen imponemus, quod illa falsò gen
 quæ tot monstra, tamque horribilia portenta ve
 neratū, vel creditur genuisse. Virginis quoque
 sum, qua nocte sanctum Alphonsum sacra veste
 ciuit, Tolerani celebrant, quas vtrasque ferias
 peccantis, & descendens nostræ omnium in
 Gregorius ille tertius decimus pontifex immo
 te dignissimus approbavit. Verum profecto
 Judith legimus, & est, & erit, virginem illam
 festis cum magna gloria solitam esse procedere
 festis diebus populus frequens euntem sequi
 Nostræque Judith & virgo & vitago ferijs, illa
 diebus augetur indies, quod tacite scriptura
 procedebat, videretur innuere; procedit enim
 qui incedit honesteque graditur, sed etiam
 git, atque progreditur: neque in vno loco per
 atque persistit, sed se potius vltra semper
 ambulandoque proficit. Quocirca Deiparæ
 per ferias statuentur, & tantæ Dominæ, ad
 crescet amplificabiturque religio.

VIRGINIS IMAGO

rationi est, religioni que præcipua

CAPVT VI.

DE IMPERATORE CONSTANTINO

Despota.

*Nicephorus
 Gregoras.
 l. de Græcis
 imperato.*

Quem honorem Deiparæ imaginis
 Quis Lucas expresserat Pulcher
 Martiani vxor habuerit, superius
 cum de templis loqueremur. Quo in loco
 dem opera eiusdem Lucæ erga sacras ima
 gionem, venerationemque suggestimus.

tantus vir imagines pingeret si eas honorare non liceret. Ipse igitur & pictor imaginum sacrarum, & cultor fuit, quem sanctas effigies venerandi morem ab Apostolicis vsque temporibus vniuersa conseruat Ecclesia. Cuius rei Constantinus Imperator, cui erat Despota cognomen, honoratus est testis, dum Syrgianum à quò fuerat laceratus iniuria, non prius in gratiam recepit, quàm ad virginis, & Dei parentis illam imaginem, quam Diuus Lucas appinxerat, iureturando promisit, nihil se contra Imperatorem in posterum machinaturum, sui que domini imperata diligenter esse facturum. Neque enim Constantinus Syrgianum tam sacrorum hostem fore credebat, tamque perfidiosum, atque scedifragum, vt quæ ad sacrosanctam virginis & aram, & talem imaginem iuratus promississet, in animum induceret violare.

DE EMMANVELE COMNEMO

Imperatore Byzantino.

Emmanuel deuicta, superataque Pannonia suo summo gaudio, totiusque imperij gratulatione Constantinopoli triumphauit. Currui autem, quem partim aurum, partim argenteum niue candidiores equi trahebant, imposita est Dei matris imago, quæ mater adiutrix fuerat opportuna. Fortunatas illas rotas atque felices Imperator ipse, imperatorisque propinqui, amici, senatus vniuersus, & qui hononibus magistratibusque præstabant cùm alacres, tūq; & venerabundi sequebantur. Constantinus ite Patologus cum urbem imperij sedē ac domicilium amississet, amissamque felicissimo euentu recepisset, vt primū Constantinopolim cōstitutis rebus recuperata peruenit, coram Diuæ matris imagine illa, cuius scultura sancto Lucæ tribuitur, gratias primū egit, & læticia collacrymauit, mox illam eandē religio-

*Nicetas
Choniata
in suis an-
nal.*

*Annales
Byzantini
G. Grege-
ras in sua
historia.*

gloriosaque pompa circumlatam pedes ipse pro-
quitur. Eam enim in sui effigie Pius & gratus im-
perator triumphare voluit, cui victoriam acceptam
referbat.

DE QUODAM MONACHO.

*Ioannes
Moschus
Euiratus in
suo prato
verè florido
c. 45.*

*Septima sy-
nodus hanc
historiam
Et appro-
bavit, Et
mirata est.*

Quidam solitudinis incolæ Christi Iesu pro-
pignis in oliuarum monte illo sacrosancto
quæ nostri Seruatoris sudor sanguineus
rauit tabernaculum degendæ vitæ constituit, ut
ad multam quidem ætatem prouecto per multum
monem esse licebat opioso. Quotidie enim cum
muni aduersario id ætatis de castitate deque cogi-
cordisque munditia decertabat. Cumque de
libidinis admouendis facibus esset infectus, et
inimico sic aliquando loquutus est: Quotidie
dem pudenda hæc est peruentura contentio
spureissime Sathana senili huic non parca
quam obscena ista quadrant, quæ tu mihi in-
perseueras? Sine me, sine inquam ab inho-
tamine respirare. Dæmon ea sumpta forma
deri poterat, querenti exposcuiatque manach
mitte, inquit, iureiurando nemini enuncia-
se quæ dicam, & te delinam agitare. Iurat for-
fore raciturnum. Tum diabolus, noli istam
amplius venerari & ego venenis ignem subbe-
ad meretrices te impellere, atque instigare de-
Habeat enim senex almæ matris imaginem
bitum cultum adhibebat. Monachus qui
tis conditionem illam non accepit, delibe-
spatium postulauit. Cumque dubitationem
te per se ipse non possit, die postero Abbati
ro viro permagno rem exposuit, à quo hoc
accepit, iurando peccauisti, tamen enuncian-
tesaciendo Christianum officium præstitisti
autem persuasissimum tibi esse debet, leu-

flagitij
eiusque
rem de
crabile
pietas t
que De
nis gene
laptia de
mon ast
religion
genus so
ptura co
re esse co
peruulga
quæ bre
credimus
mum in
posito co
plis nõ s
ptor omi
dum est,
sunt scitu
mon reu
diam exp
dicis trib
(quippe
inquit re
Theodo
autem ad
stantem
& Dei m
Neque v
mita pro
moribus
fortem in
imagis

flagitij in quodlibet vrbis lupanar intrare, quàm Deo eiusque matri debitum cultum & religiosum honorem denegare. Etsi enim libidinis & scortationis execrabile scelus est, & pœnis aeternis vindicandum, impietas tamen, quæ à vera religione nos auocat, quæque Deum, & Dei matrem alterum altero adorationis genere venerari nos prohibet, multò est libidine lapsa deterior, ac detestabilior. Illud mihi crede dæmon astutus agebat, vt in casto tuo corpore animus religionis, ac fidei desertor habitaret. Quod peccandi genus fornicationem si fortè nescis, sæpissimè scriptura compellat, quàm vt à te posset impetrare, castum reesse corpore permittebat, & à mulerculis quæ se peruulgant, continentem. Plura in hanc sententiam, quæ breuitatis causa tacet historicus, à Theodoro credimus esse disputata, vt monachi titubantis animum in religiosa necessitateque venerationis proposito confirmaret. Nosque in his enarrandis exemplis nõ serui, sed liberi sumus interpretes, & quæ scriptor omisit, implemus. Non enim committendum est, vt ex nimia nostra fidelitate lectori aut quæ sunt scitu necessaria ignorandi pariatur occasio. Dæmon reuersus ad monachum violati iurissurandi perfidiam exprobrauit, seque minatus est ante summi iudicis tribunal accusaturum esse peritum. Monachus (quippe Theologus iam ex scola Theodori) iurasse inquit temerè atque indefinitè me pœnitet, rem ad Theodorum retulisse me nunquam pigebit. Quod autem ad virginis cultum attinet, sic habeto, me constantem ac mei similem esse mansurum, Deumque & Dei matrem in vtriusque imaginibus adoraturum. Neque verò iurissurandi religione impedior, cuius tū iurata promissio est, cum illa præstamus, quæ bonis moribus nedum sanctitatibus auersentur. Monachum fortem inimicum dæmon ipse per se ab adoratione imaginis auertere conabatur, qui Imperatorem Leonem

nem Isaurum per duos Iudæos fugitios ac profanos in fraudem induxit, & ab imaginum sacrarum cultu & veneratione suffocauit, quibus dæmonibus in pretibus, ac nuncijs cum faciles aures præbuisse cras figuras vbicunque essent, tollendas euenire que curauit. Sed tabe, dysenteriaque consumptus inferorum raptus est æternos cruciatus. Hunc et Copronymus, Leones quartus & quintus, Marcianus, Traulius. Theophili pater & filius vitam miseram interitu finierunt. Sed de supplicijs reorum hæc iustitiae nostræ Mariæ virginis potentissimæ & sanctissimæq; Reginæ libro huius operis quinto dicitur.

*Filius Theophili
Michael dicebatur, sed eum quidam author Theophilum nominat.*

*Ibid. c. 180.
Hanc Ioannem Euirati librum Photius, S. Ioannes Damascenus, & secundi Nicæni concilij patres spectarunt.*

DE IOANNE ANACHORETA

E Remita Ioannes vir maximi nominis sanctitatis in spelunca vitam egit, quam speluncam sacræ ciuitatis Hierosolymæ vitas fortunabit. Erat Ioanni diuæ Mariæ integritatis virginis, & secundæ Matris Deum filium genitricem in gremioque vouentis imago charissima, solacia, adiutrix itinerum, religionis incitamentum, quotiescunque vel voti, vel sanctitatis causa peregrinandum esset, id quod non minus quam frequenter agebat, ad sacræ huius aram, cuius cererem accendebat, emissisq; precibus & precibus ter suum clementissimæ virgini quam domus huius simulacri modesta, eademque serena faciebrabat, ex animo commendare solebat. Sancti humani generis & mater & domina (hæc erant eius verba Ioannis) quandoquidem via munitur & anceps, & longa, diesque plurimos ad hoc oportet, hæc tibi sit candela curæ, cuius lumen esse perpetuum. Tu igitur lucidam inflammantem conferua, præficeque, vt eam talem redux inuenias qualem relinquo nunc tibi. Da hoc mihi precor homines charitate, proque illa potestate, quæ

eius v
cum v
sefe al
luncar
spatit
Matres
mirac
chi &
quente

DE

R

vnuer
magn
Quare
premi
tæ Sab
gella fl
adiicit
gressi i
lu Chri
fictibu
rum n
Interin
autem
batur,
nutare
tebant
ducta
tibus f
ori ad
permo

tuus vnigena filius tam larga manu permittit. Hæc cum virgine in eius intuens imaginem colloquutus, sese alacer dabat in viam, confecto que itinere ad speluncam reuersus aliàs trimestri, aliàs semestri exacto spatio ardentem cereum semper inuenit, Deo per Matrem, cui nihil negare solet, prodigium illud, miraculum que patriante, piarum que sancti monachi & viam & fiduciam factis admirabilibus prosequente.

DE S. GREGORIO MAGNO, PONTIFICE SUMMO, & ECCLESIAE DOCTORE
mirabili.

Roma furente in dies acrius pestilentia, vrbs affiduis funeribus exhauriebatur, itaque mestum vbi que silētium, tristisque luctus passim vniuersam ciuitatem tenebant, prementium malorum magnitudine iam prope animum despondentem. Quare animaduersa, Gregorius quarto Kalendas septembris populum ad concionem in basilicam sanctæ Sabinæ vocauit, & diuino repletus spiritu, ad flagella flagellis auertenda plebem incitauit, in fine hæc adiecit; e singulis autem ædibus in hunc modum egressi in eadem beatæ Mariæ semper virginis Muris Iesu Christi Domini nostri conueniamus, ac longis ibi fletibus & gemitibus Domino supplicantes peccatorum nostrorum veniam imploremus. Et paulo post. Interim indies magis pestilentia sauebat, ad cæteros autem casus, quibus homines scedè passim absumebantur, hoc etiam mali accesserat, quod multi cum sternerent, alij, cum oscitarentur, repedè spiritum emittebant. Quod cum sepius eueniret, consuetudo inducta est, quæ nunc etiam obseruatur, vt sternutantibus salutem precando, oscitantibus signum crucis ori admouent, subsidium quærent. Quibus rebus permotus Gregorius ad cætera cælestis iræ piacula potero

Carolus Sigonius lib. 1. de regno Italia eisdem ferè verbis.

Idem Sigon.

stero anno, qui fuit quingentesimus nonagesimus
 primus religiosam in die resurrectionis supplican-
 nem instituit, atque solenni in pompa sanctam
 genetricis imaginem extulit. Hæc ex ore eius, Lucæ
 Euangelistæ manu affabrè ad viuum expressam
 in æde diuæ Mariæ ad præsepe in exequiis sita
 mia populi religione conseruabatur. Factum est
 vt imaginem ipsam quacumque ferretur, tetra pes-
 lentis cœli grauitate cedente oprata salubritas fer-
 retur. Qua de re gratulantibus omnibus, ecce a
 lus sanctum virginem his vocibus de cœlo allo-
 est auditus, Regina cœli lætare Alleluia, et
 ad illud, Resurtegit sicut dixit Alleluia, quam
 Gregorius auribus orationem excepit, statim
 instructus spiritu in hunc modum expleuit, Quis
 nobis Deum Alleluia Exinde Antiphona solenni
 clesie paschalis argumento lætitiæ mansit. Neque
 multo post Angelus super Hadriani mole æstans
 strictum mucronē vagina recondens conspexit.
 Quo viso Gregorius exhilaratus conuerso ad popu-
 ore, bono omnes inquit animo estote, nam opor-
 diuinæ iræ, ac furentis iam pridem pestilentie
 Deo ipso annuente ostenditur. Atque ita vt ille
 sensit, ipse deinde morbus elinguit. Ab hac re
 sancti Angeli nomen est inditum. Hæc ita vt
 tualibus scripta sunt, retuli, Sigonius ait, cuius
 que verba protulimus. Et hæc quidem beatissime
 Matris effigies, ex templo, vbi erat, ad sancti S. vi-
 lata est, & à diuo Dominico multo cardinalis
 mirabundi populi comitatu nudis deportata
 bus, quam sacræ sorores, quæ sub eiusdem Domini
 vexillo militabant, nudis itidem pedibus expecta-
 & cum lacrymis, quas animi lætitia fundebat, con-
 runt, seq; beatissimas putauerunt, quod eam im-
 nem, quæ humani generis, hospita ad viuū expe-
 ret, annuente Christi vicario possideret. D. pom-
 g.

*Theodoricus
 de Appoldia
 in vita S.
 Dominici
 lib. 2. c. 8.*

rium
 do ex
 trum
 ta
 quod
 iubet
 debet
 rea vo
 debeat
 cem, v
 tos, ob
 tum,
 putari
 facellu
 pergra
 DE

B
 fini fu
 tem, p
 fecit, a
 ut, q
 Baroni
 basilic
 ta arti
 quolib
 ut. P
 myster
 uinas l
 tem in
 venera
 tricis t
 concil
 storij

rium virginis peramantem fuisse, & hæc quam modo exposuimus, monstrat historia, & litteræ ad Petrum subdiaconum missæ declarant. Siquidem beata Mariæ oratorium dicaturus ad conuiuium illud quod Agapen veteres Christiani dicebant, illa parari iubet his verbis: Sed quia cæcæ ipsius tenuitas exigit debere nos in ipsa diei festiuitate concurrere, propterea volumus, vt ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, verueces duodecim, gallinas centum, quæ tuis possint rationibus postmodum imputari. Nouerat Gregorius liberalem se esse debere facellam ei matri dicantem, cui & est, & semper fuit pergrata benignitas.

*Regist. li. r.
epist. 54.*

DE XISTO PAPA HOC NOMINE

tertio.

BASILICAM sanctæ Dei genitricis Mariæ cognomento Maioris, quam Patricij sumptibus, vt iam diximus, fecerat Papa Liberius, Cælestini successor Xistus huius nominis tertius labentem, præcipitantemque mira quadam liberalitate refecit, atque reposuit, & aureis imaginibus decorauit, quas tamen vetustate temporis dedecoratas, Baronio teste, Cardinalis Dominicus Pinellus illius basilicæ dignissimus Archipresbyter summa adhibita artificum diligentia clarorum renouandas, & à quolibet detrimento seruandas, liberandasque curauit. Plures quoque adiecit imagines specie perpuleras, mysterio venerandas, quæ sacrosanctæ virginis diuinas historias in memoriam reuocabant. Huius autem in ampliorem formam redigendæ basilicæ, & venerandis diuinis statuis exornandæ, Dei que genitricis titulo consecrandæ, occasio fuit ex Ephesino concilio. Vindicata enim Dei genitrice Maria à Nestorij conuicijs detestandis, placuit Sixto pio præ-

*Ex epistola
Hadriani
Papa ad Ca
rolum ma
gnum imp.
Ro. 2. ep.
Rö. Pontifi
cū. ep. 3. c. 19
Huius l. c. 1.
to. 5. Anali.
in hist. 3.*

claroque pontifici tantæ causæ victoriæ in Deiphan honorem hanc tanquam triumphalem & arcum fornitem apparare.

DE S. MARIA ÆGYPTIACA.

Sophronius Hierosolym. episc. & cōcil. Nicaniū secundum Act. 4 hanc agnoscit historia, Damas. de imaginib. Menologia Orientalis Ecclesie, occidentalis Mar. syrologia.

AEGYPTIACA illa Maria, cuius in vulgari cognomen est notum, plurimos annos a diuini, impudicitiaque seruiuit, rebusque venereis turpitudini frenata laxauit. Sed qui ad Magdalenam respexit, huius etiam misertus est Deus. Quæ adiuutore peregrinationem ad sacram Solymoriam suscepit, quam toto ex orbe Christiani populi nostri liberatoris, ac vindicis mortem, crucem, & sepulchrum piis & votis & itineribus frequentabat quidem impudica meretrix scortandi animo, sed se multis in vrbe celeberrima peruulgandi, Deumque infinita bonitas meliora, salubrioraque precorabat. Adita iam Hierosolyma, cum in religiosissimum Christianorum illud templum vellet intrare, & quælenociniis captus auro argentoque & vitæ thesauro longè precioso priuatura persequi pedem frustra tentat inferre. Nam ingredi cœptam vis quædam diuina repulit, iterum acceperat intrare cupientem, eadem illa virtus diuina impedauit, cumque à templi valuis ac foribus diuina se cerneret prohiberi, ac secum tacite causam introgaret, libidinosæ, obscenæque vitæ infamia se per oculis mentis ostendit, & colluuiio flagitiorum suorum sibi conscia, se agnoscere, & vitæ superioris longo interuallo lamentari cœpit. Ergo ad Deam imaginem, quæ in templum ingressus prima spectabat, oculos, & vultum prima sustulit, & in humeris dum flens, atque eiulans cum Christi matre conuersatur, cuius memoriam sancta illa effigies excipit. Domina virgo, quæ immortalem Deum concipit mundissimo, & anima omnis maculæ experte

sti, adiua me desertam, & solam, nihilque habentem
 adiumenti. Et quando ille idem, quem immaculatam
 peperisti, ut eos, qui peccant, vocaret ad poenitentiam,
 venit in mundum, tu mihi dexteram porrige ex his
 vitæ sordibus, cænoque impurissimo emergere cu-
 pienti. Deinde pollicita est omnibus mundi illecebris,
 quæ sunt inuitatrices voluptatum, pro nihilo habi-
 tis, vitæ cursum se esse directuram, & mores corrup-
 tissimos mutaturam: tantum in templum illud au-
 gustum introire & Dei offensi gratiam reconciliare
 liceret, Virgine deprecate, post preces emissas, & vota
 licuit intrare, licuit salutiferi ligni, & Christi in eo
 mortis sanctissimæ, atque beneficentissimæ renoua-
 re memoriã, permillum est ut religiosis laudibus &
 præconiis nostræ redemptionis mysteria prosequere-
 tur, conceditur cœlestibus animum explere deliciis,
 & clementissimæ matris opem experta etiã atq; etiã
 se illi commendabat. Et eius ad voti solutionem pi-
 um patrocinium implorabat. Inde digressa tantum
 abfuit, ut vitæ prioris errata repeteret, relaberetur in
 vitia consuetã, mundi suauitates regustaret, Ægypti-
 que ollas in Ægypto nata atque educata requireret,
 ut corporis immemor in solitudine vixerit, com-
 missaque scelera incredibili asperitate puniuerit. Pug-
 nas verò cum malo dæmone tum assiduas tum hor-
 ribiles, truces, & feras eò superabat, & vincebat a-
 lacrius, quò frequentius virginem inuocabat. Hæc
 erant solitaria Mariæ verba semper in ore: Tibi o
 sanctitatis amatrix, quæ mihi tale immerenti, te tam
 humanam præbuidisti, neque spurcæ meretricis pre-
 ces repudiasti, sit honor & gloria, esto mihi salutis
 magistra, & rerum præceptrix diuinarum, viam ad
 poeniendum indica, neque me improbam & perdi-
 tam vllò vnquam tempore derelinque. Ac qui-
 dem succurrente virgine, & solatia de cœlo mitten-
 te annos septem & quadraginta Maria noua iam
 mulier

Maria aegyptiaca meminit Sigbertus de viris illustrib⁹. c. 69. Nicephorus li. 17. c. 5. ei⁹ vitam versus scripsit Hildebert⁹ Archiepiscopus Turonens.

mulier in eremo traduxit, diabolique multipliciter pugnas virgine, quæ castitatis patrona est, adiuuante confecit. Quis enim Ægyptiaca Maria vel periculum metueret, vel mali pateretur, cuius intemerata uago ut nubes opposita, nimios solis defendebat ardores? quamque velut ignita columna eadem ipsa uago integerrima in vniuersisque tenebris illustrabat? Hæc enim noctem, quæ solis absentia terras opacat, Dea Mater si vult illuminat, & ab animo caliginem, obscuritatemque depellit. Et quidem illis omnibus, qui in cæno libidinis, & flagitiosæ vitæ sordibus abegrediendo volutati ad castitatem aspirant, & corporis ardentique munditiam expetunt, expetitam assequuntur præclarum & illustre exemplum nostra hæc audit Ægyptia, habentque grauissimi pellicatus tenent cuius regulam normamque suæ vitæ correctæ & commutatæ rationem modumque conformant. Huius exemplo complures meretrices ad meliorem frugem conuersæ arduum vitæ genus arripuerunt huiusmodi pœnitentibus Constantinopoli monasterium Iustinianus imperator instituit.

DE S. EDMUNDO ARCHIEPISCOPO
Cantuariensi.

Robertus Richius & Robertus Baconius in vita S. Edmundi. Multa quoque Edmundus Vincencius in suo speculo li. 32. c. 67. & deinceps.

PHILOSOPHIÆ interpret & doctor Edmundus contra atque illi faciebant, qui in ecclesiasticis dicendi curriculo versabantur, sacro inter quodotidie, & horarias preces, quas canonicas dicitur recitare consuevit, suisque discipulis, ut idem facerent persuauit. Quo autem commodius id exequi possent, sacellum in honorem beatissimæ virginis, quam in pensè amabat, pulchrè adornauit. Theologiæ studium pertractans, cuius ei erat periuicunda cognitio, inuenit gloriosæ Deiparæ eburneam ante oculos habebat, cuius in ambitu atque orbe, nostræ per libertatis mysteria efformata & picta fulgebant.

intuens cum ipsa lectione orationem, diuinarumque rerum meditationem coniungebat. Neque ad intelligendum modò, sed etiam ad agendum vno atque eodem tempore se ipse comparabat. Precationem illam, quæ incipit ò intemerata, in Mariæ virginis, sanctique Ioannis Euangelistæ memoriâ diebus singulis vsurpabat. Sed cum aliquando studiorum impetu abreptus quotidianæ huius precationis esset oblitus, nocte insequenti diuus Ioannes se illi demonstrauit, manumque iussit explicare, quam iam erat ferula percussurus, ut à ludimagistris fieri solet, si quando discipuli imprudenter egerunt. Mox tamen placatus dexteram retraxit Apostolus, quam ad vulnus infligendum quasi commotus extenderat, amiccque monuit, ne vnquam virgini matri, sibi que acceptas preces illas omitteret. Singulis diebus Edmundus Christum cruci suffixum verbis illis adoramus te Christe, salutabat, pontificias simul preces ad omnes horas. Sanctique spiritus, & beatissimæ virginis, atque exequiarum quotidie recitabat. Pecuniolam tum collectam, cum discipulos liberales disciplinas edocebat, puluere opertam in fenestræ angulo recondebat, & terram terræ se dicebat adiungere. Quæ tandem rapacium quorundam præda fuit, Matutinis, quæ nocte cantantur, precibus aderat, quibus absolutis coram virginalis Mariæ Matris ara persistebat in precibus. Intra breue temporis spacium Theologiæ Doctoris ornatus est titulo. Euasit etiam concionator egregius, & præceptor admirandus, multi que magistri ex eius schola prodierunt, ex quibus non pauci sacerdotiis spretis, iisque præpinguibus, Edmundi oratione incensi, monasticam vitam elegerunt. Quadam nocte ignem in suo gymnasio ardere somniauit, atque inde faculas septem defumi. postero die Edmundo superiore loco sacram theologiam, vti solebat, exponente, abbas quidam

dam Cisterciensis aduenit, septemque ex eius auditoribus ad religiosam vitam profitendam eduxit. Id quod Edmundo iucundissimum accidit, cui auditorum numeri & frequentiae ob religionem decessu dolori non fuit. Quadam alia nocte ad lucernam lectitanti somnus obrepit, musque introgressus lumen extinxit, experrectus ut se vidit luce privatum, dulcissimum Dei matris nomen appellauit, quoniam tocato lumen est caelitus restitutum. Ob episcopi munus sanctissime obitum in multorum odium currerat; nempe quibus suorum flagitiorum tembras noctemque sectantibus cum caelo claro ac lucido conuenire non poterat horum insolentiam tam moderatè tulit, ut diceret, si vel utrumque mihi brachium mutilent, vel oculos eruant, nihilo tamen minus habebō clariore. Sunt enim illi quam roburissimi, quos Mariæ matris lacte scimus esse nutritos.

DE S. ALEXIO.

*Simeon Metaphrast. de
vitis sanct.
Inlij.*

CUM sanctus Alexius relicta patria Edessam peruenisset, & in vestibulo ædis beatissimæ virginis Dei parentis, ac nostræ Domini nos septendecim traduxisset, ipsa Mariæ matris incho go Alexij sanctitatem declarauit, templique adinuuit edituum, ut Alexium introduceret, neque incho so aditu, ac limine tam diu manere permitteret. nulla interposita mora à templi est custode perfectio. Dignus quidem Alexius, quem superius ascendit Mater Dominaque iuberet, quandoquidem illi conuiuio postremus accubuit, & extra templi tam longo tempore pernoctauit.

DE S. HEDWIGE POLONIÆ.

Duce.

HEDVIGIS Samariæ Dominatu nobilitate sed virtute, & vitæ sanctitate nobilior, sanctissimæ imagines permultas habuisse scribitur, dicitur

rumque reliquias quibus vtrisque debitum honorem reuerentiamque præstabat, easque sibi ad Ecclesias eunti præferri iubebat, & in illa templi parte constitui vbi ipsa manere consueffet, vt in eas intuens cœlitum memoriam quos illæ repræsentabant assidue renouaret. Enimvero quæ sanctissimam Dei matrem longè amaret ardentius, illius paruam apud se habebat effigiem, quam manibus tenebat oculisque cernebat, fiebatque vt illius aspectu diuinæ matris quæ imago ipsa referebat, magis magisque amor augeceret. Hac ipsa imagine cum interdum signaret ægrotos, illico sanabantur. Non enim infructuosa illius esse pietas poterat quæ beatissimæ virginis speciem tam religiosè circūferret, tam honorificè custodiret, tamque pijs affectibus obseruaret. Hæc est illa Hedvvgis, quæ vno sacrohaud contenta, quot essent in vrbē presbyteri, tot sibi sacra fieri cupiebat. Ad omnia sacrificia, quibus ipsa interesset semper aliquid vel per se, vel per suos offerebat. Ab eo qui rem diuinam fecisset, vt sibi manus imponeret, supplex contendeat. Quid ego lacrymas proferam? quid frequentem tum generosi, tum delicati corporis adhesionem cum terra. Quæ profectò declarant, quanti hæc inclyta potensque matrona preciosissimi Christi corporis & augustissimi sanguinis sacrificium æstimaret. Cum aliquando caluum quendam monachum in Ecclesiam ingredientem cōspicata sacerdotem credidisset, vt se presente rē diuinā faceret, obsecrauit; negat ille sacris ordinibus se initiatum, hic illa erati veniam postulauit. Ad eò quēquam ne offenderet, metuebat. Nam quæ sacrorum audiendorum audissima fuit, caluitium habuit pro corona, & vertice rasō presbyteri. Et quod optabat facile credidit. Vir eius Henricus Dux, & præpotens dynasta Poloniæ ipsa Hedvviige vxore hortante, atque ad eò impellente magnificum templum, sumptuosum

*Laurent.
Sur de vitis
sanct. Oët.
Engelbert
Monachus
Cisterciens.
in huius vitæ
matrona
& Cromerus
de gestis
Polonorum
li. 13.*

olumque canobium omnipotenti Deo, beatissi-
 mæ virgini Mariæ, sanctoque Bartholomæo Apo-
 lo dicatum fabricauit. In eo Heduigis sacras for-
 res virgineo decore præditas Cisteriensis ordinis
 collocauit, tantaque viriusque coniugis libertas
 fuit, vt mille corporibus alendis anniuersaria pecunia
 suppeteret. Quin & monasterij perpetuæ hospiti-
 ti vectigalia contributa. Tandiu dum monasterij
 templi ædificatio durauit, neminem facinorosum
 fontem sanctæ Heduigis sinebat interfici, legibus
 que & nature sacere satis, sed capitali condonam-
 plicio operi extruendo manus adiuuere, & non
 corpus intendere, ac de fatigare, qui morte dignum
 scelus admiserat, cogebatur, laborandi diuinitus
 pro delicti magnitudine cuique definita Christus
 legis, doctrinæque rudes non modò per alios, sed
 ism ipsa per se docebat. Confessionis, precum
 placandi, reconciliandique numinis præcepta
 in his mulierem quandam annosam, ac reuerentem
 Dominicæ orationis ignaram tanto studio curauit
 vt per hebdomadas decem à suo latere discedere
 non sit: & intra cubiculum, vbi dormiebat, quæ-
 sitare iusserit, iisdemque parietibus continen-
 luerit, vt precationum maxima pater nosse
 culcandi commoditas esset, ipsaque audiendi
 itate condisceret, quæ cum tanto sui periculo
 la amicula nesciebat. In sanctarum numerum
 uigis tantis pro meritis à pontifice summo Cle-
 mente quarto relata. Quo die translatum est corpus
 to sepulcro, exesa carne, & membrorum car-
 luta compage tres illi digiti sinistrae manus
 reperti sunt, intra quos parua illa erat imago
 virginis sacrosanctæ, quam diximus. Moriens
 tam arcto eam nexu tenuerat, vt relinquere
 fuerit: verentibus piis illis sceminis honestis
 tronis, quibus extinctæ Heduigis ad sepulchrum
 con-

compo-
 quenda
 & tota
 ergo in
 cum fer
 Discant
 cipuli,
 formina
 num fac
 tum illi
 exhibere

DE Q

A

& adiect
 id est per
 mulacrum
 centos an
 psium Br
 templis, f
 tem Lage
 set capta
 sum, ben
 rificè affe
 ne licet h
 mendat
 stinctu at
 ne premi
 Tres e
 garunt, hi
 plina, ita
 diti, tertiu
 rum castri

componendæ cura mandata est, ne si vim in extorquenda imagine validius adhiberent, non integram & totam, sed laceratam, rupramque reciperent. Eam ergo in sepulturam mortua intulit, quam viuens circumferte solita esset, & nunquam è manibus ponere Discant discant Isaurici illius serpentis venenati discipuli, quid potens, iuxtaque sapiens & sancta hæc fœmina, miraculorum gloria perillustris de imaginum sacrarum veneratione sentiret, cum omnium, tum illius maximè, quæ Deiparæ figuram aliquam exhiberet.

DE QVADAM BEATÆ VIRGINIS
per antiqua imagine.

ARchiepiscopus fundator noster pro veteri *Franciscus*
sua erga nos voluntate templi ornatum au- *Bencius in*
xit, binas campanas donauit, sacrauitque, sed *annalib.*
& adiectum eidem templo donum incomporabile, *c. de collegio*
id est peructus & multis nobilitatum miraculis si- *Cöfluentino*
mulacrum Deiparæ virginis, cuius domicilium tre- *prouincia*
centos ante annos in ea, quam colimus æde. Hoc i- *Rhenani*
psum Brandeburgicus Albertus nefarium bellum *ijdem ver-*
templis, sacrisque imaginibus indixit, in præterfluen- *bis.*
tem Lagonum proiicitur, sed mulier, quæ cum fuisset
capta pedibus, huc confugiens, receperat gressum,
beneficij memor clam extractum domi honorifice asseruauit:
moriens marito ex senatorio ordine licet hæretico in
extremis mandatis diligenter commendat: hoc etiam ipse
vxoris respectu, an Dei instinctu attentare non ausus
in pretio habuit, non sine premio.

Tres eius filij ad catholicam religionem se aggregarunt,
hi quemadmodum nostrorum olim disciplina, ita nunc consilio
vtuntur. Duo sacerdotio præditi, tertius in Galliam à
patre missus ad hæreticorum castra mutato itinere,
consilioque, vt sub Parmensium

fiu[m] Duce mereatur, in Belgium profectus. Hoc
tur decus, & tutamen templo additum. Ex quo
ctum vt maior, quam antea, fructus manar[um] in
ternos.

DE QVADAM PIA FOEMINA

Tilmanus
Bredenba-
chius l. 3. sa-
crarū colla-
tionū. c. 19.

IN Embricensi vrbe, mulier quædam Odilia
mine à prima ætate clauda, atque impos
endi, cum ad sanctæ Aldegundis templum
manibus alienis delata, vel pedetentim ipse pro
nisset, & coram Deiparæ virginis imagine pro
ta preces fidei, speique plena ex intimo cordis
fudisset, neque multò post è terra surrexisset, ac
quò illo, congressuque virginis, sanitatem mem
rum reportauit, benignissimæque Mariæ De
gratias egit, quanta maxima potuit animi pro
Sequuta mox populi lætitia, & campanæ ob
gloriam latissimè sonuerunt. Hęc Tilmanus
batissimæ mulieris ore cognouisse se ait, quæ
dicebatur, cui Odilia cognita erat, & in illa de
membrorum, claudicandique molestia, & cur
tissimæ virginis beneficio rectis iam & soluta
bus incedebat, compluresque alios, quibus hab
fides fuisset, hoc ipsum sanatæ Odiliæ mira
iurando confirmasse. Eadem anna vidisse se
hanc Deiparæ imaginem vim lacrymarum pro
dentem, iisdemque, religiosi cuiusdam manu
bito linteolo, abstergis nouas defluxisse, imago
pectus præ lacrymarum abundantia maduisse
balaque hoc ipso nomine alacriter esse pulsat
batur annus vigesimus septimus supra sesqui
simum, quo videlicet tempore deprauatæ religio
& Lutheranæ perfidiæ venena proruperunt, in
que belgium infecerunt, quas ipsas clades in
Dei mater & lamentari, & prædicere videbatur
cum finitimæ gentes scædis tumultibus agerent
cinaque ditio miserabiliter perturbata, bellorum

pestate c
sedition
minus in
nus scrib

DE A

V

plum, qu
& sacras

nem bea
na subiec

ni Dei M

Hanc ex

vi, neque

potuerun

triumpha

culum pr

ingenti g

quod in L

mo quing

uenisse scr

mente, tr

tas, quas

nec vulga

stamis cu

miū qui

quos pa

imagines

corū pote

punit. Qu

quam sup

bit. Neq;

demus ef

que mort

pestate quatiatur, Embriica tamen beneficio virginis
 seditionum, & motuum quasi quidam limes & ter-
 minus in tanta rerum offensione, vt idem Tilman-
 hus scribit, inconcussa perseverat.

DE ANTVERPIENSI FRANCISCA-
 no ranobio.

VASTABAT hæretica rabies Catholicorū Ec-
 clesias, nullisque imaginibus parcebatur. Cū-
 que inferni prædatores in D. Francisci tem-
 plum, quod Antuerpiæ celeberrimum erat, irruissēt,
 & sacras effigies deturbassent, ventum est ad imagi-
 nem beatissimæ virginis amictam sole, & pedibus lu-
 na subiecta, qua figura quondam ostensa diuo Ioan-
 ni Dei Mater est, & si illa etiam ecclesiæ typus fuit.
 Hanc ex summo tholo pendentem, nulla neque
 vi, neque arte sacrorum hostes deicere, & demoliri
 potuerunt, intactaque & immobilis de suis hostibus
 triumphauit, suiq; cultoribus lætissimum specta-
 culum præbuit. Hanc eandem Tilmanus non sine
 ingenti gaudio se vidisse testatur. Non est dissimile,
 quod in Delphensi Hollandiæ oppido, anno millesi-
 mo quingentesimo trigesimo tertio, idem auctor e-
 uenisse scribit, omnes castelli domos incendio consu-
 mente, tres Deiparæ imagines diuersis in locis posi-
 tas, quas summa religione venerabantur oppidani,
 nec vulgariter ars ipsa, & venustas commendaret, à
 flammis cuncta perdentibus intactas permanisse. Ni-
 mium qui se à Romanis militib⁹ cōprehēdi passus est,
 quos paulo ante prostrarat, retroque labi cōegerat, i-
 magines sacras alias defendit, alias furentiū hæreti-
 corū potestati, libidiniq; permittit, & scelera scelerib⁹
 punit. Quod grauissimum vindictæ genus est. Quā-
 quam supplicij tarditatem grauitas ipsa compensa-
 bit. Neq; tamen inseram mortē tormenta omnia vi-
 demus esse delata. Punit persæpe viuos Deus, cosdē-
 que mortuos flammis addicet sem piternis.

Ibid. c. 23.

Apoc. 12.

Ibid. c. 24.

*Franciscus
Bencius in
Annalib.
Societatis
de hist. pro-
uincia Au-
stria eisdem
verbis.*

*Templum
erat domus
probationis
Brunansis.*

Quidam in inimicum ardebat odio ita impetibili, vt subtraheret aures sermonibus; hoc conuenit vnus è nostris, orat, vt quando- dem aures habet obstructas, oculos tamen sibi cōfios esse ne patiatur. In templum nostrum concedum defixo obrutu in beatæ virginis imaginem deprecetur. Dictu mirabile, sed verum, percussit vnus de repente hominem, vt exclamauit, do vobis libens, obliuiscor iniuriæ. Condona tu mihi. Condona peccata mea, quæ etiam statim ad confessionem, sacraque communione expiatur. quidam genere nobilior, quam fide, vxoris in Valdesem sectam ingressus, è templo, quod habitus sanctorum eiecit simulacra illa præfatione viuere videndi, audiendi, loquendique sensu carerent. diu dilata numinis ultio; qui videre noluit in ætas, vt dicebat, & surdas imagines, in ædibus surdosque liberos, quos identidem ei pariebatur perferre cogebatur. Res erat in ore multorum serparens venienti ad eum vni ex nostris in sobolem ostendit, querit noster qua ratione dæ ille animæ adduci possent ad fidem. Ostendit illi, crucifixi effigie aliisque mysteriis per quibus mentes oculorum nuncio mouentur. vna via vtor quotidie ad meos erudiendos. cum audisset noster, culpam homini oblectant luebant filij immerentes, & res ipsa, quæ appropinquat de sacrarum imaginum ad rudes docendos confessionem veritatis extorsit.

*DE IMAGINE DEIPARÆ VIRGINIS
ab icō fulminis conseruata.*

Collegium de cœlo tactum diuina opem Natali Christi die horis ante meridiem

pluuia
ret, in
sus igni
vrbis
so eueri
fregit. E
tate ma
de scd
refecit, c
nostris
pinnis a
ruit. Lab
camerat
fragmen
cubiculo
minus v
triti mis
u. Sacer
fessionib
nas Chri
procul ab
dificata
tet trans
panete e
stabilis
erum, q
splende
nisque v
pondere
bulis mi
minuta
pedes v
perstitit
quidem
ulta. E
euadere

pluuiâ, grandineque crebescente cœlum stupe-
ret, inter ingentes fragores conflictu nubium illi-
sus ignis, turrim quinque tabulatorum æditissimum
vrbs ædificium grauiter vulnerauit. Primum decus-
so euersoque fastigio æra campanæ loco mouit, nec
fregit. Fornices tamen campanarum, saxaque inusi-
tate magnitudinis quoquo versus latè disiecit: dein-
de fœda ruentium lapidum strage intra quidem pa-
tescens, comminuitque contignationes, vbi aliqui de
nostris habitabant, extrinsecus verò murum turris à
pinnis ad fundamentum vsque horribili sulco ape-
ruit. Labefacta etiam portæ urbanæ, quæ suberat, cõ-
cameratione. In omnes partes volantium lapidum
fragmenta, flammæque ac præcipue in collegium
cubiculorum tectis fœdè dissipatis subierunt. Quo-
minus verò nostri aut fulminati, aut certè saxis ob-
titi miserabiliter interierint, misericors prouidit De-
us. Sacerdotes in templo procurandæ rei diuinæ, cõ-
fessionibus excipiendis, reliqui socij in sacello ad cu-
nas Christi orationi vacabant. Vterque locus à turri
procul abest. Illa etiam res accidit digna literis, in æ-
dificata turri est tecta ambulatio, qua è collegio pa-
tet transitus in gymnasium. In altero ambulationis
pariete est fornix cinctus columnis, ibi in strato è
scabulis visitur perelegans virginis Deiparæ simula-
crum, quod eo die vestibus auro gemmisque intextis
splendebat; in hanc maximè partem, saxorum, fulmi-
nisque vis incubuit. Maior ambulationis pars lapidū
pondere, flammisque ad terram afflicta. Stratum è ta-
bulis minutatim discretum, colunæ ambustæ, com-
minutæque, ingentes lapides amplius quindecim ad
pedes virginis ceciderunt, inter ruinas ac flammæ
perstitit incolume simulacrum, ita vt ne vesti bus
quidem minima ignis, alteriusve rei nota fuerit in-
iusta. Exterrita fragoribus vrbs, & quorsum flammæ
quaderent, sollicita accurrat in collegium, ad feren-
dam

*Idè Benicius
in Annalib.
de collegio
Bracharæsi
in Lusitan.
ijsdem ver-
bis.*

dam perditis rebus opem. Cum præter spem fo-
saluos & incolumes, integrum virginis simulacrum
videret; tunc verò obortis lacrymis edere clarum
lætitia indices, beneficam in nos mirari num-
prouidentiam, veperanda, intuendaque virginis
græ animum, oculosque explere. Hæc ita Benen-
de sacra Deiparæ imagine & antea diximus, & le-
alias dicemus, vbi libet enim virginalis figuræ
tio in hac nostra occurret historia.

INVOCATIO VIRGINIS IN MISSA
*sacrificio, in eiusdem laudem preces horariae,
officium Sabbatinum.*

CAPVT VII

De sancto Iacobo fratre Domini.

*Ex eius li-
turg. quam
sexta syno-
dus genera-
lis habita
Trullis ag-
noscit, ut
constat ex
can. Iacob^o
de consecra.
dist. 1. Hanc
eandem Pro-
clus grauis
author ob-
seruat, ac
suspicit.*

APOSTOLI, quos ipsemet Christus
Dominus erudiuit, Apostolorumque
colendæ Mariæ virginis, amandæque,
nem cum ipso nutricis lacte suxerunt. Hinc
gnatius virginis amore flagrauit, ad primum
Dei Matris aspectum Areopagita Dionysius
puit; Lucas vnâ & alteram diuæ Matris expre-
figiem, vtque Mariæ lineamenta, qui eam de-
norant, viderent, diuini huius pictoris
charitasque perfecit. Sanctus quoque Iacobus
sto moribus, facieque simillimus in sua villa
& sacrificandi Christiana forma Mariam excelsi-
simis nominibus appellare non desinit. Vocat
ciosiore Cherubim, gloriosiore Seraphim,
rum donorum cumulum, quæ à Deo virgo
accepit, superlata quadam voce significat. Iacobus
sibi vult Superbenedictæ nomen, quo Dei
Iacobo Hierosolymæ primo Episcopo compo-
Quin & hortatur populum, vt cum presbyter
faciente non modo reminiscatur Deiparam,

ploret
strant
mam
stran
tam M
mus, v
cordia
precant
bere dig
præ om
sponde
ram, cu
non ca
rubim,
incorru
mus, &
gratia re
tus, & h
stutatis
tus ipse
ex qua I
ab omn
& semp
num sec
o gratia
Iacobi si
reddidit
rum li
Ambro
verbo e
compre
suis My
ne desu
postolo
præfatu
Et illud

ploret etiam atque inuocet, id quod verba illa demō-
strant (commemoremus sanctissimam, gloriosissi-
mam, immaculatam, benedictam Dominam no-
stram Dei matrem, ac sempiterna virginitate prædi-
tam Mariam, sanctorumque omnium inemores si-
mus, vt eorum precibus, atque intercessione miseri-
cordiam consequamur.) Post illa verba sacerdotis
precantis Deum, vt sanctorum suorum rationē ha-
bere dignetur, sed præcipuē virginis super omnes ac
præ omnibus benedictæ, chorus illa subiicit, atq; re-
spondet: dignū est vt te verē beatam dicamus Deipa-
ram, culpæ prorsus expetem, in quem reprehensio
non cadit, Dei nostri matrem honorabiliozem che-
rubim, gloriosiozem Seraphim, quæ Deum verbum
in corrupta peperisti. Te proinde verissimè collauda-
mus, & magnificis verbis extollimus. Tibi ò plena
gratia rerum vniuersitas gratulatur, Angelorum cœ-
tus, & hominum genus applaudit, Templum san-
ctitatis, paradus mundissimæ vqluptatis, qua spiri-
tus ipse reficitur, & animus recreatur, gloria virginū,
ex qua Deus corpus assumpsit, & puer factus est, qui
ab omni æternitate sua vi & potestate cohærens, idē
& semper est vnus. Tuum ille vterum suum thro-
num fecit, cœlisque ipsis reddidit ampliozem. Tibi
ò gratia plena mundus acclamat, gloria tibi. Hæc in
Iacobi formula, & si nos non omnia iisdem verbis
reddidimus, sententia continentur. Ex hoc fonte sua-
rum liturgiarum hortos Basilius, Chrysostomus,
Ambrosius irrogarunt. Mariam enim tertio quoque
verbo compellant, nominant, laudant inuocant,
comprecantur. Quæ Cyrillus Hierosolymitanus in
suis Mystagogicis ponit, ab hoc eodem Domini fra-
tre desumpsit. (Sursum corda) ab hoc habemus A-
postolo. Quæ de immensa Dei gloria Cyrillus idem
præfatur ante facta Mysteria huc referri debent.
Et illud ꝛ orate pro viuis & defunctis. ꝛ Quodque

Diz-

*Psal. 33.
Vide sancti
Seueri pa-
triarchæ
Alexandrini
preces
nuper lati-
nè cõuersas.*

Diaconos inclamabat ante Eucharistiæ perceptione
{ osculamini inuicem in osculo sancto, } acceptum
illud intonabat (Sancta sanctis,) inter sumendum
lud ex Dauidis hymno repetebat (gustate & vide
quoniam suavis est Dominus) Syri Apostolorum
primi discipuli in sacro sacrorum, quam missam
cimus, salutationem Gabrielis adhibent, & eã salu-
ri inuocatione concludunt. (Pax tibi Maria, gratia
plena, Dominus noster tecũ, benedicta tu inter
lieres, & benedictus fructus, qui est in utero tuo
Christus, sancta Maria mater Dei ora pro nobis, pro
nobis inquam peccatoribus Amen. Extrat archiepiscopi
missa peruetusta, vbi hæc est inserta precatio,
pro nobis apud Iesum Christum, vt miseretur
mæ nostræ, ora pro nobis in conspectu throni
tui Iesu Christi, lætare immaculata, verè Regina
tare gloria nostrorum parentum, quia peperisti
bis Emmanuelem, ô verè internuncia, atque in-
frita ante Dominum nostrum Iesum Christum
supplices exoramus, vt memor sis nostri, ora pro
bis vt deleantur iniquitates nostræ).

DE S. ILDEFONSO ARCHIEPISCOPO
TOLETANO.

*Julian⁹ Po-
meri⁹ Ecclē
siæ Toletan.
presul Ro-
doricus eius-
dem urbis
Antistes,
Ioannes
Mariana
li. 6. de reb⁹
Hispaniæ c.
10. eslem
verbis.*

EX Gallia Gothica Pelagius quidam, & B
dius profecti veteris Heluidici infanz
las in Hispania exsuscitare cœperant. Ne
virginem negantes perpetuò virginitatem
ille. Horum furorem ne patientia combi-
audacia, aut mora cresceret malum, sibi libe-
sus impugnandum sumpsit, cominus disputa-
eminus libro euulgato, in quo perpetuæ virgini-
patrocinium suscepit. Ea diligentia erroris sermone
si pata, compressique nefarii eorum imposteri-
tus: operæ nauatæ merces, vestis de cœlo allata
it. Cum enim ad nocturnas preces perfolu-

contē
Annu
præce
fulge
cateri
pse pr
funde
rierat
stiori q
bis cor
nitatis,
virgini
nostro
manib
quæ to
ceptis à
oto ian
matum
cem In
bantur
posset,
suscept
muner
moria,
letani,
ztaten
B. Virg
monstr
mentu
la senti
Decem
sacer e
præsen
sepulcr
valent
sublati

contenderet, mense Decembri, ipsa nocte, quæ festū
 Annūciationis diem nuper à parentibus institutū
 præcedebat templum maximum visum est maiori
 fulgore micare, quàm vt oculi mortales ferrent. Tūc
 cæteris aliò atque aliò, dilapsis præ terrore ad aram i-
 pse progressus cum nixus de more genibus preces
 funderet in cathedra, vnde is ad populum conciona-
 rierat solitus, astantem beatam virginem in augu-
 stiori quàm pro humano habitu specie his eum ver-
 bis compellentem audit: cultæ in tuo corpore virgi-
 nitatis, cū mentis puritate fideiq; ardore coniunctæ,
 virginitatis defensæ, præmiū erit ex cœlesti thesauro
 nostroque munus allatum. Inter hæc verba vestē suis
 manibus capiti inseruit, hæc inquiens filij mei, mea,
 quæ toto anno festa recurrunt celebrato. Comites re-
 ceptis à pauore animis cum ad præsulē accurrissent,
 toto iam spectaculo ex oculis sublato, fermè exani-
 matum inuenerūt. Tum metus, tum admiratio vo-
 cem Intercluserat, oculi tantum in lacrymas solue-
 bantur, quòd neque pares beneficio gratias agere
 posset, neque virginem alloquio morari. Sic nimirū
 susceptas pro pietate actiones cōsuevit diuinū numē
 munerari. Cixila Ildephōsi successor hæc omnia me-
 moria, ppagauit ex ore Urbani Archiepiscopi, itē To-
 letani, atque Euātij Archidiaconi accepta: quibus per
 ætatem licuit rei gestæ miraculo interesse. Lapis vbi
 B. Virgo vestigio cōstitit, in ipso tēpli Toletani aditu
 monstratur clatris ferreis inclusus rei tantæ moni-
 mentum. Accidit præterea aut eodem anno, vt Cixi-
 la sentire visus est, aut vt alij malunt proximo, nono
 Decembris die, qui dies virginis Leocadiæ memoria
 facer est, vt ad ipsum Leocadiæ tumulum Rege
 præsentem, atque præsule sanctissimo factis operante,
 sepulcri lapide, quo tegebatur, & quem vix triginta
 valentissimi homines loco mouere potuissent, spōte
 sublato, tumulo egresso Leocadia manum Ildephōsi

*Erant pre-
ces illa de
virgine.
Expectatio-
nem partus
dicimus.*

tangeret, atque in hæc verba prorumperet, Ildephon-
 se per te vicit Domina mea. Tum vniuerso popu-
 metu examinato Ildephonus in Leocadiæ virgine
 laudes effusus, vrbis ei atque Regis patrocinium o-
 mendauit, cupidusque rei tantæ ad posteritatem
 testimonio propagandæ gladiolo, quem ex vagi-
 detractum Rex ea de causa obtulit, veli partem,
 virginis caput tegebatur, priusquam se recipere
 sepulcrum, abscidit. Ea veli pars cum gladio ad
 diem in sacro Toletani templi ætatio conseruata
 visitur.

DE S. BRUNONIS CARTHUSIANORUM
 patriarchæ primis socij.

*Ex histor.
 Francisci de
 Pytheo & ex
 scriptis Pa-
 tri Blome-
 uena Colon.
 Carthusia
 præfecti.*

Carthusianæ militiæ Brunone duce clarissimæ
 Romana in curia, iussu pontificis, pius de-
 sis commorante, primi eius socij vastam
 Carthusiæ solitudinem asperam, sterilem, infrequen-
 tem, ipsisq; auibus inaccessam stellis ducibus
 runt. Eorum animos Bruno literis ex vrbe
 confirmabat. Enim verò tortuosi illius serpentis
 tæ falsæ rerum imagines obuersabantur animo-
 mentis tranquillitatem vehementissimè corru-
 bant. Accedebat hominum ex sua mollitiæ de
 iudicantium fallacissimi, corruptissimi que
 nes, negantiumque fas esse homini in interitu
 luntariū ruere, ac sese remis & velis abdicare.
 ratiunculis argutè magis, quàm scienter con-
 Christi militum animi, in illo religionis primi-
 labare cœperunt, ac sibi timidè nimis omina
 affectis visio celestis saluti fuit, quæ videbatur
 desperata. Deliberantibus enim & inter fracte
 iestè colloquētibus veneranda vir canitiæ & ca-
 crispo se peropportunè mōstrauit. Cuius hæc
 fuit: ancipiti vos video cogitandi cura distractos
 moq; pædet vnusquisq; vestuū, nec facilis cōsul-

in loc
 ego p
 peipe
 & in
 rias r
 hoc se
 Et ve
 tēpore
 petran
 tronos
 trum
 go into
 Claran
 ces ho
 cultum
 bique l
 solitum
 deliera
 hereti
 inuisa
 tuit, pa
 in virg
 virgine
 simq;
 hicide
 non ef
 tem p
 ration
 præter
 dicand
 cidit,
 mus v
 breuer
 secun
 paræ g
 tum p

in locone isto manere, an istinc excedere debeatis: at ego præpotentis Dei legatus, beatissimam Dei matrē perpetuæ virginitatis flore vernantē, vos istic saluos & incolumes, si modò in ipsius honorē preces horarias recitetis, conseruaturam esse, polliceor. Finito hoc sermone senex ille discessit, ne sui quidem relicto vestigio. Monachi incredibiliter animati illo ex tēpore sanctissimā Dei matrē, quęlibet à suo filio impetrantē, & Ioannem Baptistam eremi cultorem patronos ascuerunt; persuasumq; est senem illum petrum Apostolū fuisse, cuius non proximus, sed longo interuallo successor Urbanus secundus, in concilio Claramontensi iniunxit beatissimæ Dei matris preces horarias vniverso clero dicendās, & Sabbatinum cultum, quem virgini virginum principi Ecclesiā vbique locorum exhibet. Etsi lex illa nihil nouum insolitumq; fanciuit, quæ enim aut à Catholicis fieri desiderant, aut fieri non debere pugnabant mendaces hæretici, quibus teterrimis noctuis vlulisq; nefarijs inuisa lux est, Claramontana synodus partim restituit, partim refutauit. Nā & negligentes orthodoxos in virgine colenda lex illa cōmouit, qui verò cultum virginicum abrogabant, eorum impietatem, hæresimq; montis vere clari sanctio illa damnauit. Sanxit hic idem pontifex multa alia Ecclesiæ salubria, quæ non est operæpretium exponere. In primis autē nouem præfationibus decimam addidit (& te in ueneratione B. Mariæ semper virginis collaudare) & quæ præterea sequuntur ad Deiparam laudandam & prædicandam aptissima. Et quoniam concilij mentio incidit, quædam alia virgini perhonorifica memoremus vt capitis vnus in hoc nostro libello, quem esse breuem cupimus, compendium faciamus. Nicænū secundum idq; generale quā multa decreuerit Deiparæ gloriosa, nemo doctus ignorat. Etsi illa non tum primū patres statuisse, sed veterem Ecclesiæ morem

Carolus Sigonius libr. 9. de regno Italia.

morem iam inde ab Apostolis in veneranda inuocandaque virgine noua quadam & ea maxima auctoritate sancire, ac roborare voluisse fatendum est. Quo ipso tempore hæretici suam pseudosynodum in Cyprii tyranni turpissimi gratiam Nicæno hæc grauiſſimo concilio impudenter opposites, tam suum Mariæ cultum tribui debere censuerunt. Et eos anathematis, quo carebāt, gladium intentarunt qui Deiparam inuocandam esse negarent, neque rebus omnibus à Deo creatis, siue illæ videntur, sed sub aspectum non cadūt, anteferrent. Quin & Theodosius Episcopus coram patribus eiusdem Nicæni concilij suam perfidiam abiurauit, (fuerat ex iconoclastis) & errorem damnauit his verbis: saluto in uobis, suspicio, ac veneror Iesu Christi Dei nostri uirginem, & eius, quæ ipsum sine semine peperit, Mariæ uirginis, cuius auxilium, tutelam, intercessionem nocte dieque ut mihi peccatori subueniam, uoco, ut quæ eam potestatem habet ab illo, quem mundum edidit Christo Deo nostro. Certè Constantinus hoc nomine quartus, qui Agathone Romano Pontifice Constantinopolitanæ tertie synodo presens fuit, salutem & veram & velocem à Deo precum munerum largitore sese sperare professus internuncia uirgine sacrosancta. In Lateranensi Martino primo & in quinto Constantinopolitano Maria semper uirgo prædicatur, atque eius perpetuæ uirginei floris uiriditas grauiſſimis decretis affirmatur. In Ephesino illo sanctissimorum patrum inuocabilis gloriæ conuentu & concilio Maria uirgo primo ore Deipara nominatur, in sexto Byzantini patriarchæ Hierosolymitani præclaro de uirgine testimonium & recitatur, & patrum magnificis uocibus approbatur.

DE

I

homi

opera

ficere

gulis

timis

nijs

erga

tis

locum

supplic

ces

quod

reus

sacro

nulla

punit

modo

etera

non in

gini

tur. G

reuer

conue

Deipa

Qui v

nome

stend

gitur

Steph

famili

DE S. GERARDO EPISCOPO CANI-
diensi in Pannonia, & martyre glorioso.

IN ea ara, quam Gerardus ad honorem beatissimæ *Laurentius*
nostri Seruatoris matris excitarat, thuribulum *Surius de*
gentium collocauit, duosque prouectæ ætatis *uitis sanct.*
homines adhibuit, qui perpetuò vigilarent, darentq; *Septemb.*
operam ne vnquam thymiana adoramētumq; de-
ficeret. Ad hanc eandem virginis aram Gerardus sin-
gulis sabbatis cum nouem lectionibus, vt in celeberrimis
solennijs fieri solet magnisque laudum præconijs suæ pietatis
explebat officium, & amorem, quo erga cæli Reginam
esset affectus, ostendebat. Cæteris autem diebus matutino
penso absoluto in eundem locum cum sacra pompa veniebat,
quam eandem supplicationem pompamque post vespertinas
preces quotidie repetebat. Nihil vnquam denegauit,
quod Diuæ Mariæ nomine peteretur, ad eò vt si quis
reus ab Episcopi familiaribus edoctus errati veniam
sacrosanctæ virginis interposito nomine postularet,
nulla intercedente mora concederet, fontemque impunitum
abire sineret, suumque filium fore diceret, modò sanctissimam
virginem Dei esse matrem synctera fide fateretur. Quæ vna
ex illis est rebus quam si non imitabimur, tamen laudabimus
admirantes. Virgini gratificantur qui scelera pœnis debitis
vltiscuntur. Gerardo tamen indulgentia ex virginei nominis
reuerentia bene vertebar. Quod in omnes Episcopos conuenire
non potest. Hoc ipso Gerardo auctore Deipara à Pannonibus
Domina est semper appellata. Qui verò de intemerata virgine
loquens Dominæ nomen tacuisset, ei ex Gerardi lege genua
illicò flectenda erant, & corpus humi prosternendum. Iure
igitur ac merito vniuersa Pannonia à sancto suo Rege
Stephano Gerardi, qui eius fuit æqualis, amicissimo familia
sanctæ Mariæ dicta est, appellataque semper. Cæte-

Cæterum Gerardo decursu temporis ab im pio quodam tyranno, qui Pannoniam post Stephani obitum occupauit, pro Christi nomine illata mors est, quæ episcopi dignitatem, cum martyrij honore coniungeret. In quo illud memorabile fuit, quod primus Pannonum martyr prothomartyris Stephani imitator se præbuit. Cum enim lapidibus opprimeretur, illæ in terra genibus contenta voce clamabat: Domine Iesu ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quod faciunt. Hæc precatus, hastæ percussu, obdormiuit Domino.

DE PETRO DAMIANI SANCTI
Romana Ecclesia Cardinalis & Episcopi
Hosiensis.

*Hieronymus
Rubens s.
Libro histo-
ria. Rauen-
natis isdem
ferè verbis.*

Gregorio septimo adhortante, Petrus Damiani per omnem Italiam, sacram inedium laborum die veneris ieiunitatem, in hoc opus crucis instituit, vel potius antiquitus institutum iam fere obliteratum reuocauit. Quod & de hoc precibus, quibus D. Mariæ quotidie debitus cultus habetur, factum est, quas iussit pontifex ab omnibus sacris essent initiati, piè ac sanctè recitari. Rauenna scedens, ac Pontificem aditurus, ne iter esset otiosum inane, monachos inuisit, quos Fauentiæ constitit rat extra vrbs portam in aede D. Mariæ, quam intra vrbs adductam conspicimus. Ibi febre captus octauo postquam ægrotare cœperat die, ex vita migravit ea nocte, quæ diem octauum Kalendas Martias antecessit, anno ab ortu Christi millesimo octuagesimo. Hic est ille Petrus, qui virginem exemplo orationis genere, dum vixit, honestauit, cuius uerba subijciam ex sermone de Annuntiatione quæ Mariæ deditis debent esse promptissima. Quæ voluptatis, inquit ille, vterum Mariæ intelligo, Dominus deliciarum delicias cumulauit. De

Sancti
ista, quæ
in Ang
pse
aliæ co
lo, alia
igne, v
nus, no
Domin
ignitis e
bi furen
ra, quæ
Non est
egreditu
rationis
quem ca
ctus ad c
Exat be
Assump
Christiar
luit, quar
xate, tar

DE S.

no

GE

bl

n

is esse v

stuit, qu

mæ virgi

rectissim

magistro

nomē fu

soli vber

fore credi

Sanctus spiritus in amoris cantico sic eructat, quæ est ista, quæ ascendit in deserto delicijs affluens? nūquid in Angelis voluptatem habet altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in stellis, quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ tenebris obscurantur? Nunquid in aëre, vel igne, vel ventis? Nequaquã, quia non in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in Spiritu Dominus. Si verax est ille, qui curru igneo & equis ignitis est assumptus in cælum. Nunquid in aquis, vbi furens tortuosus leuiathan immoratur, aut in terra, quæ sub maledicto Adæ spinas emittit & tribulos. Non est locus voluptatis, nisi vterus virginis, ex hoc egreditur, & de virgine virgam, de libro autem generationis lineam faciens diuinitatis, hamum inuexit, quem carne operuit virginali, vt draco magnus illectus ad carnem ferrum diuini numinis subsentiret. Extat beati huius Episcopi, & optimè Cardinalis de Assumpta virgine concio perpulcra, extant & versus Christiano poeta digni. Quantum enim ingenio valuit, quantum oratione, veriusque pro illa est cōsequutus ætate, tantum contulit ad virginem exornandam.

DE S. RIGOBERTO, ROBERTVM
nonnulli dicunt, Rhemensis Archiepiscopo.

Generosissimus, idemque sanctissimus Rigobertus Rhemensis electus Antistes nihil omisit, quod optimi, vigilantissimi que pastoris esse videretur. In sua Ecclesia canonicos primus instituit, quibus ærarium comuæ prouidit; sanctissimæ virginis ardentissimus amator fuit, æstimatorque sanctissimus. A Pipino viro præpotente, & equitum magistro villa quam amœnissima donatus, Germacæ nomē fuit, quam Rigobertus sibi dari petierat, quod soli vbertate Rhemensis suæ Ecclesiæ peropportunam fore crediderat. Nam Pipinus, vt erat cum liberalis, tum

*Surius de
vitis sanct.
Ianuarij.
Paulus Æ-
milius lib.
2. de rebus
gestis Fræc.*

tum religiosus tantundem agri Rigoberto promittit, quam tantundem peragrare deambulando per Pipino ipso meridie dormiente. Quin & fama erat viridiorum, lactiorumque illam rutis patuisse, quam in illa meridiatione sanctus presul vobis ex pacto tetigisset, neque ab illo die, quo Rheims cessit Ecclesiae, grandine & tempestate concussaque omnium agrorum & sylvarum commotum let esse calamitas. Externa negotia extra domum tractabat, ut interiora praeponebat, quippe cum Rigobertus prodesset & sibi. Amabat hunc vobis, colebatque Pipinus, suumque proiede filium solum Martellum a Rigoberto voluit baptizantissimis quibusque praeue agentibus, & interter in dominatu se getentibus fortissimè repugnare restitit, ut de eo illud Iob merito dici vobis posset (auris, audiens beatificabat me, & oculum monium reddebat mihi, eò quòd liberassem me vociferantem, & inopem, cui non erat conterebam molas iniqui, & dentibus illis rebam praedam. Post Pipini obitum inter eius filium cognomine Martellum, & inter Karolfredum non leuis orta est de principatu commotio. Cumque Carolus Rhemis transiens ad eam partem peruenisset, vbi Rigobertus extructis habitabat, Episcopum orationi illo ipso tempore tentum his verbis appellauit, iube portam qua quo mihi licitum sit ad aram Mariae virginis vota nuncupare, & preces supplices adhibere. Rigobertus, quem Caroli turbulenti iuuenis occupauit, vrbis animus magis, quam obseruandae virginis pido minimè latebat, nihil prorsus respondit. Illa eadem ter Carolus inclamasset, in hunc modo loquutus est Pontifex: desine nos vrgere, neque enim haec tibi ante porta patebit, quam stet vter vestrum victor extiterit. Offensus

Carolu
 tum re
 rum. V
 narum
 tiffim
 licium
 iustiffi
 tus atq
 scopatu
 meque
 nes exu
 illa amo
 uarus &
 erat a Ca
 episcopa
 celeberr
 nae faciu
 sedem d
 De parat
 cellit Ara
 Rigober
 dicitant
 nes acce
 peranda
 ur. Me
 sanctitat
 quidam
 filit, sub
 cruciat
 que illo r
 ob rem r
 alius tem
 rolus hic
 perfidia,
 Aurelian
 Episcopa

Carolus, si victorem deportet exercitum, Rigobertum respondendi licentiam iurat non impune laturum. Victoria Caroli fuit, quæ esse non debuit, minarumq; haud immemor Rigobertum virum sanctissimum Archiepiscopatu priuauit, & cum à quo sacrum in fontem fuerat immerfus, ingrauiſſimè iniuſtiſſimeq; deposuit. Hic est ille tyrannus sceleratus atque impius, qui omnium primus Franciæ Episcopatus laicis, idiotisq; indignissimè, perfidiosissimèque distribuit. Rigobertus cum d u apud Vascones exulasset in Galliam, aliquando reuersus in sua illa amœnitate (Græonacam appellari diximus) priuatus & pauper habitauit, & ab idiota Milone, cui erat à Carolo contra Ecclesiæ leges Remensis Archiepiscopatus attributus, vt in diuæ Mariæ virginis ara celeberrima sacrificare liceret, obtinuit. Reique diuinæ faciundæ causa, in vibem suæ pristinæ dignitatis sedem duntaxat introibat, quæ vna res Rigoberto Deipatæ amantissimo satis fuit, cætera Miloni concessit Archiepiscopatum quibusdam conditionibus Rigoberto legitimo, iustoque pastori esse redditurū dicitanti. Veruntamen Rigobertus neque conditiones accepit, quas esse videbat iniquas, neque de recuperanda pontificia sede homo quietissimus laborauit. Mortuo extructa honorifica sepultura est, & illa sanctitate digni habiti honores. Sepulchrū dum puer quidam ex illorum numero, qui literas discunt, insiluit, subitq; licentius, acerrimo pedis dolore cœpit cruciari, & quasi spinosis aculeis diuè compungi, itaque illo nunquam amplius ingressus est pede. Eam ob rem monumento cancelli circumdati, ne quisquā alius temerè irrumpeus similia pateretur. Quid Carolus hic mercedis acceperit, & quam habuerit tanta perfidia, operæ precium est scire. Sanctus Eucherius Aurelianensis Antistes, cui similiter idem Carolus Episcopatum ademerat, cum aliquando totus esset

in oratione defixus, multa vidit ostensa diuina
 hūc in primis Carolum supplicijs mactari perpe-
 De Angelo (nā hæc illi obiecta erat species) tenuit
 cuiusdam itineris duce quærenti Eucherio, quæ-
 rem horribiles illas pœnas Carolus ferret, respicit
 est, sacerdotia, quæ sanctis hominibus per sum-
 dedecus, & fraudem inexpiabilem abstulisset, &
 illius tormenti causam esse iustissimam, cum
 animo solum, sed corpore etiam horribiliter
 Eucherium vbi se ex viso illo collegisset, Bonifacium
 & Fulradum viros sanctitate præstantes ad
 visum exposuisse, cōuenisseque, vt veritas
 dæ sepulchrum patefieret. Si cadauer non
 faue nusquam appateret, Angeli & visionem
 tionem haud fallacem fuisse. Efosso, vt sit
 pulchro, truci horribilique aspectu draconis
 corpus nullibi esse inuentum, intimos sepe
 rictes atratos, ac vehementer deformatos
 Extat Adriani Romani Pontificis ad Turp-
 mensum Archiepiscopum grauis epistola, in
 iniuria Rigoberto illata conqueritur.

DE QVODAM SACERDOTE

*Casarius
 Cisterciensis
 M. Mach-
 chus lib 7.
 dialogorum
 cap. 24.*

CVM se Catholici contra Albigenses
 signo crucis armauissent, eorum
 leuiter attriuisent, duo sacerdotes
 fectionis animo, per medias hæreticorum
 ter penetrarunt, & in quandā basilicam
 atque effusam inciderunt. loci strages illa
 semirutū, neque tam vetustate collapsi,
 poni debet in vitio) quā impie facinoroso-
 rum. Illorum vnus, intremus, in ædem
 nino complanata, eam enim partem diuina
 lio furor hostilis reliquerat, quæ sacrificium
 faria est, & ad Deiparæ laudem (sabbatum
 faciamus. Erat liber ad manum, calix, & fac-

*Vide Iacobum Har-
lemium in
prologo ope-
rum Casar-
rij, quæ nu-
per exierūt.*

menta, sine quibus ingredi nō solebant. Alter mini-
strabat alteri, & vicem expectabat à socio, ante missæ
faciem, ecce tibi hæretici exploratoris admonitu, in
templum irumpunt, sacrificantem (ministro vel re-
mittente irā pepercerunt, vel se in tēpore abscondēti
manus in iere non valuerunt) vi è templo extrahūt,
humi delecto ac fortiter astricto linguam excidunt,
tantus est furor, & rabies impiorum: elinguem, atque
exanguem socius post hostium discessum è latebris
emergens & lachrymis & alloquio quomodo potest
consolatur, nec sine ingenti labore, sudoreque subla-
rum humeris Cluniacum perducit, monachisque
commēdat. Illi sacerdotem & piū, & benè notum,
& propter fidem, quod caput est, ac Dei genitricis
religionem Sabbatino sacro procuratam ab hæreti-
cis tam malè acceptum humanissimè tractauerunt.
Sequitæ sunt Epiphaniarum Domini seriat, in qua-
rum peruigilio monachis matutinas preces cantan-
tibus bonus ille mutus bacillo parietem pepulit, &
sibi ministrantes à præfecto cœnobij datos sonitu &
signis, vt potuit, euocavit. Adiunt, & quid velti mu-
tus, obseruant, ille in oratorium se deserti velle signi-
ficat. Negant officiosi illi ministri, vtque sibi pateat, &
labore conquietat vultu magis, quàm sermone lo-
quuntur. Non quod & mutus esset & surdus, sed ne
vox audita dolorem faceret respondere non valenti.
Nitat ille, atq; vrget, gestibusque soll' citat. Quare ce-
dendum inquieto fuit, & in Ecclesiam, vt optabat,
eductus ante quoddam altare sistitur. Illic sacerdos
linguis misericordie matrem implorat ex animo,
pellatque gemebundus & inuocat. Non tardauit
se diligentes diligit, & linguam manu ferens
respondet oranti, quia propter fidem vni genæ filij
dei, filijque mei & honorem mihi habitum sabbat-
ino sacro faciendo excisa tibi lingua est, ecce no-
tam tibi redintegro, ac memor, grataque reddo:

deinde os aperire iubet, atque amplè deducere, apud lu
 missitque digitis linguam inferuit, qua cum hunc cum pu
 prioris radice connexa discessit. Sacerdos lactans no, scrib
 hilaris salutationem Angelicam laudis prima cepit ad
 tegram totamque pronuntiat, ræpius iterato regionis ca
 ministratores tum celeres, tum mirabundi officia; n
 cursant, præ stupore obmutescunt, moxq; pæschola fu
 dio vociferantur. Accurrunt monachi exultans pro
 exciti clamoribus, laudandique & gessitendique ante, aut
 cognita, virginem propter tantum, tamque eodem faci
 miraculum celebrare non intermittunt. Sicut inimum, f
 cepti beneficij memor illo in cenobio manumibus,
 induit, seq; te totum ad monasterij leges adnuente re
 & ad austeram vitæ rationem conformant. Collegij
 dam primarius Ioannes Xantensis macta admittit
 commotus Cluniacum venit, veterisque hinc denuo co
 nouique monachi & linguam vidit, quæ et lud idem
 carne multò candidior, & eius qui mutus fuisse vellet
 cem audiuit. Ex eius ore Ioannis hitoriam & dicta &
 scrius admiratus scripsit, literisque maedum Senex, pro
 hoc vno teste contentus Cluniacensium monas mus est,
 rum conuentum testem citat. lebat. Suspi
 retaque

*Thomas
 Campensis
 lib. de illu-
 stribus Flo-
 rentij disci-
 pulis.*

DE ARNOLDO VIRO OPTIMO

BEATISSIMAM Virginem Arnoldus
 landus studiosissimè coluit, quam ebo
 mat utinas Deiparæ preces antelucanas
 recitabat, sonante horologio eandem verba
 bat Angelicis. Pietatis fructus castitate
 fluit, & petendæ ac retinendæ religionis ca
 mirabilis. Cum enim suis aequalibus, & religio
 iusdam familiæ, ad quam aspirabat, sese Re
 probasset, tamen præfectus explorandæ con
 tutis, periclitandæque patientiæ eum, qui
 ret, quique iuvenes, senesque permultos ve
 ctis à vitæ licentia ad Christi obediētiam tra

deducere apud Iudicem magistrum formare literas iubet, versariq;
 cum pueris: Arnoldus boni patris obsequutus impe-
 los lacrimis, scribendi artem quasi nihil omnino sciret, denuo
 cepit addiscere. Dum quietæ vitæ petitor est, & reli-
 gionis candidatus omnia Christianæ pietatis præstat
 officia; nam quondianæ vel lectioni, vel scriptuoni in
 schola futuræ puerili, orationē præmittebat, quodq;
 opus precatione inchoarat, precatione claudebat; aut
 aut post quotidianum illud scribēdi pensum in
 eadem sacram oraturus intrabat, nihilq; quamuis mi-
 nimum, sciemer omitebat. Ergo Deo charus, & ho-
 minibus, anniq; tentatus & exercitatus spatio, an-
 nuente rectore Florentio viro sancto in Dauentriense
 Collegium vitæ perfectæ illa tempestate domicilium
 admittitur. Quo optato impetrato Arnoldus quasi
 denuo conuertus longè in Dei obsequio processit. Il-
 lud idem velle ac nolle semper est visus, quod Rector
 ipse vellet, aut nollet. Florentij sui moderatoris omnia
 & dicta & facta meminerat, mirabatur, obseruabat.
 Senex, prouectæq; ætatis, pueri, cuius flexibilis ani-
 mus est, cum facilitate tū maximè simplicitate pol-
 lebat. Suspitiones iudiciaq; vitabat, nec quæ vitiosa,
 tetraque vidisset, de illis temerè quicquam statuebat.
 Infirmum locū libentissimè tenuit, terræ imitatione,
 quæ & in imo residet, & se pessandari, conculcariq;e
 sinit. Itaque honoribus sic offendebar, vt alij solent
 iniurijs irritari. Fratrum amantissimus eorum mole-
 stas laboreq; pro sua virili parte releuabat. Laboran-
 di & patiendi ita cupidus, vt admodum ager tertio
 ante mortem die lectum sibi ipse strauerit, ne agro-
 tantium adiutori toties negotium exhiberet. Quare
 facis omnibus ritè procuratis, nihil perturbatus om-
 nino, sed in Deo acquiescens voluntate cessit è vita.
 Non enim illius mors misera esse potest, cuius beata
 vita fuit, & Mariæ matris cultu glorianda.

S. Antoni-
nus 3. par.
hyst. tit. 23.
c. 3. sect. pri-
ma.

HISPANIENSIS D. Dominici discipulus
de ab ipso præclarissimi sui instituti prin-
cipio, in cubiculis depictas S. Mariæ Domini-
cæ imagines habuerunt, quarum creber aspectus Do-
minicæ amorem, & religionē excitabat, quin & ipsi
muni decreto sanxerunt, vt singulis Sabbatis
viriæ preces omninò virginis essent, nisi forte quæ-
gesime religio, vel diei illius festi peculiaris ali-
quæ lebritas impediret. Sacrum illis ipsis dieb⁹ Sab-
baticis cum sequentijs, vt vocant, canebatur. Quo-
ætatē, si Antonino credimus, neq; Romæ
vlla alia ex relegendis familijs obseruabat. De
quos sequentijs appellant, credibile quod Antoninus
affirmat; suo enim quæq; religiosorum Ecclesiarum
dum præconio virginem prædicat, leuat, extol-
bathinū in Ecclesia Romana de Virgine Maria
crificium & officiū perantiquum esse Domini-
cæ vetustius, nemo vocat in dubiū, quod Pius
rius reuocauit, cuius breuiarij ritum Christianis
terrarum orbe, dulci quadam Pontificij im-
cessitate complexi sequuntur. Etenim Pius
nihil habuit antiquius, quàm vt illa reuocaretur
ab antiquis temporibus Romana facta erat.
Fieri tamen potuit, vt in vrbe nonnulli per
tificum, breuiario vterentur breuiore, in quo
virgine taceretur. Quod Dominicus Domini-
cipuli, re magis quàm verbis improbantem
colendæ virginis & feruorem & tenorem
runt. Quomobrem S. Dominici alumnis
lis temporibus virginis fratres appellabantur
postea prædicatores Ecclesiæ merito nominati.
Summi Pontificis Clemētis hoc nomine quædam
quædam & religiosa soror, vt ipsemet antequam
tufex crearetur, ad Dominicanos scribens
sum die quadam vltimis fratrum horis in

ad canti-
nedictur
ram vid-
dentem
fici fin-
chis cap-
fam quo
inclinan

D
T
C
V
erdorib
nō sine
tant. Qu
ma omni
dit etiam
venturos
cubarent
appropin-
ret. Atq;
solum C
vt qui su
eterna p
clesiam
tramen
re Cath
dam h
Cathol
ita est, v
fecit pat
lico rec
bus Bea
diebus
ciusde

ad cantici, Salve Regina, partem illam, & Iesum benedictum fructum ventris tui ventum esset, Deiparam vidit fratribus ipsis filium, quem peterent, ostendentem & benignè largientem : in ipso autem Cantici fine, ubi Mariæ nomen apponitur, & à Monachis capite prono Deipara colitur & honoratur, ipsam quoque resalutantem aspexit & caput fratribus inclinantem.

DE QVODAM SACERDOTE.

TOLAMONIS, quod Santonum maritimū oppidum est, aliquot menses vnus de nostris versatus est. Magna cernitur in ijs locis ab sacerdotibus rerum diuinarū solitudo. Propterea quod in nō sine periculo inter hæreticos versari se posse putant. Quo fit, vt cū ad eos nostri proficiscuntur, summa omnium ordinū gratulatione excipiantur. Accidit etiam quibusdam in locis, vt cum nostros ad se venturos cognouissent, totos ipsos dies in muris excubent, vt nostros venientes prospicerent, vrbique appropinquantibus tota se ciuitas obuiam effunderet. Atq; hanc amoris significationem in nostros nō solum Catholici, sed planè ipsi etiā hæretici præbent: vt qui suos filios ad nos mittant, vt Catholicæ doctrinæ præceptis instituantur. Nonnulli ex ijs ad Ecclesiam rediunt, confessiones auditæ circiter mille, sacramenta vicinis pagis administrata, aliaq; multa è re Catholica constituta. Cum autem mulieris cuiusdam hæreticæ filia, morbo periculoso laboraret, à Catholicis mulieribus in Ecclesiam ad patrem deducta est, vt super ea S. Ioannis Euangelium recitaretur, fecit pater quod petebant, atque puella sanitatem illico recuperavit. Idem pater instituit, vt singulis diebus Beatæ virginis Mariæ Completorium reciteretur, diebus verò Dominicis & festis etiam matutinum eiusdem, & vesperæ, vt quoniam plerunque ijs

*Ioannes
Antonius
Valtrinus
in annalib.
Societatis
1582. de
Prouincia
Aquitania,
ijsdem ver-
bis.*

diebus sacerdotum inopia Missa carent, ea salu-
tatione pietatis calorem conferuent.

PEREGRINATIO, I E I V N I V M
vota, donaq; virgini.

C A P V T V I I I.

De sancta Hunigunde virgine.

Surius de
vitis sanct.
August.

Lib. s. de
vitis Apo-
stol.

C H R I S T I Apostolus & martyr admiratus
Bartholomeus, Mariam vitæ magistram
ante oculos proponebat, quod reliquæ
Apostoli studio è ac cupidè faciebant. Itaque
oratione, quàm ad Regem Polimiù habuit, Mariam
omnium primam virginitatis votum nuncupavit,
dicit, ipsamq; vouendi formulam declaravit.
apud Abdiam Apostolorum discipulum ex ore
Bartholomæi talis est, (Hæc virgo inquit Apostolus
cum execraretur omnem virum, ipsa seruandæ
nitatis votû prima Deo omnipotenti vouit. Post
autem illam dixi, quia ex quo homo factus
initio seculi, nulla hoc votum Deo obtulit. Hæc
prima inter fœminas hoc constituit in corde
diceret, Domine offero tibi virginitatem meam.
hoc à nullo homine nec verbo, nec exemplo
fuit.) Hæc ille, Deiparæ tali exemplo, talibusque
eius castissimæ virginum sacrarum familie reuerentibus
terrarum Christo initiatæ, deuoteq; sunt. In
Theodoretus sanctimonialium infinita serua-
nasteria in Orientis solis partibus, in Palæstina
gypto, in Asia, in Ponto, in Cilicia, Syria, & in
vniuersæ regionibus extitisse. (quoniam in
quo Saluator natus est ex Maria virgine, multum
sunt viridantia virginitatis prata) Huius rei
gundis est testis, cui vel in cuna vagienti sponsus
parentibus datus. Quo mortuo Eudaldus nobilitatis
atque opibus præstans eam sibi despondit: at

gundis
do per
contin
tti &
fortun
ordijs
daldus
igitur
itineris
pūissir
batur.
sponso
cis, ac p
obligat
Dei mar
similitu
virginit
sancta
viuere, &
Pontific
sponso,
lorum t
tium se
quem al
spe relig
tis Pont
titie, De
bus Ch
men de
Nihil ce
parentib
patronu
uam re
næ virg
tis cui t
cum inf

gundis virginitatis, honestatisque percupida Eudaldo persuadet, vt se à nuptiarum fructu & voluptate contineat, dum Romam voti causa venire, ac BB. Petri & Pauli sepulchrum intueret, fore enim prosperum, fortunatumque coniugium, quod talibus esset exordijs inchoatum. Facilem se ad postulata prebet Eudaldus sponsæ reuerentia amorem temperante. Eo igitur Romam cum Hunegunde profecto, atque illa itineris intercapedine ab interpellatore virginitatis purissima puella quasi belli inducias obtinuisse videbatur. Romam vbi peruenit, sacra urbis loca sine sponso perlustrat, exemploque Deiparæ virginum ducis, ac præuia, virginitatis se voto constringit, atque obligat, & ipsum Ecclesiæ summum pastorem adit Dei matris imitandæ studio, cuius ab ineunte ætate similitudinē aliquam assequi optauisset, perpetuam virginitatem se spondidisse narrat, in eiusdem sacrosanctæ virginis aede, patrioque cœnobio perpetuò viuere, & habitare se velle declarat. Orat obsecratque Pontificem, vt sibi sacrum velamen induat, mortali sponso, quem peregrinationis comitem haberet, illorum tamē secretorum ignarum atque inscium nuntium se remittere, & longam salutem dicere, utporè quem ab usu promissi coniugij ab ipsaque potiundi spe religionis sacrosancta iura prohiberent. His auditis Pontifex lacrymas fundit nuntias indicesque lætitiæ, Deumque laudat pro immensis beneficijs, quibus Christianum genus non intermittit afficere; nomen deinde virginis, patriam, & genus sciscitatur. Nihil celat sponsa Christi, seque nobilissimis ortam parentibus in ea vrbe dicit, que sanctum **Quintinum** patronum & tutelarem agnoscit, de que suorum ciuitum religione & fide Pontificem docet. Ille peregrinæ virginis & propter Mariam virginem peregrinantis cui templum parabat extruere, vimque dicendum insigni modestia cōiunctam admiratus virgini grat-

*Hoc Hunc-
gundis en-
comion à
Romano
Pontifice,
in inaugu-
ratio ipsa.*

gratulatur, quæ immortali Deo gratissimum don-
cilium præpararet. Nega que fas esse sanctum con-
stare spiritum, cuius esset mens pudica sacrariū. Mo-
tum, inquit, in te venerāndus est summus ille artifex
qui operatur omnia in omnibus, diuidens singula
prout vult, eia virgo casta, virgo pudica, suscipe quæ
æterno amori in te cumulando proficiat. Oblata
immortali sponso pietatis specie dona reiecit, ac
pe nunc per nostram benedictionem tibi à Domino
præstitam dotem, qua te Christi sponsam semper
nam agnoscas, & contemptis rebus labentibus, per
dia semper duratura confecteris. Ille, quid in ter-
mo geras, aspexit, quam religiosè suas virgines
teris, animaduertit; quamobrem vt cū cœlestibus
lescentulis, ab eo deligatis summopere contem-
in odorem vnguentorum eius curre vnâ cum
Deo semper pro collatis beneficijs gratias agens
conferendis supplex preces item effundito: Intra
so in animo infixi tuo, quæ in illa beatorum
tinere vis, vt cuius te sponsam profiteris in terra
amplexibus perfrui merearis in gloria semper
His dictis velum capitis, & cætera indumenta
illa quidem, ad corporis & animi castitatem
dam, humilia ad mundi contemptum declarata
altari imposta Romanus Antistes conceperit
ritè lustrauit, virginem deinde solenni cœrimonia
secratam Christo his verbis dedicauit: Respec-
mine super hanc famulam tuā, vt sanctæ virginis
propositū, quod te inspirante suscepit, te gubernare
custodiat. Sit in ea Domine per donum Spiritus
prudens modestia, grauis lenitas, casta libertas
ueat in charitate, vt nihil extra te diligit, la-
ter viuere studeat, & laudari non appetat, te tantum
supra omnia amet, & amando in omnibus tuis
Tu ei Domine sis gaudium, tu in merore solatio
tu in ambiguitate consilium. In iniuria sit

so, in
infir
vt &
exp
ginal
staru
Cum
respon
latus e
rum l
ira exc
interin
plicij t
uerho
in anim
terpret
derelic
domic
Itaque
sine vi
dus lic
in illiu
quare e
potera
neribu
absent
piam,
putab
iam re
so Ch
tia pro
langu
daldu
in pa
moni
tegrin

fo, in paupertate abundantia, in ieiunio cibus, in
 infirmitate medicina. Quod est professa custodiat,
 vt & hostem antiquum deuincat, & vitiorum sordes
 expurger, quatenus ceterisimo fructu cum de ore vir-
 ginali ac virtutum lampadibus exornetur, & ad ele-
 ctarum virginum consortium peruenire mereatur.
 Cumq; omnes Hebræa illa voce Amen, vt ita fieret,
 respondissent, sanctus Antistes caput virginis oscu-
 latus eam maximè lætam hilaremque dimisit Sacra-
 rum suæ sponsæ nupriarum Eudaldus admonitus
 ira excandescens, ac se iudicans esse contemptum de
 interimenda virgine cogitabat; sed cum partim sup-
 plicij timor mortali iudice, partim diuinæ amad-
 uersionis metus à tanto scandere reuocauit. Cumque
 in animo reposita maneret iniuria (sic etiam ipse in-
 terpretabatur) Hunegundem solam ac desitutam
 dereliquit, & in patriam ad opratum Mariæ virginis
 domiciliū redire parātem, ne obolo quidem adiuuit.
 Itaque sola cōfecit iter, & Galliam suam prouinciam
 sine viatico, iumento, & vehiculo repetiuit. Eudal-
 dus licet virginis vitæ parcere in animum induxisset,
 in illius tamē bona inuadere, & inuolare decreuerat;
 quare diuenditis illis omnibus, quæ viam remorari
 poterant, expeditus ac liber, Roma relicta, magnis iti-
 neribus ad Galliam contendebat eo vtiq; animo, vt
 absentis Hunegundis, & propter rerum omniū ino-
 piam, etatisq; & corporis imbecillatem tardissimè, vt
 putabat, gradientis res oēs occuparet. At virgo sponsi-
 iam relicti ignara malitię, indicante potentiore spon-
 so Christo Iesu, cui se Romæ tradiderat virgine Ma-
 ria pronuba, & paranymphe Christi vicario, pedes,
 languida, fessi velocissimis equis peruolantem Eu-
 daldum compendio itineris anteuertit. Vt primū in
 in paterna domo pedem posuit, omne suum patri-
 monium Sacrosanctæ Dei genitrici, vt optauerat, pe-
 regrinandoq; prouiderat, consecrauit. Decebat enim
 quæ

quæ se Dei Matri tam libenter obtulerat, eius etiam bona sacris vsibus destinari. Eudaldus & itineris miraculo, quod egens & infirma puella tam celeriter absoluisset, & piæ liberalitatis exēplo permotus, ponit, se ipse damnat acerrimè ante beatissimæ Dei Matris aram stratus, veniam scelerum cum lacrymis postulat, Hunegundi supplicat uti se pro seruo habere, qui sponsi nomine haud quaquam sit dignus, quod dona nuptiarum nomine Hunegundi tribuisset. Et sic in eodem loco, in quem erat Hunegundis inclusa, libenter addicere, bonorum, quæ præterea restabant, eundem locum hæredem instituire, ut se in possessione ad sanctimonialia, quas Hunegundiam aggregabat, transmissa, & beatissimæ Dei Matris cultus augeri posset, & virginum sanctarum monumenta suppeterent. Ita Veromanduorum illa civitas non tam prisco nomine, quàm diuina Augusta sepulcro illo, virginum Deo famularum Hunegunde auspice sancto cœ nobis multò est præcipit augustior.

DE SANCTO EDMUNDO EPISCOPO
Cantuariensi.

*Authores
ut supra
cap. 8.*

CORPORIS immundas voluptates Edmundus iam inde ab adolescentia non solum tunc sollicitè refugit, sed etiam est vehementer execratus. Et cum virtutum omnium strenuus amator esset, præcipuè tamen castitatem & continentiam adamavit. Quippè illud ex sapientiæ libro heretice mente, incorruptionis causa hominem Deo numerum fieri, ex quo etiam factum est, ut in illius animo & corpore usque ad extremum vitam diuina uiolata virginitas permaneret. Quo autem in tutela Margarita cautior, vigilantiorque esset, etiam eius sacerdotis, cui se totum patefecerat nudam sententia, coram æternæ virginis, Dei que sanctissimæ

Matri
tutis
Quid
ipse
tum
signi
interu
sus est
opem
cedere
set, d
rum p
præsto
ipso a
Edmu
tuus, s
dem in
non si
circun
Edmu

D
A
frequent
singula
lutatio
xerat
no col
niū p
tata c
super
castita
suam
Maria

Matris effigie castitatis se voto deuinxit, tantæq; virtutis custodiam purissimæ virgini commendauit. Quid? Quod diuino quodâ instinctu Deiparam sibi ipse despondit, & annulo quasi arrabone scædus initum confirmauit? Hunc annulum Angeli salute insignitum, atq; in sculptum imaginis virginis digito inseruit. Et quidem ex eo tempore quod ipse confessus est moriens, nunquam benefecitissimæ virginis opem implorauit, quin votis illa responderet, & concederet postulata, labores finiret, quos casus inuexisset, dæmonis laqueos tentantis supplantantisq; dirumperet, hostium impetus retardaret, in periculis praesto esset, angotes eriperet, morbosque sanaret. Ab ipso autem sponsalium die, annulum sibi ipse quoq; Edmundus aprauerat, ut solent Pontifices, quæ mortuus, sepultusq; retinuit. Huic annulo Angelica ibidem impressa salutatio, sed sua sponte, eamq; multi non sine admiratione viderunt, quæ annuli orbem circumplexa legebatur. Intellectumq; est ab Deipara Edmundum redamari, & sponsum recognosci.

DE S. CATHARINA SENENSI.

ANnos nata quinque Senensis Catharina *Raimundus*
Gabrielis illud Aue, & quæ præterea dicuntur, *Capuanus*
assidue repetebat, per quæ domus suæ gradus *Prædicato-*
frequenter ascendens atq; descendens morabatur in *rii Ordinis*
singulis, dum flexis genibus misericordiae Mariæ sa- *generalis*
lutationem proferret, & offerret Angelicam. Intelle- *magister.*
xerat non quidē ex hominum sermone, sed ex diu- *Et Stephe-*
no colloquio, Mariam Dei omnipotentis Matrem o- *nus Senen-*
niū primam se voto virginitatis obligasse. Illam imi- *sis, qui in*
tata cum septēnis esset, atq; in secreto domus angulo *vrbe Tici-*
supernæ parentis patrociniū fidenter implorasset, *no Carthu-*
castitatis sponsione perpetuæ se Christo coniunxit, *siana fami-*
suamque virginitatem immortali sponso inuocata *lia præfuit.*
Mariæ Virginis ope, voto arctissimo dedicauit.

278 DE HISTORIA VIRGINALI
DE PÉTRO ABBATE
Portuensi.

*Hieronymi
Knoxi Lib.
5. de rebus
Rauennatū
iisdem fer-
me verbis.*

EO fere tempore, quo Petrus Damiani florere
intignis habebatur Petrus Portuensis coe-
nobiæ præfectus, qui nobili honestorum Rauennatū
natum familia genitus, literarum haud omnino
pers, cum esset sacerdos, & votū persoluere, quod
navigatione tempestate actus nuncupauerat. Di-
uinae virgini in portu Rauennati ædem ac coenobium
extruxit, quod deinceps ob eam à loco sumpta
sam Portuense coenobium est appellatum. Ibi
dotam conuentum instituit quibusdam præ-
legibus, quas Paschalis I. Pontifex maximus
missas firmavit, ab eo plurimum propagatus
est, qui nunc Canonorum Lateranensium vocatur
egregiū certè bonorum hominū ac doctorum
narium. Ex legibus ab Rhenensibus Bononiæ, Nicolen-
sibus in Luano, à multisque præterea acceptas
uatae sunt. Hic se peccatorem appellabat, in
quippè mos, ut qui religiosè tunc viuerent, ob
demissionem sese inscriberent peccatores.

DE S. NICOLAO TOLENTINATE

*Surius de
vitis Sanct.
Septemb.*

TOLENTINATEM Nicolaum à matris
vita vox cōcionatoris abduxit, in medi-
tea de terrenarum rerum leuitate dis-
Secundis, quartis, & sextis quibusque feriis, & in
rem sanctissimæ Virginis etiam Sabbathis ieiunium
pane & aqua contentus. In precibus & rerum
derantia diuinarum usque adeo perseverauit, ut
timis illis, quibus cōpletorij nomen est, ad gal-
dia de nocte tantum in oratione persisteret. Sep-
bantur Psalmi nocturni, quibus integer & fortis
tererat. Post illos ad lucem usque precabatur, mor-
tificabat, re diuina peracta, nisi cōfessionibus
dis occuparetur, tertiam usque in sancto cōtemp-
ta

nis ot
aliò ob
cia. O
mus,
venit
taculis

DE

M
patrem
consequi
proxim
cōfideb
adiatric
Aposto
Allum
iciuna
DE

S
stif
m
religion
cacione
torum
maiore
lum, qu
erat rei
nibus r
faciunc
domell
bolo fi
crecta,

nis otio permanebat. A nona, ad vesperam nisi fortè aliò obedientia vocaret, orandi Dei continuabat spacia. Ordinarias preces taceo, quas canonicas appellamus, ad quas dicendas in Odæum omnium primus veniebat. Nemo mirabitur tam insignem fuisse miraculis, qui Dei admirandi nullum finem faciebat.

DE SS. PAUPERVM PATRIAR-
cha Francisco.

MATREM Domini nostri IESV Christi Sanctus Frânciscus inexplicabili complexus amore, quæ Dominum maiestatis nostrum patrem effecerit, & per eam simus misericordiam consequuti, in ipsa Christi nostri Seruatoris genitrice proximè & secundum mundi assertorem Christum cõfidebat. Quocirca eam sui ac suorum aduocatam, adiutricemque constituit, cuius in honorem à ferijs Apostolorum Petri & Pauli, ad festum vsque diem Assumptæ virginis, tum lætissimè, tum strictissimè ieiunauit.

S. Bonauent.
lib. 1. c. 9.
de vita S.
Francisci.

DE SANCTA ELISABETHA LV-
sitanorum Regina.

SINGVLIS diebus preces ad omnes horas Pontificum institutis comprobabas, septemq; Pialmos Elizabetha Lusitaniz Regina mira quadã religione recitabat. Adijciebat solennes S. Mariæ preces, & exequiarũ, prosequebatur præterea multorum sanctorum memoriam, quorum sanctitatem maiore quadam colebat pietate. Veniebat in sacellum, quod minificè semper habuit ornatum. Intererat rei diuinæ studiosissimè, ac vespertinis preces reliquum omne diei tempus in opere partim faciundo, partim imperando, constituendaque re domestica ponebat. Hæc, vbi sacerdos recitatio Symbolo fidei confiterat in gradibus aræ, corpore quidè cuncta, sed mente atque animo tremens accedebat, pro-

Ioan. Petrus
Perpinianus
lib. 1.
Laudationis
eisdem pene
verbis.

procumbebat ad eius pedes in genua, manum exculabatur, offerebat pro tempore dieque tantum. Omnibus diebus aduentus, totoque quadragenario ieiunio, & S. Mariæ peruigilijs & Apostolorum, solum à carnibus, cæterisque vetitis epulis abstinabat: non erat communi continentie more contra omnes cibos lautiores remouebat; nihil adhibebat obsonij, pane tantum & aqua vitam ægre tolerabat. Idem à die natali S. Ioannis Baptistæ usque in 22. Kalen. Septembris, qui dies est, religione parvæ virginis Mariæ consecratus, idem ab eo die usque ad tertium Kalend. Octob. qui dies est Ant. Michaeli sacer, idem diebus Veneris & Saturni abstinabat. Idem multis alijs diebus, quos ipsa primædam religione propter cæterorum sanctorum, solebat obseruare. Extra hæc statuta, definita tempora tribus hebdomadæ cuiusque diebus se continebat. Et in hac tam aspera, austeraque disciplina nulla frontis contractio, nullum supercilijs nullus horror, incredibilis quædam inerat habitus, & comitas. Ex his Perpiniani verbis facile cogi potest, quantus esset Elisabethæ in Mariæ personam & amor & honor, quam tam longam, arida colebat esurie. Nam præter Mariæ senarium vigilia, & Sabbatinos, vel ut antiqui loquebantur, septuaginta dies exeuntem Iunium, totum Quatuoragesimæ & dimidiarum Sextilem in Assumptæ gloriosissimæ virginis solo pane ducebat.

DE QUIBUSDAM ROMANIS
Imperatoribus.

Cuspinianus de vitis Imperatoris.

Æneas Sylvius de ori-

AVSTRĪACVS Fridericus, qui fuit hinc mine tertius, sublata in cælum virginis Mariæ religiosissimè venerari consuevit. Præter prædicas dies, quem diem festum atque hilarissimum prædicas diuinae Matris Ecclesia dicauit, à cibo abstinentiæ, tempera-

beralis fuit
nuique
burga
Ad sancti
passu pro
riæ sacrat
Imperato
minus ar
virginem
illo die ap
Imperato
lestibus op
canorum
te imagine
ferebat, or
nusque co
quotidie fa
sustinetur.
tam cum
ius de pere
stulet, tam
sociare non
tus exijs, q
ximius, Ch
ita fuit dec
& clero car
pro sua vir
Equæ cor
quartus, q
tas radice
collegia, &
orum ex
tis existe
mis aures
stuit,

temperabat. Et qui sibi parcus & austerus, Christo liberalis fuit. Multa quippe monasteria fundauit, annuisque fructibus stabilita reliquit. Eius mater Gamburga Massouiae domina, ieiunijs se dabat & precib⁹. Ad sanctitatis monumenta peregrino & habitu & passu proficisci solita. Morte adiuuante templum Mariae sacratum; popularibus celebre frequenter inuisit. Imperator Henricus huius nominis septimus, non minus armis, quam religione praecclarus, beatissimam virginem haud vulgari honore prosequutus, Festo illo die appetente, quo in caelum Dei Mater ascendit, Imperatorijs negotijs intermissis, rebus duntaxat caelestibus operam dabat, animumque diuinorum arcanorum cogitatione pascebat. Totasque noctes ante imaginem Christi in cruce confixi, quam circumferebat, orando & peccata lamentando elutrens, ieiuniusque consumpsit, eoque sanctitatis ascendit, ut quotidie sacrosanctam Eucharistiam, qua animi vita susinetur, acciperet. Alios duos Imperatores subnectam cum bona lectoris venia. Nam licet capitis huius de peregrinatipne, voto, ieiunio, materia non possit, tamen quos scriptor ipse coniunxit, mihi dissociare non libet. Albertus ordine & numero quartus ex ijs, qui hoc nomine claruerunt, Mariae cultor eximius, Christianae religioni, & Ecclesiae cerimonijs ita fuit deditus, ut in templis vnà cum sacerdotibus, & clerico cantaret & quae ad Dei laudem pertinerent, pro sua virili parte libenter, ardentemque perageret. Equè cordatus Carolus ille fuit, similiter illorum quartus, qui ita nominabantur. Ut enim vera pietas has radices agere possit, non pauca & canonicorum collegia, & monachorum coenobia fundauit. Quorum ex cantu, ex horum fletu concentus ille cegnis existeret, qui Christi eiusque parentis Mariae virginis aures oblectaret. Idè in virginis honore Ecclesiam aedificauit, quam magnificè dotatam canonicorum colle-

*Quasi diuina-
naret illo
die sibi esse
moriendum:
in illis enim
mortuus est
forijs anno
1313.*

Canis. ibid.

collegio quasi muro circumuallauit. Etsi in hoc rolo declinatio à suscepta materia non fuit. Super præsens hoc caput in laudem beatissimæ virginis regnantes, esurientes, uouentes, & munera dantes, largientesque complectitur; At Carolus beatus virgini templum, collegiumque donauit. Regnum quidem ad templa, de quibus iam egimus late patet hæc quæstio, itaque in templorum commemoratione hærendum est sæpe.

DE ENGELBERTO COLONIENSIS
Archiepiscopo.

*Cæsarius
monachus
in valle S.
Petri.*

Beatissimam virginem Mariam tantopere dilexit Engelbertus, ut ad eius laudem quibusque feriis ieiunaret, & cum ieiunaret lectus Antistes, negotijs impediri non potuisset. Minus ædem virgini sacram in sublimi nuptia (Amatoris saxum vulgus appellabat) amonitis flammis incensus inuiseretur. Religiosis habitibus (ut hoc appendicis loco dicamus) tantummodo habebat Engelbertus, ut longè apparentibus uis ignotis assurgeret, quos ipsos ita alloqueretur recundè, ut eorum famulus esse videretur. Egenos de sua scutella sorbere, de patina edere poculo bibere vel repugnantes, inuitosque. Qui enim beatissimæ virginis verus & perceptor, in eo humilitatem excelsam inuenit, est prægrandemque virtutem, cuius fuit Deipara.

*Iacobus Vi-
triacus Car-
din. Episco-
pus multa
doctrina.
De vita
huius Ma-
ria mulieris
admiranda.*

DE MARIA OEGNIENSIS
Mariæ virginis templum ad duos milia passuum distitum, Oegniacensis Maria mulieribus seuisissima rigente hyeme quousque uiuebat. Quod iter flexuosum ac difficile, sit notum, vna ancilla comite, sine vlllo errore, diuino lumine fecisse dicitur. Et quidem illo die notionis die nihil cibi degustabas, vbi peruen-

tam nocte
Die post
tur domi
que itin
lis, quod
bus. Quo
la suppet
suspiciens
quibus pl
siccis vest
remigrab
naturalis
centies ge
pfallerunt
pfallimos p
tionem A
dæ egro
vidit, & q
tur, hum
ipsum vid
fer, eam de
quæ in chi
stabant, e
tero vidu
dorem C
viduæ pa
Ecclesiæ c
phat. Qu
niacensis
somnia v
ad se veni
concionæ
fectum e
nem qu
populum
nas salut

tam noctē in æde virginis vigil & precans exigebat. Die postero ad vesperam ieiuna perstabat: reuertebatur domum nullo neque incommodo corporis, neque itineris deuio deflexu: reducentibus eam Angelis, quod credere par est, ac dextra læuaque, cingentibus. Quod si fortē pluuia impenderet, vestisque nulla suppeteret; quæ imbres posset excipere, in cœlum suspiciens stellas quasdam videbat quasi morigeras, quibus pluuiam auertentibus, inter effusos imbres, siccis vestibus, & pluuia intactis ad proprias aedes remigrabat. Intra lucis tenebrarūque decursum, quo naturalis diei spatium, orbisque conficitur, millies & centies genua inflectens virginem salutabat. Deinde psalterium totum stans perlegebat, & ad singulos psalmos plicatis genibus beatissimæ virgini salutationem Angelicam offerebat. Religiosæ cuiusdam viduæ egrotanti beatissimam Dei matrem assidentem vidit, & quasi stibello caloris æstum; quo fatigebatur, humanissimè refrigerantem; cumque ex huius ipsius viduæ infirmissimo corpore anima felix existeret, eandem Dei matrem vidit stipatam virginibus; quæ in choros diuisæ psallebant, & corpus circumstantabant, exequias, celebritatem, mortaliq̄ue presbytero viduæ funus faciente, summum quoque sacerdotem Christum, cum cælestium comitatu eidem viduæ parentantem aspexit, militanti huic nostræ Ecclesie consonante illa, quæ gloriosa in cœlo triumphat. Quidam sacerdos à medicis desperatus ad Ogeniacensis Mariæ preces confugit, ipsaq̄ue nocte in somnis videre sibi visus est presbyter ille Dei matrem ad se venientem, qua recedente conualuit. Pro quo dā concionatore, quem in tanto taliq̄e munere perfectum esse cupiebat, Deum, beatissimamque virginem quot diebus precabatur, illoque ipso verba ad populum faciente, Dei hæc ancilla domi suæ centenas salutationes dicebat Angelicas. Morti vicina tri-

duum clara contentaque voce cantare non inter-
sit, atque Deiparæ, Angelorum, & cœlitum can-
tum laudes cygnea voce modulari. Quin & sen-
sua scripturæ cum numero & metro cautebat,
cum sententia occurreret, carmen ne metum
cōcluderet, expectabat. Omnia tum composita
disposita in mentem veniebant, optimorumque
suum ingentem numerum fundebat ex tempore.
Fuitque triduanus hic cantus, neque diebus, neque
noctibus interruptus, perpetuæ in cœlo modum
nis initium.

DE S. AVDOENO EPISCOPO
Rhotomagensi.

*Ex histor.
quam de eo
Fridegodus
diacon. scri-
psit an. 956.*

SANCTUS Audenus Rhotomagensis An-
gustis per omnes Franciæ prouincias, monasteria
templa constituit, sed maximè in prouincijs
cessi, vbi cœnobia sanè quam multa eaque ar-
nobilia, partim à fundamentis condidit, partim
erant superiorum pontificum incuria neglecta
tuit. iam verò primariam sue sedis Ecclesiam
si matrem cæterarum præ omnibus, qui ante
Episcopis, operibus, opibus, thesaurisque ditata
ter alia verò templi ornamenta lectum ex fide
ro in honorem perpetuæ virginis, & Dei Mar-
posuit, cuius pulchritudo omnium oculos ca-

DE DVCE BAVARIÆ.

*Nicolaus
Orlandinus
in an. 1584.
de Romana
prouincia
ijisdē verbis.*

BAUARIÆ Dux pro ea, qua est in Societate
nevolentia ad Lauretani collegij Rectorem
teras dedit cum argenteo candelabro
ædi illi dicabat, iubebantque ijs literis alba ex
delas ad Dei Matris aram statim accendi tempo-
simulq; Rectorem rogabat, vt sibi per literas
ret, quāto ærario videretur opus ad perpetuo-
rem census constituendos, tantum dem erant
naturum. Steterat id candelabrum aureis mille-

tis. Neq;
nera no-
teis mi-

T

cit. com-
temptis
sponsi se-
num de
quæ d
seuerant
que, ad
excitant
fodalitiu
quibus
vitæ no-
tatis op-
in eam
in ea fer-
suscepta
Allobro-
concion-
luit, fer-
niuerfa
illustri
immo
bienni
letudin-
aurean-
bus

tis. Neque hac liberalitate contentus, alia in super muneribus non ita multò post datis item ad Rectorem literis misit.

DE DVCE ALLOBROGV M.

TAurini tradita est commentandi ratio de rebus diuinis, viris, fœminisque primarijs. Ea res sanctionis vitæ cupiditatem multis incit. compluresque fœminæ per castimonix vota cõtemptis voluptatibus humani coniugij cum cœlesti sponsi se coniunxere. Ex ijs partim è cœnobijs virginum deuouerunt, partim nullam cœnobiolorum sequuntur disciplinam, in castitatis tamen proposito perseverant. Ex hoc genere multæ cum essent, egerentque, ad sua tutanda corpora, diligenti custodia, nostri excitandum censuerunt in honorem beatæ virginis sodalitiũ, quo deuota earum virginum corpora, quibus aut facultas, aut voluntas asperioris ineunda vitæ non suppeteret, congregarentur. Huius sodalitatis opportunitas quò latius pateat, viduas quoque in eam recipiendas societas censuit, numeranturque in ea fere viginti, quatum procuratio à primarijs est suscepta matronis. Concionatorem de nostris Dux Allobrogum postulauit, cūque cum impetrasset, eius concionibus, quas in præcipua vrbis æde haberi voluit, ferè semper interfuit, cum Duce autem ciuitas vniuersa. Ducis autem in nos humanitas semper est illustrior. Nunquam aliquid petentibus denegauit, immo ne petentibus quidem vltro obtulit. Quoniã biennio antè cum egrotauit, vouerat Dei Matri, si valetudinem recuperasset, eius ædi Lauretanæ statuam auream se daturum, noluit eam nisi nostris manibus, fideique committi, duosque è nostris ad eadem illam largo cum viatico destinauit.

*Ibidem in
historia In-
dia Oriēta-
lis, proprijs
verbis au-
thoris.*

DEgunt in hac Goana professa domo pro-
fratresque circiter quadraginta. Vix etiam
novis ædibus agitata consilia, cum lychni-
pensilem ex argento, qui ad Dei Matris aram
aideat matrona donavit. Steterat ei aures
quingentis, oleique ad vsus luminum quod
set, adiunxit. Miles, inquit, idem, cum diu vocat
pertinaci mente resisteret, ob eamque causam
nis conscientiae stimulis agitaretur. Stratus ante
randam Dei matris imaginem, externa circum
luce, quam simul aspexere complures, vsque
matus est ad parendum, vt statim abiecto pecc
onere per confessionem, illustriorem diuine
tatis significationem non expectauerit. Tenu
per factus, quantis è tenebris sese expediat, qu
ad candidissimam Deiparæ lucem propius acc

ITEM DE ALIA MATRONA.

*Beneius in
Annal. lib.
de historia
collegij Au-
gensis Fræ-
cia, ijdem
verbis.*

DLe sacro virgini conceptæ, matrona gra-
tæ primoribus ciuitatis, cuius filium
tuita suffocabat, cum venisset auxilij
filij causa ad nostros eam ob rem communic
trum audijt, ceream facem donavit Dei ma-
rabile dictu, domum reuersa filium extra penet
& ferè incolumem offendit. Ita Beneius; nos que
nemur, dona virgini grata esse non modò
argentea vt superiora fuerunt, sed etiam ex cer
viliior materia est. Nam si charitate offeruntur
profectò sunt, ijque salus & vita redimetur.

DE QVODAM DEIPARÆ
templo.

*Idem de hi-
stor. collegij
Racholani,
Orientalis
India ver-
bis auho-
ris.*

EXtructa ædes catechumenorum ab illis
quibus extruebatur, à loco distante lapidibus
meris longo agmine conuectabantur, vt
Christianam doctrinam continentibus. Igitur

lebrari o
die Dux
tor & pr
strali ac
bus Sa
significa
sa femin
cum per
viri om
gregare
tibus, Et
Palmetu
ad temp
proxima
ridiem o
ad altare
dari. Sor
xore, &
menor
vera, in
tum est
Id enim
abluant
Palmat
palma e
DE L
alg
C
retan
stris n
pra na
diuin
diuin

lebrari ceptum magna gratulatione. Confluxere eodie Dux Salsitanus, Reguli Iaponij, patresque visitator & prouincialis, alijque nobiles quamplurimi. Lustrali aqua loti ter cetum septemdecim. Singulis diebus Sabbathi inuisitur incredibili frequentia; pariq; significatione pietatis. Et opinio est cunctorum, euulsa femina inimicitarum posito templo Die quodam cum perageretur sacrum, ex vno conuenere nobiles vini omnes, eoq; peractio vt inter catechumenos aggregarentur, orabant certantes gaudio cum accipientibus, Ethnicus diues cum exisset e vinculis, ex voto Palmetum centum arboribus frequens Deiparae ad ad templi usum attribuit. Alter ethnicus e domo aedi proxima celebritatem prospectabat, semel post meridiem oppressus somno, vidit se genibus supplicem ad altare perrepere, & a sacerdoti Dei Matri commendari. Somnium acceptum pro concilio, ipse cum vxore, & liberis quinque auxit numerum catechumenorum. Sic habet historia Benciana, & maxime vera, in qua virgini non solum palmeti munus oblatum est, sed animarum etiam baptismum petentiũ. Id enim sibi vult catechumeni nomen. Docentur vt *Eccles. 24.* abluantur ex Domini iussione. Placuitque nobis illud Palmati donum ad eam honorandam, quæ quasi palma exalrata est.

DE LVGDVNENSI REPVBLICA, ET
alijs virginem inuocantibus, quibus est tempestiue subuentum.

Ciuitas Lugdunensis anno superiore valde vexata pestilentia est, neque morbus remisit, priusquam ciuitas votum beatæ Mariæ lauretanæ publice fecit, cuius damnata voti, vnum e nostris milit. qui illud dissolueret. Multa in eo loco supra naturæ vires quotidie fiunt, quæ præsentem loci diuinitatē ostendunt. Vni enim loquendi facultas diuinitus reddita est, alteri cū tres annos oculis fuisset captus,

Ioānes An-
tonius Val-
erius in
suis Annal.
1382. ijsdem
verbis.

captus, visus restitutus. Halæ (quæ ciuitas est in
 riore Germania) vnus capitis damnatus, licet
 esset confessus, tamen cum sibi non factum esse
 videretur, cum nostro sacerdote confessionem
 peregitis postea cum ad supplicium duceretur,
 te in carcerem, nescio, quam ob causam reducit
 lo post votis beatæ virgini nuncupatis liber dicitur
 tur, factaque generali confessione ad votum
 dum profectus est. At ne illud quidem tacebo
 liensi domicilio Peruanæ prouinciæ eodem
 Valtrino, cuius verba subdentur: mulier quæ
 tis illa quidem erga res spirituales affecta, cum
 scio, quod peccatum esset prolapsa, ita modico
 pudore opprimi se passa est, vt id nunquam
 auderet, tandem ex ægritudine desperatio
 suspensio molestias finire constituit. Hæc
 ditanti, & laqueum, vnde se suspenderet
 beata virgo apparuit, quæ mulierem filia
 mine primùm compellans molliùs accusauit
 pristinae erga se filiumque suum pietatis ob
 xitium rueret voluntarium; deinde grauius
 uit de peccato illo in confessione occultato, ne
 nim aliter in ipsam eam dæmonem potestatem
 se habiturum: denique laqueo è collo detract
 cuidam de nostris sacerdoti, quem nominatim
 gnauit, peccata omnia confiteri. Mulier beata
 nis beneficium agnoscens, statim ad confessio
 venit, atque in vita laudabili perseuerat. Bene
 de collegio Cortracensi in Gallia Belgica scri
 ait: vni ex ijs, quibus sanguinis fluxus vitam
 ibat, salus videtur reddita suscepto voto restit
 domui suæ imaginis Deiparæ: in veterem locum
 de ab iconomachis fuerat eiecta. Hæc de voto
 grinatione, ieiunio, donisque ad honorem vir
 dixisse sit satis. Nam dicendū est sepe aliàs. Quæ
 ex Valtrino vltima retulimus, voti non fuerit

quæ v
 collige

S A C

De san

S A

S z

g

pulsul

Gracia

incredi

templi

encenia

lebrauit

vocat C

Christia

uentissim

neat, p

nam, in

mundo

vita eor

corpus

ta tuis i

gnitud

tandi

reficio

nisi per

tur sine

orum

cinium

imus

num p

quæ virginis beneficia bonus author scribit, in vnũ colligerem, illa etiam de cogitato suspèdio copulaui.

SACRA PIGNORA VIRGINIS HONORANTUR.

CAPVT IX.

De sanctissima Dei Matris cingulo, & fasciis Christi nostri seruatoris.

SANCTISSIMÆ Deiparæ, qua se astringebat, zonam, preciosissimamque fasciam, quibus virgo integerrima tenerrimum Christi pueri corpus colligauit, ac vinxit, vsque ad eò venerata Gracia est, vt templum in vniuersæ rei honorem incredibilis cuiusdam formositatis erexerit. Cuius templi dedicationem, & vt iidem Græci loquuntur, encenia, Germanus Byzantius Antistes oratione celebrauit, qua simul virginis laudes persequitur. Eam vocat Christi supremi Regis animatam ciuitatem, Christianorum solatium, eorum, qui vexantur, potentissimam adiutricem, peccantium, si modò pecciteat, paratissimum tutissimumque perfugiũ. Quoniam, inquit idem, confugiamus, si nos deseris? quid mundo fiet, si tu non opitularis, quæ Spiritus es & vita eorum, qui in Dei Ecclesia versantur? Vt enim corpus hoc respiratione viuunt, ita Christicolarum vita tuis ò virgo afflatibus continetur: nullus tuæ magnitudini modus imponitur: nostri defendendi, tutandi, contegendi nulla te vnquam facietas tenet: beneficiorum infinitus est numerus; nemo fit saluus nisi per te, nemo donum ab immortali Deo assequitur sine deprecatione tua, nullus se è laqueis periculorum expedit, quin ipsa subuenias. Quod si patronium denegas, nihil est quod à largitore gratiæ possumus expectare; Tu enim à Rege, rerumque omnium parente & gubernatore secunda mater apud eum

Ex oratione Sancti Germani Patriarchæ Constantinopolitani apud Simeonem Metaphrastem.

eum tum fiducia, tum potentia vales, nosque dātos à suppliciis liberās sempiternis. Et post multa erga mortaliū genus beneficia commemorata sic idem Germanus: Quamobrem ad templū tuum alacriter & studiosē concurrimus, in quo cum sumus, in eipso stare nos credimus: venerandam zonam tuam nemo fidelis aspicit, quin animi incredibili voluptate cōpleatur. Negat hic diuinus orator, quem quā ad ad zonæ sacræ adorationem flexis genibus subleuasse, quin illa impetraret, quæ suppliciter postulasset. cum sacro illo pignore, sic idē loquitur. O diuinum cingulum, quod efficis, vt vitia fugiamus, quamurque virtutes, castitatem lumbis, efficaciter manibus affers. O zona, quæ nostrę imbecillis lasciuiam coerces, ac refrēnas, & hostes nostros illi sub aspectum cadunt, siue non vidētur, ab illis & fugas. Fascias deinde simili oratione collaudat.

DE EIVSDEM DEIPARÆ RELIGIONE
*deque anniuersario dedicationis templi dicitur, quod
 templum ad honorem tanti thesauri in Char-
 co Prateio, id est fabrorum foro Pul-
 cheria Augusta fundauit.*

*Euthymius
 monach⁹ apud
 eundem
 Metaphra-
 stem.*

HVIVS quoque sanctissimi cinguli laudator Euthymius celebrauit, quæ verò non tantum historię quam historicē narrat, tacere non debet: laudatur (inquit zona, quæ annos plus non minus illęsa atque integra persequerat, cuius nequaquam infuscatus est color, quæ vincit splendore nouemque se videntibus exhibet, qualis ex manu perit artificis. Ea se cęli Regina re vera, vt crederetur, inuexit, idolorum contriuit aras, gentium delibuit, & humani cruoris effusionem, flumen effudit, iam vero templum in factorum, de quibus scribitur, pignorum religiosam memoriam dedicauit. idem Euthymius tam pulchrum, tamque lum-

fuisse
 ipsa su
 tibus,
 fluere
 ni ite
 prodit
 pes, m
 piarum
 rari par
 ri agro
 mine c
 ac den
 fontem
 collocat
 mus ha
 sumus,
 mus v
 moriæ
 neque t
 esse fige
 co verti
 ad eos le
 pria filij
 tas, qua
 sam De
 mē & sec
 Horū sa
 Contra
 nus pie
 quo post
 pergratu
 erat ab H
 versibus
 tant. &
 viurparu
 meliduler

fuisse affirmat, vt æquiparari cœlo posset, hæc enim ipsa sunt verba: atque etiam ex quatuor mundi partibus, Oriente, Occidente, Aquilone, & Austro confluere ad hoc templum peregrinos asseuerat, ex omni item ordine, sexu, & ætate agminatim conuenire prodit. Adfunt, inquit ille, pontifices, Reges, principes, magistrat⁹, diuites, pauperes, immatura ætas, & parum caterua sceminarum, in hoc ipso templo curari paralyticos Euthimius ait, illuminari cecos, sanari ægrotos, clades auerti, maledicta refutari, falso crimine circumuentos patefacta veritatis luce liberari, ac denique miraculorum quasi perennem manare fontem. In te, inquit, Mater optima spem nostram collocamus, in te viuimus, gloriamur, & sumus; scimus hanc nostram spem ratam fore, tua hæreditas sumus, ad te confugisse non pœnitebit. Hæc Euthimius vir planè catholicus, cum illius ætatis ac memoriæ sapientibus, beatissimæ Deiparæ tribuebat; neque tamen ignorabat spem nostram in Deo primùm esse figendam, nostrum viuere, nostrum gloriari in eo veri debere, qui nos redemit ac creauit; sed quia ad eos loquebatur, quos non latebat naturalis & propria filij potestas, & Matris Mariæ gratia & auctoritas, qua apud filiū valebat, ornamenta illa in sacrosantam Deiparam congerere non dubitauit, quæ proximè & secundū Deum nostra esset spes, salus & vita. Horū sapientium vestigiis incessit Hermannus ille Contractus, qui in Cant. Salue Regina, illud nō minus pie quam verè concinuit, Spes nostra Salue, de quo postea sumus aucturi, quod carmen D. Bernardo pergratum S. Bonauent. ducentis annis postquam erat ab Hermannō compositum piis & numeris & versibus celebravit. Multiq; alij tota Ecclesia prædicant. & his 500. annis magno consensu in templis usurparunt. Quæ res Gregorium nouum, qui Castor Meldulensis familiæ fuerat, impulit, vt autoritate pontifi-

Paul. de Rodo, in cōuiu. anima. Iacob. Philippus li. 13. supplement. chron. No. stor Coster & ald.

pontificia hunc Contracti hymnum approbaret, & per omnes totius orbis Ecclesias cantari iuberet.

DE S. BENEDICTO ABBATE.

*Faufst' in li.
de vita S.
Mauri Ab-
batis.*

CUM diuus Benedictus, Maurum charissimi discipulum in Galliam destinasset, ad eundem iam in illud iter ingressum, quo est in perfectione alacrior, Honoratum suum item discipulum, & in Christo filium cum eburnea capella misit, in qua salutiferi crucis ligni tres particule seruebantur, & ex sanctissimæ Dei matris amictu fructu verè admirandum: Inerant simul ex Gargamensis sacello diuo Michaeli sacro vel capilli, vel palures. Sancti quoque Stephani prothomartyris, ac beati Martini egregij Pontificis pretiosas lypsalas arca illa claudebat. Erat eiusdem benedicti ad Maurum pistola, quæ sancti Patriarchæ iam iam terras relicturi testamenti instar obtinebat, quam epistola Mauri secum sepeliri iussit. Vt enim Benedictus sancti reliquias honorabat, ita Maurus Benedicti sui in Christo patris res omnes pro sacris habebat, & quam pietatem sanctis Dei amatoribus reddidit, eam ipse promeruit, ut est in Euangelio promissum.

DE ARVERNORVM ECCLESIA.

Greg. Turonens. de gloria plurim. Martyrum.

cap. 8.

APUD Aruernos, quos nunc Claromontem appellamus, rerum, quæ virginis quondam fuissent, reliquiæ seruabantur, quibus habebatur eximius. Cum autem assumptionis festus aduenisset, Gregorius Turonensis Archiepiscopus templum adiit, vbi sacrosancta Dei matris particule illa recondita erant, gentis gaudium, & sancti gloria. Augebat religionem ipsa ædis nominatio assumpta in cœlum virgine. Statuerat autem Gregorius verè vigil rebus & nomine, in Assumptionis nocte. Illo tempore per uigilio laudibus & hymnis excubiis agere more institutoque maiorum in cantu & pre-

pernoctare. Ergo atra in nocte & tenebricosa propius accedens, è templi specularibus facellum vidit ingenti claritate fulgere, collucereque luminibus, quæ omnem diei splendorem superarent. Ille ratus cantores & clericos ad celebrandas vigiliis aduenisse, auribus admotis nullam proflus vocem audiuit: ad basilicam penetranti fores vltro patuerunt, sed vbi est introgressus lux illa disparuit, & qui hominum lucubrationem querebat, Angelos excubantes inuenit, lumen autem illud effugit, ne mortalium aciem præstingueret, quorû cantus parabatur; sibiq; Gregorius persuasit lucidum illud iubar ex virginis luce micuisse, cuius inibi reliquias Christi populus honorabat, & in sancti custodia timoris, quasi in specula permanebat. Et quidem Gregorius vir verè humilis, sui contemptor cælestem illam virginalis templi lucem suorum peccatorum caligine fugatam esse affirmavit. Sed in his tenebris tantæ virtutis splendor emicat, huicque luci lux illa cessit, quam veniens aspexisset. Non silebo quæ de hoc Gregorio ad sui despicentiam cœlitus erudito Turonenses clerici literis mandauerunt. Cum se aliquando dedisset in viam, in magnum vitæ periculum incidisse cœlo crassis ac densis vndique tenebris obscurato, iectuque salminû, & fragore tonitruorum mundo resonante, Gregoriû sanctorum reliquias, quas gestare solebat è collo penitentes, ventis minacibus opposuisse, obiecisseq; nubibus, easque illico diuisas tutum iter Gregorio & comitibus reliquisse. At gloriola, quæ ex rectè factis tanquam ex ligno vermis existit, Gregorij illo tempore iuuenis pectus & animum pertentante, pœnas illico dedisse, cui insidebat equo labente, & Gregorium aliquanto elatiorem ad terram duriter allidente. Illo casu monitum & castigatum arrogantiam in posterum tanquam exitiosam pedem deuitasse. Idè Gregorius beatissimæ Dei matris, sanctorum Apostolorum

*De gloria
plurimorum
marty.*

s. 16.

Cic. in 2.

parado.

stolorum, & Diui Martini reliquias in crucem
ream inclusas tum salutis, tum vel maximè pietatis
causa gestabat, quas nullo vnquam nec loco, nec
pore deponebat, illo Philosopho lætior, qui omnia
bona sua se secum ferre gloriabatur. Neq; verò magis
Greg. Turonis Episcopus hæc sacra fragmenta
merabat in onere, quam manum, aut pedem, quan-
mo ei erant manus & pedes. Cum verò se necessi-
te suadente viæ commisisset, & sociis itineris adhi-
tis, quo pontificia negotia poscebant, sedulus
naret, ecce non longè pauperis casam videt arde-
quæ foliis stipulisque contexta igni se facilem dedit
Misellus homo cum liberis & vxore vltro accu-
cursare, aquam certatim haurire, haustam sedulo
fundere, victor ignis nolle succumbere. Hic Grego-
rius extractam crucem ex pectore reliquiarum
dem opponit incendio, & manu elata præferens
si mirabatur famulis omnia perdentibus: ad faci-
rum reliquiarum aspectum ignis tanquam timor-
stetit & prorsus euauit, vt qui casum nesciret, ma-
me putaret ignem vsquam exarsisse. Hæc que
xima sunt, maiora facit historiæ grauitas, narra-
nim & quæ vidit ipse Gregorius, qui non
quam mentiri.

DE QVODAM PEREGRINO.

*Greg. Turo.
de gloria
plurimo.*

Matt. c. 18.

MAIVS est quod idem Gregorius narra-
davit de Peregrino, qui cœlestis Dei
reliquiis Hierosolymæ ditatus, vbi
veste, capillis, & lacte multa seruantur, lætus
tebatur in Galliam; sed in ipso tamen reditu
da Roma erat ciuitas sancta, & Christiani caput
perij Cumque se religiosus viator in vastas Italia
hrudines coniecisset, à latronibus capitur, illis
& charitatem nihil pensi habentibus, hominibus
bus spoliant, capsellam eripiunt, thesaurum sup-

aperi
hil pe
las au
bun
cto d
femin
gat, &
nè vb
uenit,
rum i
ptum
illas m
tūque
meme
liam r
rant re

G
pam, E
lam pr
Dei ger
rum co
menta,
ieiunio
spitalita

LIT

De S.
A

aperiunt, curiosè & iniuriosè perscrutantur: cum nihil pecuniarum, auriq̄ue inuenissent, sacras particulas auro ac gemmis longè meliores in ignem furibundi proiciunt, atque homine vulneribus confecto discedunt. Ille post latronum abitum resurgit semiuivus, vt sacrorum pignorum vel cineres colligat, & reliquiarum reliquias recondat in sinu. Ad ignè ubi accessit sacras lypsanas à flammis intactas inuenit, linteolum quoque sacrorum inuolucrū ita purum integrumq̄ue resumpsit, vt potius ex aqua receptum, quàm ex flamma receptū videretur. Ergo sacras illas minutias, permagniq; æstimandas integumentiq̄ue recuperat, tanta animi lætitia, vt vulnerū immemor esset, cumq; via cœpta pergeret, ad suā Galliam rediit incolomis. Et quæ perpeffu aspera fuerant religioso petegrino memoratu fuere iucunda.

DE S. GOARO.

GOARVS genere Aquitanus, Christianæ securitatis ergò in vltimos Galliæ fines deuenit, & in quodam secreto loco, præter fluuioli ripam, Episcopi permisso, qui Felix dicebatur, Ecclesiam pro sua tenuitate construxit: in ea sanctissimæ Dei genitricis, & D. Ioannis Christi præcursoris, aliorum coelitem reliquias condidit, religionis incramenta, solitudinis solatia, vitæ præsidia: orationi & ieiunio maxime studuit, & ne sibi vni prodesset, hospitalitatis præcipuus amator fuit.

LITANIÆ ET SACRA POMPA
virgini.

CAPVT X.

De S. Eutychio Patriarcha Constantinopolitano.

A Dauertendam pestem, quæ genus humanū *Eustachius*
extinguebat, Eutychius Patriarcha suppli- *presbyter id*
catio-

eius vita et cationes adhibendas censuit: Clero comitante, & po
Simeō Me- pulo cum lacrymis prosequente, à templo maximo
taphraſtes ad ædem vsque beatissimæ virginis, quæ in Blachis
de vitis sã- nis religiosissimè colebatur, celsit ex animi sententia
cto. Aprilis. religio, precibusque illis placatus est Deus immen-
 lata virgine deprecante, ad cuius itum est ædem. In
 cro sancta: Mariæ virginis ab initio ætatis Eutychie
 venerator ingens fuit, cuius in ædem assidue venie-
 bat, ac se matri sanctissimæ permitta quadam
 charitate tradebat. Idem Eutichius vulnera & mor-
 bos plurimorum, tum oleo sanctæ crucis, quæ
 quia crux, & quia olei ferax, illa ætate Christianissimæ
 mæ venerationi fuit, tum illo, quod ex diuæ Mariæ
 virginis imagine fluebat in vrbe Sozopoli, sanatus
 fuit. In his autem orationibus insignis illi
 qua religiosus quidam & pius sanatus est picturam
 dum Veneris impudicæ picturam ex suæ domus
 riete delet, vt sanctæ Mariæ virginis apponat
 nem (oratorium domi cogitabat) à malo dote
 in effigie veneris immorante graue vulnus accep-
 cumque manus vehementer esset inflata atque
 gra, ad Eutygium confugit, ille, pictorem oleo
 ctæ Mariæ crucisque inunctum, timore, ac tunc
 liberauit.

DE DVOBVS EPISCOPIS.

Gregorius
presbyt. in
vita S Theo-
dori Archi-
mandritæ.

IN Musgensi oppido æternæ virginis magnæ
 Dei matris templum erat incolis, siue qui in
 no, siue qui in longinquo essent, ita religio
 & venerabile, vt ex duabus ciuitatibus pontificum
 de nobilibus in anniuersariis cœli Reginae
 quas vterque Episcopus, clerus & populus con-
 niter celebrabant, quotânis pompa duceretur.
 dit quodam die, vt hæc solennis supplicatio
 gni Theodori præsentia lætior fieret, qui
 inuitatu, qui vnus eras ex Episcopis Mariæ Del-

tris, ad
 nem qu
 pepulit
 reui o
 quam
 & clau

S An
 Sm
 M
 vertice
 rerum à
 cat, supe
 plum in
 sæpenu
 haberi in
 ad peste
 reprime
 gno cler
 tistes, at
 ni præfē
 litanias,
 tum est a
 erat in Ex
 niuis ere
 magnam
 materian
 dirum le
 suo omni
 penitunt
 ad tantu
 iunio ac
 Patriarch
 præcedē
 tyris ped

tris, ædem illo ipso pompæ gaudio visitauit, dæmonemque ex sceminæ, quæ Irene vocabatur, corpore pepulit, cui post obitum mariti & filiorum, quibus breui orata est, sedem virginis matris ædi propinquam designauit, in qua Irene vsque ad finem casta & clausa permansit.

DE MVLTIS ROMANIS
pontificibus.

SANCTUS Gregorius Romanæ Ecclesiæ nobilissimus præsul, doctorque doctissimus, virginem Mariam montem illum esse interpretatur in vertice montium, quem prædixit Isaias, quæ omnem rerum à Deo effectarum altitudinem dignitate vincat, superet celsitate. Suis concionibus virginalè templum in Exquilijs situm (Mariæ maioris appellant) sæpenumero decorauit. Supplicationes publicas illic haberi iussit, ac litanias, vt ante diximus, decantari, vel ad pestem auertendam, vel ad barbarorum incursum reprimendos. Stephanus secundus hoc nomine magno cleri, populi que consensu Romanus electus Antistes, atque vniuersæ Christi Ecclesiæ administratio præfectus ad Dei omnipotentis iram mitigandam litanias, supplicationesque decreuit, primoque die itum est ad eandem sacratam virginis domum, quæ erat in Exquilijs à pontifice Liberio miraculo æstiuæ niuis erecta. Leo quartus pontificatus sui principio magnam sanctitatis ac prudentiæ suæ declarandæ materiam nactus est. Romæ iuxta S. Lucie Basiliscus dirum serpentis genus est ortus, qui venenato spiritu suo omnibus, qui ad cauernam eius accedebant, repentinum afferebat interitum. Itaque trepidantibus ad tantum periculum vniuersis, pontifex solenni ieiunio ac precatione perfectis, in die Assumptionis è Patriarchio exijt, & cum hymnis ac canticis sancta præcedente imagine ad basilicam sancti Adriani martyris pedibus cum clero processit. Inde ad basilicam

*Lib. expo-
sit. in lib. 1.
Regum ei.*

*Lib. 11. Re-
gistri epi. 2.
Ioannes Di-
aconus in
vita S. Gre-
gorij Plati-
na in vita
Stepha:
Carolus Si-
gonius li. 5.
de Regno
Italia vsq;
verbis.
Accidit
anno 847.*

sanctæ virginis ad præsepe perrexit, & cum ad spe-
 vbi cubare serpens dicebatur, appropinquasset, ca-
 ua fideiū, qua stipabatur, subsistere iussa, inextin-
 nimo ad os specus, vnde pestifer erumpebat afflu-
 accessit, atque oculis, palmisque in cœlum intus
 Deum omnipotentem, vt terra illa peste populi
 liberaret; orauit, quo facto repente scœdum vir-
 lud serpentis euanuit. **Quo** etiam conflatum ter-
 in Saxonum vico incendium, cum vi vœi flamma
 ctum longius serperet, atque humana ope frustra
 uersante, Longobardorum vico comprehensio
 etiam Vaticanæ basilicæ immineret, idem prop-
 currit, & precatione, ac signo crucis adhibito
 tium omnem vim flammaram compescuit. **M**
 nus pontifex illorum princeps, quibus hoc
 est inditum, in æde virginis, quæ eadem Liber-
 basilica est, summum vitæ capitisque discrimen
 git, paratissimamque cædem Mariæ matris op-
 credere par est, deuotavit. Cum enim à Constantino
 nominis secundo hæretico imperatore Olympio
 Romam in Martini perniciem missus licentiam
 ornasset, vt Christi vicarium in sanctissima Ma-
 nis matris æde ad præsepe sacra facientem
 caperet aut vita priuaret. Licet Olympio gra-
 studens, in ipsa sceleris machinatione repentinè
 citate perecutitur & hominis sensus obstupescit
 enim benignitatis parens Maria tam nefarium
 que sacrilegum parricidium in primario suo
 perpetrari sustinuit. Ad hanc eandem virginem
 quæ tam multis salutem fuerat Mauritius Cæsar
 (vt ex Paulo diacono & Ioanne Nauclero didici-
 tum confugit cum ab Isaco Exarcho mortem
 parari sensit; erat enim hic locus vt varijs
 bus, sic etiam beneficiorum & miraculorum
 mentis insignis. Ergo in aduersis afflictis
 præcipuum Romanis studium fuit, preces

*Pontificale
 ca. 76. Ado-
 uinensis an.
 64. Baron.
 Tō. Annal.
 8. Et qui
 Rom. pont.
 vitas scri-
 bunt.*

*Lib. 17. de
 gestis Ro.
 mano.
 In Chronic.
 generatio-
 nis. 22.*

in loco
 tusque
 tingue
 stellis
 quiden
 late in
 te à prin
 ipsius fe
 æde cele
 man, qu
 cum hor
 cæ por
 tur. Et q
 ma omni
 nis vbi
 excellen
 nostra lu
 aque so
 genitrici
 diagesim
 lim cerin
 qui ad di
 plium illu
 niæ cano
 frequen
 gantia ita
 lam ad pl
 vt ex ver
 nunciante
 Mariæ, &
 licet dies
 intelligim
 DE G
 B Yz
 B ligit
 por

in loco fundendi, & ex pectore imo suspiria, gemitusque trahendi, quibus tanquam infulis aquis extinguebatur incendium, & veluti faustis quibusdam stellis excitata procella quiescebat. Commemorabile quidem est, quod Petrus Cluniacensis scribit, serijs e-latae in caelum virginis, quas populus summa pietate à primis antecedentis diei vespertinis precibus ad ipsius festae lucis vespertinos catus in hac diuinissima aede celebrabat, moris fuisse cereos ibidem inflammari, quod semper & vbique iactitauit Ecclesia, qui cum horis arsisent quatuor & viginti, tamen eodẽ cerea pondere, quo essent allati, domum referebantur. Et quidem in supplicationibus teste Ruperto prima omnium profectio ad aedem sanctae Mariae virginis vbicumque illa esset, dirigi consuevit, ob Deiparae excellentiam, dignitatemque praestantem, à qua salus nostra sumpsit exordium. Jam verò pompa illa stata, atque solennis, quae ineunte Februario in Mariae Dei genitricis honorem Hierosolymam venienti quadagesimo à partu die cereis accensis incedit, tanta olim caerimonia celebrabatur, à Romanis, vt populus qui ad diui Adriani coierat, inde ad beatae virginis tempium illud procederet, quod papa designasset, & litaniae cantarentur, Romanus praesesset Antistes, cleri frequentia conueniret. Quae supplicandi & ratio, & dignitas ita Sergio pontifici Romano probata est, vt illam ad plures Mariae matris gratiae ferias ampliarit, vt ex venerabili Beda compertum habemus. Nam annunciantis de caelo Angeli, nascentis, morientisque Mariae, & cum triumpho in caelum euntis festos & festos dies litaniarum cantibus honestauit. Idque etiam intelligimus ex chronico Sigeberti.

Lib. 2. de miraculis ca. 30.

Albinus flaccus Alcuinus de diu. officijs. c. de purificatione.

Lib. de sex mundi & ratibus.

DE CONSTANTINOPOLITANIS *Vincentius in suo speculo lib. 25. c. 147.*

Byzantinorum erga virginem perantiqua religio cum saepe alias, tum maximè illo tempore salutatis fuit, quo à Saracenis obsessi ma-

gis in Mariæ matris præsidio atque ope quæ in velis
 copijs, vel viribus spem omnem, atque fiduciam reponen-
 tes, de infestissimis Christiani nominis hostibus tri-
 phum clarissimum pepererunt. Itum est enim an-
 dem, quæ erat sanctæ Sophiæ templo vicina, in-
 mago Deiparæ vna ex duabus, quas Lucas discipulus
 pictor expresserat, reuerenter & summo cum be-
 te deducta & in publica supplicatione circumge-
 est. Accessit commune ieiunium, & dolor ob deum
 quibus apud cœlestem dominatorem offendit.
 Hoc pugnandi genere valde præclaro de Saracenis
 comparata victoria est, qui miserè in bello per-
 runt.

SALVTATIO VIRGINIS VERBIS
 Angelicis.

CAPVT XI.

De sancto Andrea Cretensi Archiepiscopo.

*Oratione in
 Annuncia-
 tionem apud
 Simeonem
 Metaphra-
 stem.*

ANdreas Cretensis Antistes præclarus fan-
 gitationes de Angelica salutatione con-
 molumento communi literis mandauit.
 Gabrielem ita loquentem inducit. Sic exordium
 mum illi gaudij & lætitiæ nuncium afferam.
 nim verbis decet Reginam salutare. Nam hoc
 gaudij negotium, tempus lætitiæ, tranquillitatis
 perium, cōsiliū salutis, initium consolationis
 ipse secum Angelus. Tum demum petit, & ad
 mum, in quo virgo habitabat accedens sensum
 res appropinquauit, cumque iam esset intus
 voce virginem alloquens. Aue, inquit, gratia
 Dominus tecum. Qui est ante, hodie tecum
 paulò post erit ex te, illud quidem ab omni
 tate, hoc autem in tempore. Non fuit satis gau-
 indicasse, nisi ipsum gaudij authorem inesse
 significaret. Gaude ornatissimum diurnæ glori-
 plum, gaude sacrosanctum Regis palatium,

Thalan
 despon
 nes con
 immo
 quo sol
 ex qua
 gaude f
 totius g
 corporis
 coagme
 de noua
 qua nos
 in qua n
 est, in vi
 conform
 tabilis, se
 dignus &
 rea, quæ
 ex petra i
 sici carbo
 nitionis p
 finitam e
 gaude spe
 e cœlo sus
 versabant
 triarcharū
 cognition
 bus, tu ve
 benedictio
 tu in mul
 venerant
 vel præcel
 comitant
 prophetis
 caput libr
 Tu sola v

Thalame, in quo sibi Christus humanam naturam despondit, gaude diuinum inter Deum atque homines conciliationis instrumentum, gaude thesauro vite immortalis, gaude domicilium cœlo præstantius, in quo sol gloriæ splendet, gaude sancta terra virginea ex qua nouus Adam formatur, qui veterem seruet, gaude fermentum sanctum, à Deo datum, ex quo totius generis humani massa conditur, & in vnius corporis Christi panem euadit, & admirabili ratione coagmentatur. Gaude gaudij Mater sempiterni, gaude noua Dei arca, in qua Dei spiritus conuiescit, in qua noster Noe Christus genus seruauit humanum, in qua nouæ gloriæ author, & qui natura sanctus est, in uirginali officina corpus sibi ratione mirabili conformauit, non deserens quod erat, quippe immutabilis, sed assumens id quod non erat. Est enim benignus & hominum amantissimus. Gaude vna aurea, quæ continens illum, qui dulce manna, & mel ex petra ingrato populo dedit, Gaude Seraphica mystici carbonis ardentis forceps. Salue spiritale præcognitionis perspicuæ speculum, per quod prophetae infinitam erga nos Dei submissionem vaticinati sunt, gaude speculari, per quod iustitiæ solem venientem e cœlo suspicientes ii, qui densis in tenebris peccati versabantur, illustrati sunt, salue prophetarum & patriarcharum omniū decus & clarissima arcanae præcognitionis humanæ tuba. Benedicte tu in mulieribus, tu verè benedicte, per quam clamant gentes, & benedictus qui venit in nomine Domini. Benedicte tu in mulieribus, quam reges honorant, principes venerantur, diuites populi obsecrant, virgines, quæ vel præcesserunt, vel sequuntur in templum Regis comitantur. Benedicte tu in mulieribus, quam Esaias prophetissam, & virginem, & laterem, & locum, & caput libri obsignatum arcana ratione nominauit. Tu sola verè benedicte, quam vir desideriorum Daniel



niel montem vidit, & Abacuc admirabilis montem
 opacū, mōtem quoque Dei, montem pinguem, mo-
 tem coagulatum, montem, in quo placitum est Deo
 inhabitare. Te tuus ille progenitor atque Rex pro-
 pheticē decantauit. *Quam* Zacharias rerum diuinarum
 inspector eximius candelabrum aureum vidit in
 lucernis, id est septem Spiritus sancti muneribus
 xornatum. Tu verē benedicta, cui⁹ vterus atque
 mulus est, quia benedictionis fructum, immortali-
 tis spicam, Christum sine semine, sine cultoris
 re, multiplicem frugum innumerabilium mater
 nostrae salutis agricolae protulisti. Tu verē benedi-
 quae tanquam paradyfus intra te continet ipsius
 factorem Christum, qui infinita virtute ex alto
 ro prodiens instar fluuij quatuor principijs per
 gelium rigat faciem vniuersae terrae. Non dicitur
 sancti Ephreni Edissenae Ecclesiae Diaconi eloqui-
 est in laudanda virgine, & Angelica salutatio
 plicanda. Nam Euangelij verba non vera esse
 sunt, ex abundantia cordis os loqui, talemque
 iusque orationem, qualis ipsa sit mens. Ex qua
 intelligimus Ephrem erga Deiparam virginem
 rem quam ardentissimum fuisse, quem verba
 & grandia prodiderint. Portum eam vocat & mo-
 solatium, & eorum libertatem, qui vel in cubili-
 dati sunt, vel ab hostibus seruitute oppressi
 Ægrotācium hilaritatem nominare pergit, solati-
 rum stabilimentum, spem, ac per fugium
 rum. Virginum decus appellat, cœli Regiam
 & omnium principē dominorum vocare non
 tat. Non mihi, inquit, alia est nisi in te fiducia
 sincera. Per illam se sperat ad Christum fore de-
 dum, illam inuocat, imploratq; suppliciter, con-
 lis verbis, dignare me laudare te, veniā pete ad
 tionem Angelicam vsurpandā, & laudes diuina-
 tris pro ingenij exiguitate, promēdas. Aue in



Luc. 6.

splendi
 minia M
 gē beati
 est Ch
 & virgo
 nisti, Au
 præclar
 vniuers
 Angelo
 siue qui
 dium, &
 clantud
 versus p
 culum,
 paradise
 diantia
 Anasta
 rānum
 atque h
 sererdi
 ster ad i
 factos ce
 tu collo
 compre
 dantium
 & autor
 cursus, i
 morte a
 rostrat
 sūno Pa
 ditamer
 tio, San
 D E

P

splendidissimum & luculentissimum vas, aue Domina Maria gratia plena, aue in mulieribus virgo longè beatissima, aue stella fulgentissima, ex qua ortus est Christus. Aue illustrissima mater, mater inquam, & virgo. Aue quæ omnium Regē mirabiliter peperisti, Aue per quam nobis Sol ille tā præstans, tāque præclarus illuxit. Aue quæ cūctis rebus emines, quas vniuersitatis molitor effecit, aue canticū & hymnus Angelorū, siue quos diuina flāma atq; ardor incēdit, siue qui à missione nomē acceperunt. Aue pax, gaudium, & mundi salus. Salue prophetarum decor, pulchritudo martyrū, corona sacerdotū, lingua eorū, qui versus pangunt, præstantissimum orbis terræ miraculum, mortalium voluptas, lignum vitæ, deliciarū paradisi, vallum, propugnaculumque fidelium, periculantium incolumitas. Adami primi nostri parentis Anastasis, peccatorū hospitium, propitiatorū laborantium, tui soliū ac throne creatoris, aui splendor, Dei atque hominum internuncia, pacis interpret, gloria sacerdotum, porta caelorum, aditus ascensusque nosster ad illud lumen inaccessum. Aue quæ mœrore affectos consolatis, oppressos releuas, nauigātes in portu collocas, caelorum clauis geris. Aue que illum, qui comprehendī, ac circumscribi non potest, in vtero dantem tenuisti. Aue quæ Christum vitæ largitorē & autorem educaſti. Idē hic Ephē, contra diaboli incursus, insidias, & laqueos virginem appellat, eāq; in monte ac iudicio vult & precatur sibi esse p̄sentē victoratorq; Nestorio, cuius triūphi prima laus Coelestino Papæ debetur, cuius erat vicanus. S. Cyrillus Adidamentū illud accepisse creditur Angelica salutatio, Sancta Meria mater Dei ora p̄ nobis peccatorib⁹.

DE S. PETRONIO BONONIENSI

Episcopo.

Petronius Petronij Constantinopolitani civis vii clarissimi filius cum spiritu Dei ductus

Sæctus Prosper contra collatorē, in fine, Baron. tom. 5. Annal. in Cælestino.

Carolus Sigonius in vit. S. Petronij.

ductus rei omnis initium ab oratione fieri oportere intelligeret, nihil aggredi solebat, nisi primo Ecclesiam ingressus, sanctionibus precibus rei agendæ auribus à Deo imploraret, ad eum vnum referens cogitationes, actiones, & studia sua, confirmata iam veritate corde quodam Christianæ religionis vehementer inflammatus monachorum imprimis amore flagrantium quorum eo tempore disciplina erat in Ægyptu litudinibus quam florentissima. Quare & si quæ que illi piè religioseque agerent, ab alijs ipse cogitabat, tamen cum ad instituti sui rationem non se ferre putaret ea auribus percepisse, oculis perlustratissimam tum loca, tum cætera omnia, quæ sibi se audiuerat. Itaque in Ægyptum venit, vbi inquam Eremum penetrans singulorum colloquia non destitit, quoad planè cognouit sanctæ religionis instituta. Inde domum reuersus illam disciplinam tam vehementer amauit, vt literarum monumenta tradidit monachorum vitas, quas religiose contemplatas, valdeque probatas ijdem monachi amplexati quasi certas quasdam regulas, in quibus maxime ceret omnis optima monastici instituti sui rationis Ægypti solitudine peragrata Hierosolymam perueniri statuit, vbi peractæ redemptionis nostræ vestigia Christus reliquit verus Deus & homo, itaque cum ad eam urbem venit, totus meditati studio exardescens Domini sepulcrum in primis reliqua illius sacra rerum gestarum monumenta singula loca, quæ absens intima animi pietate cogitabat, præsens veneratus est sanctè & religiose. Cum omnia tandem perlustrasset incredibili quodam ardore, quo tamen magis ad contemplationem fixa in animo illa hæerent, singulari etiam diligentia eorum situm, ac rationem notauit, quæ ob rem Theodosius minor religiosissimus Imperator, Petronium virum sibi probatissimum

mam
da cur
est aut
missi
mort
ti An
nonier
locum
lò auter
dimina
Celesti
Bonon
quileg
propedi
præficer
& episc
& Bon
Qua qu
tonius
sulata e
ostendit
lorem se
quam ill
primum
ei respon
Occume
Diuina
Pontific
nret Ep
ber, nisi
stantia, id
stanti vo
munus p
perauit. I
sæ vita
sancti A

mam legatum misit, qui de Nestorij hæresi reprimen-
 da cum pontifice Cælestino diligenter ageret. Factum
 est autem Dei consilio, ut quo tempore is à Theodosio
 missus Romam venit, Legati quoque adessent, quos
 mortuo Fœlice Bononiæ Episcopo, qui intimus sã-
 cti Ambrosij Mediolani Episcopi sodalis extiterat, Bo-
 nonienses Pontificem rogatum miserant, ut in illius
 locum successorem sibi Episcopum substitueret. Pau-
 lo autem ante quam ij legati Romam aduentassent,
 diuina voluntate à sancto Petro Apostolo in somnis
 Cælestinus Pontifex admonitus est, ut quando Felix
 Bononiæ Episcopus à vita hac migrasset, Petronium
 qui legatus à Theodosio imperatore missus ad urbem
 propediem adfuturus erat, Bononiensibus Episcopum
 præficeret, cum neminem esse idem affirmaret, qui
 & episcopatus munere religiosius perfungeretur,
 & Bononicensium desiderium sanè iustum expleret.
 Qua quidem re commotus Pontifex, cum iam Pe-
 tronius, & Bononienses adessent, ac sua utriusque po-
 stulata exposuissent, quæ per quietem acceperat eis
 ostendit, atque Petronium idoneum Fœlicis succes-
 sorem se dare pronunciauit. De re autem Nestoriana
 quam ille Theodosij nomine retulerat, collaudata
 primum religiosi illius principis voluntate, priuatim
 ei respondit, se, ne ea pestifera hæresis latius serperet,
 Oecumenicam, ut moris esset, Synodum indicturum.
 Diuinæ igitur voluntatis significatione declaratus à
 Pontifice Bononiæ Episcopo Petronius ut is, qui cer-
 neret Episcopale onus graue esse, neque facile susti-
 beri, nisi singulari quadam diuinarum virtutum præ-
 stantia, id primo recusare contendit, ac cognita con-
 stanti voluntate Pontificis, qui diuinitus delatum ei
 munus plane repudiari nolebat, illius iussui obtem-
 perauit. Bononiam ubi venit, primò doctrina, & san-
 ctæ vitæ officiis ciuitatem instruere, propositoque
 sancti Ambrosij Mediolanensis Episcopi exemplo
 T 5 fidei

fidem Catholicam Ariana perfidia violatam re-
 tuere summo perè contendit. Deinde templa Dei
 sturbata, atque euerfa refecit. Et alia item noua, et
 maior ad Dei cultum in dies accessio fieret, summo
 Bononiensium studio ædificauit. Quin etiam tem-
 pla duo non longo inter se interuallo disiuncta
 gnis rerum diuinarum significationibus dedica-
 vnum Stephano prothomartyri, alterum Ioanni
 uangelistæ. In hoc, quod in monte ex tumulo
 de industria aggesto construxit, religiosè etiam
 montem Oliueti, vbi Christus Dominus postquam
 resurrexit à mortuis, stans discipulis videntibus
 cendit in cælum. In illo quod sancto Stephano
 tum, cum Ecclesia sanctorum Petri & Pauli à be-
 Ambrosio consecrata coniunxit, diligenter expre-
 imaginem & montis, vbi in ara crucis Dominus
 guinem pro generis humani salute effudit, & de-
 cri, in quo idem mortuus conditus est. Quæ ver-
 ter hæc duo templa planities loco submissior
 tercedit, eius situ celebrem illam, quæ Iosaphat
 catur, vallem representauit. Vt autem sollicitus
 stor gregis sui mentes vehementius etiam excitaret
 ad ardentem Dei charitatem, propositis, quæ
 rent, sacris imaginibus ad similitudinem conu-
 corum, quæ ipse etiam præfens Hierosolymis
 ratus erat, in Ecclesia sancti Stephani hæc sancti-
 primenda atque effingenda curauit, columnam
 quam Christus Dominus flagellis est verberatus
 crucem, cui est affixus, triclinium, in quo idem
 discipulis discubuit, locum item, in quem Petrus
 postolorum princeps, postquam se Christum
 lum esse negauit, peccati sui poenitens secessit,
 biculum præterea, in quo Gabriel Angelus de-
 missus Deiparam virginem salutauit. Hæc in
 nius. Me verò Angelicæ Salutationis preciosa
 rita in extremo angulo reperta, vt totum agrum

carer a
 Chris

E

ducere
 gereba
 sermo
 vitæ fe
 ficare p
 derunt
 mon r
 tedarg
 stram,
 iceret.
 lutatio
 sus, cui
 nit è m
 quit, ad
 scilus, &
 licrem
 mea fra

DE S.

G

ni conc
 pulum
 genibu
 campa
 que

carer admonuit. Etsi nihil in eo non præstans, & ad Christianas diuitias augendas appositum.

DE EVFEMIA RELIGIOSA

puella.

EVfemia bene morata virgo ad religionem aspirabat, diabolus tenerimã puellam à sancto monacharam suscipiendæ vitæ proposito deducere conatus, humana specie se illi identidem ingererat, vitæque illius qua asperitatem, qua miserias sermone fallacissimo proponebat; rursus coniugalis vitæ felicitatem ac delicias orationis vanitate amplificare pergebat. Cui Eufemia, quid mihi, inquit, proderunt oblectamenta ista post mortem? hoc demum responso quasi aliquo telo ictus puellam nihil redarguens, & ad cubiculi, in quo erat, trahens fenestram, omnibus viribus adnitebatur, vt eam inde deliceret, præcipitaretque sæuissimè: territa Eufemia salutationem pronunciat, qua Angelus Gabriel est vultus, cuius auditione hostis ille hominum puellã ponit è manibus, neque iræ, neque voci parcens, si te, inquit, ad monasterium contuleris, ero tibi semper infelix, & nunc quidem sine dubio periisses, nisi mulierem illam mihi inimicissimam inuocasses, quæ mea frangit tam sæpe consilia.

Casari^o monachus Cisterciensis lib. 5. dialog. ca. 44. qui ex eadẽ Eufemia hæc se audisse affirmat hist.

DE S. BONAVENTVRA EPISCOPO

& Cardinali.

Gloriosissimæ virginis Iesu Christi Dei atque hominis verissimæ sanctissimæque parentis & pius & ardens cultor Bonaventura Romani concessu pontificis egit, vt fratres ac monachi populum publicè priuatimque hortarentur, ad virg. flexis genibus salutandam verbis illis, Ave Maria, signo campanæ audito post vltimas diei preces, postque diuinorum officiorum complementum.

Ita

Ita iubendi, ac sciscendi causa illa fuit, quod plerique
fidelium sibi persuaserint, illa ipsa hora lucis desin-
tis Mariam virginem à paranympho Gabriele An-
gelo illud audiuisse. Qui profecto mos paulatim inter
Christianos corroborari cœpit, sonanteque cymbala
in ipso aditu noctis atque vestibulo Maria virgo
salutatione Angelica ubique iam locorum ac gentium
à synceris fidei cultoribus honoratur.

DE REGE FRANCORVM LVDOVICO
co undecimo.

*Ganguinus,
 vel ut alij
 Gaguin^o li.
 10. de rebus
 Franco.*

SVÆ aduersus virginem pietatis documentum
 dicit Ludouicus ille, ante quem decem huiusmodi
 minis Reges Gallia numerabat. Hic non contentus
 instituto illo veteri, quoad campanæ signum
 crosanctam virginem sub noctis aduentum salu-
 mus, hora etiam meridiana id fieri voluit, ad
 pacem ab immortalis Deo per virginem
 nendam. Pij secundi, qui Ludouico æqualis fuit
 lenda virgine, studium prædicatur. Non minor
 hoc nomine quarti laus fuit, qui conceptæ vir-
 ferias solenni cæremonia decorauit. Nam quæ
 in Missa, tum in horariis precibus dicenda esse
 tificia autoritate firmavit, salutiferoque decem
 merè disputandi & turpiter dissidendi licentiam
 frenauit. Et hæc quidem ætas scriptores tunc
 gios partim Theologos, partim earum cultores
 rarum, quæ hominem ad humanitatem erudit
 qui tamen illam scientiam non profiterentur,
 de Deo loquitur, tamen Diuæ Mariæ pietati se de-
 putauerunt, vt eam linguis illis ac literis, quas
 cerant, quoad eius fieri posset, extollerent.

DE MARGARITA RELIGIOSA
fœmina.

*Garinus
 Theolog^o in*

VNgarica Margarita Regia stirpe fata & m-
 quod multò amplius est, in D. Dominica
 milia propter sanctitatem clara miraculis
 Disciplin

Deiparæ cultu tam feruens & sedula fuit, vt ad Deiparæ imaginis occursum genua semper inflecteret, & Angelicâ salutationem recitaret, quem morem nulla vnquam vel eundi celeritas, vel conficiendi negotij necessitas impediuit. Quod si fortè celebriores ferriæ Virginis agerentur, peruigilia arido pane, & frigida traucebat, totoque octonario eandem salutationem Angelicam millies quotidie proferebat, ac se tã diu humi sternebat, dum Angeli, Elisæbethæ, & Ecclesiæ verba (nam ex tribus authoribus precatio tanta componitur) prorsus absolueret: videlicet Patris Dominici amor, religio, & pietas apparet in filiis, cuius ordo quidem est hortus Virginis manu cõsitus, quo ex hoc to hæc extitit rosa mirabilis, de qua magna odoris est afflata suauitas.

*compendio
vita huius
Margarita.*

DE QVODAM PVERO.

DEDERVNT sui specimen ingenij adulescentes tum in vsitatis gymnasij exercitationibus, tum in dramate vno atq; altero, quod præclare stetit in magno cœtu, plausuque nobilitatis, & ita acuit etiam studia nostræ fidei aduersantibus, vt vitro ad nos ciectis domesticis moderatoribus Schismaticis, liberos adducant suos, quidam dent in seminarium, quidam domos emant propinquas, vt filij ad nos venientes faciant compendium viæ, multi denique suos à nobis erudiri postulant, submissis autem verbis, cum exorarunt, tam exquisitas agunt gratias, & quidem homines nobiles, vt & nos amari ostendant, & paulatim illabantur in amorem eius fidei, quam nos tenemus. Ipsi porò pueri non magis docentur literas, quam dedocentur impietatem; ac ne multis, ipsa etiam Vladjca Polocensis (est autem Vladjca Russorum Græci schismatis Antistes) nobis fororis filium commendauit. Qui quidem puer, nesciente auunculo ita se docilem præbet ad nostram disciplinam, vt magna spes sit eum Catholicum aliquando

*Franciscus
Bécus in so-
cietat. An-
nalib. de hi-
stor. collegij
Polocensis.*

quando futurum, vt ob hanc causam, quod est be-
te virginis obseruantissimus, eiusque consuetudine
qua eam veneramus admonitu campanæ, appete-
tenax. Qua in re iucundū illud fuit aliquando, quod
cum multos haberet conuiuas à præcipua nobilitate
auunculus, ipseque puer mensæ interesset, vbi præ-
audita est meridiana campanæ pulsatio, nihil reu-
tus tot spectantium existimationem, genu flexo
Dei Matrem de more salutauit. Cui Vladica, quæ
gis filii? at ille scitè ac simpliciter exposuit condi-
dinem suam, quo audito & subrisit auunculus, de
mirantium omnium ætati grata quædam admi-
muratio est consequuta.

ORATORES, CONCINATORES
*virginis, & precum inuentores Maria propo-
tiantes.*

CAPVT XII.

*De Leone hoc nomine primo Constantinopolitano
Imperatore.*

*Ex eius
scriptis a-
pud Petrum
Canisium l.
5. de B. vir-
gine c. 5.*

LEONIS cognomine sapientis commen-
abilem religionem & pietatem mundo com-
nit esse notissimam, qui sacrosanctæ Deiparæ
debere putauit, vt eius laudes docta oratione
periore loco & in circumfusâ multitudinis
diceret, vnusque ex assumptæ cum corpore ad
virginis veracissimis assertoribus esset, atque De-
vtramque immortalitatē Attico dicendi genere
caret. Cuius ego verba è Græco deprompta sunt.
Nos, inquit, diem festum Matri Dei sacrum, qui
denuo reuertit, solenni ritū, ac ceremonia celebra-
Sed quæ linguæ facultas, quod orationis fluit
huic argumento, quod laudatissima illa, & boni-
mibus cumulatissima hominum, Angelorum
gina suppeditat, vel ex parte tractādo sit satis?
inde sermone per quandam Apostrophen ad Ma-

tonu
est, qu
gitur
& fa
spe
arcam
num a
ex qua
sari po
celoru
filio ac
obsequ
senten
impera
Gracia
optima
cum fa
Consta
laudau
nibus a

DE S.
no C.

S
in
bu
esset, &
lis Dei
nus & G
Georg
alumno
agnitos
manus,
celebra
calamita
Eos in lo
cor

reuerſo, ſibi ait : O ſuper omnes benediſta, ecquid eſt, quod tibi hodierno die præpotens filius tuus largitur & præbet, qui ſolus maxima quæque & poteſt, & facit? quid hodie agitur? quidnam ſibi vult hoc ſpectaculum tantum & tale? nimirum te ſanctitatis arcam, ornatiffimum thalamum, diuiniffimū thronum ad ſuum templum Auguſtale transfert: illam, ex qua carnis indumentum, quo inter homines verſari poſſet, acceperat, carne veſtiuit, & corporatam ad celorum euexit atque extulit ſumma ſaſtigia, quiq; ſilio adſunt & adminiſtrant, matri quoque prompta obſequia deferunt. Reliqua prætermitto quæ in hâc ſententiam ſermone luculento magnus hic orator, imperator atque perſequitur, dignus proſectò, quæ Græcia eloquentiæ quondam alūna & artiū parens optimarū, multò iaſtet hōneſtius, quam quos olim cum ſaſtu memorabat; dignus etiam ea ſede, quam Conſtantine Magnus ornauit, qui ſanctos tam ſæpe laudauit, & in apparandis doctis ſanctiſque orationibus ad multam noctem vigilabat.

DE SS. ARCHIEPISCOPIS GERMANO
no Conſtantinopolis, & Georgio Nicodemia.

Sanctiſſima virgo, inquit patriarcha German^o, *Ex conc. v-*
 in templi ſeruata penetralibus eſt, Angelis ci- *triuſque &*
 bum miniſtrātibus, quem cibū, quod diuinus *encom. ſan-*
 eſſet, & illius admodum diſſimilis, quem Elia, & a- *ctiſſ. Dei*
 liis Dei ſeruus iidem Angeli præbuiſſent, Germa- *parentis,*
 nus & Georgius Ambroſiam nominarunt. Sibi que *quando tri-*
 Georg. perſuadet, hoſce Angelos ſacroſanctæ puellæ *ennis à pa-*
 alumnos & adminiſtros non ſemel eſſe viſos atque *rentibus in*
 agnitos à ſacerdote Zacharia: da, inquit idem Ger- *templū de-*
 manus, virgo beatiſſima iis, qui tuas ferias religioſè *ducta eſt, o-*
 celebrant, vt ab omnibus malis, periculis, morbis, *blataq; Deo*
 calamitatibus, filii que tui futuris minis liberentur.
 eos in loco deliciarū colloca, vbi æterna lux eſt, pax
 ſecuri-

securitas, bonorumque omnium comitatus. Sed
 multa labia dolosa, quæ contra te iniquitatem
 perbia, & contentione loquantur, exterminentur
 ciuitate tua imago eorum, erubescant, & deficiant
 pereant & cognoscant quod nomen est tibi Domine
 Tu sola Dei genitrix excelsissima super omnem
 ram. Georgius vero suam eloquentem orationem
 religionis plenam ita concludit, habes ut Mariæ
 filio fiduciam, quæ refringi, infirmarique non
 test, vires insuperabiles, robur inexpugnabile
 tuæ resistit, repugnatque potentia, tuis omni-
 bus cedunt, tuo cuncta imperio obtemperant, a-
 uiunt potestati: qui ex te natus est, cunctis san-
 ctis reddidit celsiorem; tuum sine vilo adu-
 tumet compella creatorem, tuis gaudet potestati
 rogari abs te vult, neque impedit, quo minus que-
 tiueris compleantur, tuam gloriam ducit suam,
 filius sit, petitioni satisfacit, & quasi debitum
 persoluit. Hæc Georgij dicta serpentem illum
 lant, cuius pestifer afflatus in Septentrione tan-
 tos infecit, & purum Germaniæ cælum con-
 nauit.

DE SANCTO EPIPHANIO CYPRIANO

Episcopo.

*In eius de
 Deipara cõ-
 cione, quam
 vertit ex
 Græco Ioã.
 Pic' cano-
 nicus Pari-
 siensis.*

BEATISSIMÆ virginis memoriam
 ille doctor Epiphanius summis est laudibus
 profequutus. Negat Mariæ dotes animo
 comprehendendi, negat fas esse de virgine quam
 ificentissimè non sentire, & loqui. Templum
 cat & Thronum, cœli, ac terræ, quæ non habet
 quoddam inexplicabile dicit esse mysterium
 ctissimæ Trinitatis sponsam appellat, ei Spiritum
 sanctum velut ante nuptiale donum fuisse, de
 mine & cælum, & paradysum esse datum, Chri-
 dentissimo desiderio flagrauisse, Mariæ Dei
 gratiam immensam extitisse, circulum in ciuitate

atque orbem esse cœlestem, quem suo conuertens ar-
bitrio. Mare nuncupat, in quo Christus incompara-
bilis gemma delitescit, cœlumque splendidissimū, vbi
Deus ille continetur, qui nequit comprehendi. Quo
facto inquit gloriæ radicē prædicabo, quæ vno Deo
excepto cunctis est longè superior, quam ne Angeli
quidem pro dignitate laudabunt? concinunt illi qui-
dem hymnos ad virginem celebrandam, sed parem
eius meritis orationem afferre nunquam poterunt.
Figuras deinde colligit veteris testamenti, quæ virgi-
nem adumbrarunt, Prophetarum prædictiones, vati-
ciniæq; persequitur, locuples, inquit, est, Charissimi,
mensa virginea, & optimis quibusque referta epulis,
quibus terra perfruatur. Hæc est, quæ splendidam lu-
cernam in cœlo & terra collucentem Christum gesta-
uit, ad quam Zacharias respexit cum dixit, ecce can-
delabrum aureum, & lampas eius super caput ipsius.
Vitem nominat fertilissimā, & vuarum feracissimā,
quæ tamen neq; ligonem, neq; aratrum, neq; vllam
virginitatis sit passā vindemiam, quādoquidem post
partum æquè pura permansit, vel purior & integrior
reddita est. Hæc est illa, quæ mensam ferens dedit no-
bis cœlestem panem Christum, in remissionem pec-
catorum. Angelorum vel maximè diuinitatis ignem
suis oculis intueri nequeunt, hæc autem acriter in-
tuens incomprehensibilem ac somni expertem ocu-
lum Christi, eum cum desiderio & osculo salutabat.
Per te interiectus est paries ad inimicitias dissoluen-
das, per te cœlestis pax donata mundo est, per te illu-
minati sūt fines terræ, per te homines facti sunt An-
geli, ac Dei amici, atque adeo filij nominati, per te
Dei noticiæ terris transiuit ad cœlos, per te homines
Educiam habent apud altissimum. Hæc nos carptim
& oratione Epiphaniij, vt & virginem laudare discā-
mus, & eodem itinere sancti Episcopi pietatem ad-
miremur.

Ex illius
encomio de
Dormitio-
ne Virginis.

ANDREAS in virginis laudem plenis
suis velis excurrit; placet, inquit, Domine
ea, quæ tibi nobiscum intercedit, cognoscere
necessitudine. Quamdiu versata in terris, et
pars terræ continebat, ex quo autem ex terra
fisti, te commune propitiatorium mundus
vniuersus. Idem Andreas Mariam Christianam
propugnaculum dicit, eandem celo affirmat
riorem, seraphicis mentibus celsiore, hominum
minam, & omnis thesaurum Trinitatis.

DE S. IRENÆO

Ex eius lib.
3. aduersus
hæreses in
c. 64. Esaiæ.

IRENÆVS vir planè Apostolicus, ut
verbis utar, & Martyr egregius, quò
rat ab ortu, & Christianæ religionis
nie, eò melius que vera esset in fide
scebat. In virginem si quis alius, præclarissimam
menta congeffit; sic enim de Maria loquitur
viro nupta? virgo tamen Dei auctoritatem
& sibi, & humano generi vniuerso
sic Maria desponsa viro & nihilominus
audiens, & Dei auscultans imperio tam
quàm vniuerso hominum generi salutans.

Et alibi inobedientiæ nodum, quo
max Eua constrinxerat, Mariæ obedientia
Quod enim virgo Eua non credendo ligata
irreuit, Mariæ virginis viuæ fides expediuit
berauit. Hæc S. Irenæi verba D. Augustinus
& Iuliano Pelagiano hæretico fidenter oppo-
gentium taceo Ruspensem Episcopum, Pen-
sologum, Rauennatem Archiepiscopum non
rillum Alexandrinum prætereo, Chrysolostomum
Basilium sileri patior, Cyprianum Martyrem
scopum, Methodium, & Antistitem, &

restem, quippè qui fuso sanguine Christiane fidei
 subscripsit prætermitto, qui omnes gloriosæ virgi-
 nis Mariæ sese præcones, & laudatores eximios in Dei
 Ecclesia præbuerunt. Et quia eorum scripta patent,
 illinc lector quantum volet assumet. Junior Melania
 in hoc esse numero debet, quæ Nestorianos Deiparæ
 hominis osores, quos Constantinopoli inuenit dis-
 cutando conuicit, & cum diem integrum in sancto
 certamine contriussit, multos ab errore impio, de-
 stitendoque deduxit. Venerat autem Constantino-
 polim Romana Melania, vt Volusianum, auuncu-
 lum ad fidem Christi pertraheret.

*Metaphra-
 ses apud
 Surium. de
 vitis Sanct.
 Ianuarij.*

DE D. AMBROSIO MEDIOLANEN-
si Archiepiscopo.

MEDIOLANENSIS Antistes Ambrosius, *Ex eius lib.*
 cum ob alia tum maximè propter illa quæ *2. de vir-*
 de virgine scripsit, illo dignus est nomine. *ginibus.*
 quidem Mariæ virginis, ac Dei parentis mores &
 vitam quasi penicillo depinxit, illiusq; tum verè dul-
 ces oratio, ambrosiamque redolet, cum Deiparæ
 virtutes actiones, & facta persequitur. Notus liber ille
 de Mariæ laudibus, sed qui legentibus nouus sem-
 per esse videatur.

DE D. BERNARDO ABBATE
Clarauallesi.

NESTOREM suspexit antiquitas, cuius ex *Ex sermone*
 ore melle dulcior orator flueret, sed præ Ber- *qui incipit*
 nardo nullus est Nestor, si vllus fortè fuit. Su- *signum ma-*
 cor enim omnem eius aut vim, aut naturam Ho- *gnum.*
 mero esse figmentum poetæque illius ratione & in- *Cic. in Ca-*
 genia contineri. At Bernardus & sæpè alias, & *tone maio-*
 quotiescumque virginem laudat, laudat autem *re.*
 sepiissime, Asianos, Atticos, & Rhodios
 vincit oratores.

*In concione
de miracu-
lis Gabrie-
lis Archan-
geli, apud
Simconem
Metaphra-
sten.*

DIVINISSIMVS Gabriel missus fuit ab omnipotenti Deo & patre tempore benedictionis diuini in terram descensus, veluti quodammodo nubes Dei verbi ad sanctam Virginem, & dicitur gratia plena, Dominus tecum. Et hac voce antiquissimam, & diuturnissimam molestiam parentis Euæ, & impleuit lætitia vniuersam terræ. Prius verò sterili quoque clarissime quæ in horto suo obsecrabat Dominum precari, vt ex ea nasceretur Dei parens; quin etiam propheta Zachariæ in templo sufficienti ipse dicitur vt in senectute gigneret præcursores, quod cum etiam fecit obmutescere in poenam inuinitatis Eundem diuinissimum Gabrielem vidit etiam idem Zacharias in sanctis sanctorum cibum dedit ad Dei Matrem.

DE GERMANO PATRIARCHA
Constantinopolitano.

Ex eius epistola ad Ioannem Episcopum Sinuadonensem, & ex homilia de Zona & fascijs Dei para.

GERMANVS vt sanctissimus, ita celeberrimus sub Constantino Copulatus, ad oëm impietatem nato, non modicum in rebus, sed etiã pro Mariæ dignitate toto peccato, & Mariam cõpellantis verba illa meminit, & habere semper in præcepto: Quis inquit secundum Deum ita genitricem curat humanum prostris defendit angores? quis tam festinatus insidiantisque dæmonis nos laqueis expeditosque conseruat? quis similiter super peccatorem propugnat? Quis quæ conseruat sunt excusat amantius? Tu pro materna dilectione & fiducia & potentia condemnatos pudore in cælum suspicere non audentes concilias, & facis amicos. Ergo qui angustias

Solet ad te qui patitur iniuriam, accurrit ad te, qui turbidorum temporum tempestate iactatur, tuum subinde implorat auxilium. Etenim o Deipara quæ habes, quæque agis admirabilia sunt omnia, ingentia, summa, supra naturam, humanis superiora viribus, tuumque ob eam rem patrocinium maius est, quam ut intelligentia possit comprehendi.

DE SANCTO IOANNE

Damasceno.

DAMASCENVS doctrina, eloquentia, & sanctitate clarissimus, & nulli eorum secundus, qui eius ætate floruerunt virgineas laudes pleno semper promit ex pectore. Sacris sacrorum, sanctis appellat sanctiorem. Pontem esse dicit ad vitam, & ad cælum scalam; mane, inquit, nobiscum consolatio nostra, atque vnicum in terra solatium, hæc me de te spes concepta seruabit, te defendente nihil, nihil omnino pertimescam, Tua vnus tutela tanquam lorica, ac thorace inimicos vertam in fugam. Nostras has preces defer ad filium, ut per te salus nobis donetur æterna, omnem meam spem in te repono mater luminis, me miserum tuæ misericordiae tutare pennis, meque ibi serua latitantem. Infinitum esset antiquorum Patrum testimonia, & dicta colligere, nulla namque Ecclesiæ ætas fuit, quæ non grauissimis scriptoribus abundaret, ut cum Helio affirmare liceat plura pro nobis esse, id est, pro Catholica fide, quam contra veritatem. Neino vel chartulam scripsit Catholicus auctor, quin virginis laudes pro suo sit captu persequutus, suamque de Maria virgine fidem testatam, manifestamque reliquerit. Optimos quosque qui nosse volet, Petrum legat Canticum describentem ætates & tempora, dicta perpendente, testimonia recensentem, deque virgine bene meritos laudis mercede remunerantem. Ille virginis

Ex eius scriptis. & Suida in lexico.

Reg. 4. c. 6.

laudatores enumerat, ille lucidissimas stellas ante oculos, ille peritissimi, atq; scientissimi more de sideribus disputat, ille Iouis ac Iovis gorem, ille Iouis prosperum & salutare ornat, laudat ille Mercurium, de Marte ac re cautissimè loquitur, Saturnum omnia frangentem, corrumpentemque deformat, ac procerum hominum salutem facit, exagitat, vituperat, sectatur. Ex huius scriptis quis sit nimbo dæus, quis pius & prudens lector intelligit, Nouatorumque sectarios apertè conuincit, & vt Stephanus dæos, sic ille hereticos obmutescere cogit, que compellit.

DE PAVLO EMISSE
Episcopo.

Homil. 7.
apud Cyril-
lum & acta
Ephesina,
tom. 6. c. 14.

PAVLVS confirmata pace cum Iosepho Antiocheno, cuius ipse legatus ad Cyrillo, eiusdem Cyrilli permisso, in die natali Domini concionem habuit ad qui vbi sanctissimam Mariam Virginem honorasset (peperit itaque Deipara Eman- pulus statim acclamat, ecce fides eadem munusq; Dei, Cyrille orthodoxe, hoc au- bamus; qui non ita loquitur, anathema sit & Episcopum sinentem, & oratorem dis- populum audientem valdè nobilitat. Verè ec- clesiasticus (volatilia ad sibi similia conuen- veritas ad eos, qui operantur illam, reuertetur quæ à Cyrillo veritas stabat, ad eundem re- suoque Pontifici plebs virginis amatrix app-

Sermone
eius 2. in
festo As-
sumptionis.

DE INNOCENTIO III
PRÆCLARVS ille Innocentius qui in Concilio nense Conciliū maximis de rebus Ro- git, coacto prudentissimè præfuit, san- gine & pietatē, & sententiā literis testatam

posterio
Domin
set. Vt e
pellatur
princip
populit,
& orige
sententi
mundu
terrarum
nocte cu
tur. Qu
Item ill
ciat castro
pellet fac
xilium de
tat hynn
candam a
oratione,
præclara e
Ecclesie h
sumus D
vigo Ma
animam
dus petr

DE

H
Veringer
iunxit. Es
pis celeb
causis m
si etiam
anni plu

postnitatis memoriam sempiternam. Mariam enim Domini Dei Matrem aurore nomine significari censet. Vt enim quæ Leucothea à Græcis & Matuta appellatur à nostris, tenebrarum finis est, ac diei, lucisq; principium, ita Maria mundi damnationē exitumq; pepulit, & salutē introduxit, vitiorumq; exitus fuit, & origo virtutum. Erat quippè rationi maxime consentaneum, quando per foeminam mors & pestis in mundam intrauerant, per foeminam quoque orbis terrarum vita redderetur, & alibi, qui iacet inquit, in nocte culpæ lunam aspiciat, id est Mariam depreceatur. *Quis enim de nocte vocauit eam, & surda fuit? Item illud; qui se sentit ab hostibus impugnari, respiciat castrorum aciem ordinatam, hoc est Mariam appellet sacrosanctam, vt ipsa largiente filio mittat auxilium de sancto, deq; Syonis arce nos tueatur. Extat hymnus quidem verè pius, & ad virginem inuocandam accommodatus. Breuis illa precatio soluta oratione, quàm idem Innocentius concinnauit, tam prædara est, vt Innocentij ore multæ in hunc modum Ecclesiæ loquutæ sint. Interueniat, pro nobis quæsumus Domine Iesu Christe apud tuam clemētiam virgo Maria dignissima mater tua, cuius sanctissimā animam in hora passionis, & mortis tuæ doloris gladius pertransiuit }*

*Cant. 6.**Cantic. 6.*

DE HERMANO CONTRACTO.

HERMANVS ille, qui propter membrorū stuporem contractus est dictus, ad eam nobilitatē, quàm generis dederat claritudo (quippè Veringensis comes) doctrine, & sanctitatis decus adiunxit. Ex huius namque illustris, religiosiq; viri scriptis celebre illud canticū, Salve Regina iustissimis de causis memoratur. Nam præter virginis præconia ipsa etiam antiquitate commendatum est: siquidem anni plures quingētis numerantur, ex quo hic cātus

*Guilielmus
Isengrinus
in chronico
de vrbe Spi-
rensi.
Canisius de
B. Virgine
lib. 5. c. 13.*

*De hoc su-
pra.*

*Franciscus
Costerus in
canticum
Salve Re-
gina.*

*Surius de
vitis Sanct.
Maij.*

prodiit in lucem, quem à doctis examinatum, à
pientibus explanatum, ab vtrisque approbatum
ter vsurpat Ecclesia. Fauentibus superis hoc car-
decantari nota illa docet historia, diuum Bernardus
Abbatem Clarauallensem Apostolicæ sedis lega-
cùm Spiram venisset, quæ Germanicæ imperia-
ciuitas, à clero & populo cum triumpho excepit
& ad primariam ædem Deiparæ sacram deducit
& in ipso aditu, Salue Regina esse cantatum, Ber-
nardo ter tribus in locis genua esse flexa, & in
quidem, O clemens, in altero, O pia, in tercio, O
cis virgo Maria voce clara responsum. In con-
memoriam hodie cereæ laminæ ternæ visuntur
quibus quo ordine Bernardus cecinit, inscripta
verba. Quin & quotidie in Spirensi hoc tempo-
ticum, Salue Regina cum melodia cōcinitur, quod
hæretici, quorum magnus est numerus ad hunc
cri hymni modulatum canticum audiendum
stero teste libenter accedunt.

DE S. BERNARDINO.

ANONYM agens ætatis suæ tertium
Bernardinus amisit, eū pater Tollus, &
na matertera pro ætatulæ illius capiti-
moribus informabant, inque tenerimi pueri
Sacrosanctæ virginis pietatem & religionem
conabantur. Cùm verò triennio pōst & ipse pu-
ijisset, Diana vtriusque parentis curam, munus
pleuit, orbumque puerum religiosissimis precibus
ac monitis erudiuit: vtque sanctissimam De-
trem intimo amore diligeret, totisque viribus
raret, ac coleret, hortari non destitit. Monita
dinus haud surdis accepit auribus, & virginem
tissimā religione coluit singulari. Cuius im-
quæ extra Senensis vrbis portam nomine Car-
in signi pictura fulgebat, diebus singulis in

tiffim
bus c
in ea
omn
opti
desid
tare.
inpr
nard
dinus
te deu
sum; i
com p
pōst se
xi, in i
hostiar
molau
me ope
nus, Be
qui de
ardenti
differen
Quam
sim cha
dedara
abdito
cat voc
ram m
nis ita
ueret, &
piter v

DE

F

tissimæ Angelorum Reginae feruentissimis se precibus commendabat. Eius se amore captum dicebat, in ea proximè & secūdum præpotentem Deū spem omnem atq; fiduciam collocabat. Illam se quærere, optare, expetere, & quam in terris videre non posset, desiderij leniendi causa eius effigiem frequenter visitare. Huius scriptor historiæ apud Surium, vir bonus imprimis ac verax Bernardinus, de concionante Bernardino narrat se audiuisse, cū diceret? Ego Bernardino beatissimæ Virgini me totum ab ineunte ætate deuoti, in eius natalitijs ferijs natus, baptizatus sum; illo ipso recurrente die Monasticum habitum completis annis legitimæ ætatis indui, ac me anno post solenni D. Francisci instituti professione deuinxi, in ijsdem nascētis Virginis ferijs immaculati agni hostiam, ad altare sacrificij incruenti primitias immolati: multis igitur nominibus sedulum Virginis me oportet esse cultorem. Negat hic idem Bernardinus, Bernardini historicus quemquam se audiuisse, qui de beata Virgine ac Dei parente libētius, alacrius, ardentius, copiosius, eruditius, ac sapius pro cōcione disserteret, & virgineas laudes suauius decantaret. Quam autem cui chara virgo erat, virgini ille vicissim charus existeret, castitatis diligentissima custodia declarauit, cuius tuendæ causa matronæ restitit in abdito ac secreto loco vehementer instanti, & ni parcat vociferaturam, vimque sibi ab eo parari clamaturam minitanti; sed auxilio tamen, subsidioque virginis ita se Bernardinus gessit, vt & laqueo pedem solueret, & insidiantique scœminæ seque turpiter venditanti mederetur.

DE FLORENTIO ECCLESIAE DA-
uentriensis presbytero.

FLORENTINVS genere, & gente Belga, & sanctus ipse fuit, & multos ad sanctitatem erudiuit.

diuit, qualisq; vita, talis erat oratio, charitatem, charitatisque comitem humilitatem à suis discipulis requirebat, sine quibus religio ne intelligi quidē poterat, inque sanctissimam Virginem velut in exemplar absolutissimum intueri iubebat, quæ se Angelica solitudine arbitrabatur indignam, repletaq; spiritu Sancto confestim ascendit in montes, vt Elisabet hæc inferiori Dei mater, & cœlorum Regina famularetur. Si cui, inquebat ille, quid petendum esset à Regibus, illos sibi is haud dubiè conciliaret, qui Regis amicitiam essent, sic ergo propitianda Dei Mater est, qua nihil supremo illi Dominatori fieri potest acceptius. Hæc ita Florentius ad suos quos beatissimæ Virginis hunc cultum fieri cultores optabat. Huius viri sapiens & facta eius discipulus auditorque Thomas Longepensis longo sermone persequitur, nos in eorum gratiam qui religioni seriò student, Florentij dictionem florem quandam libabimus, præsertim cum viri huius admirabilem sapientiam inde fuisse creditur, quòd virginem ardentè amauerit, quæ sibi de præceptis diuinis instruere consuevit, quibus & aliis salutem esse queant.

Et quia Florentius alia alio tempore tradidit, dicemus, iugera inter sese & connexa esse non poterunt. Pro re nata, pro loco ille ac tempore vel ad tabat ad suos, vel consultoribus respondebat.

Ex quo efficitur, vt neque rerum affinitas inter se, neque vllus sit ordo quærendus. Ipsa per se quæ ponitur, sententia pendatur.

In arguendo, inquit ille, adhibe lenitatem, et tiumque tibi esse memento cum ægroto fratre. Vide atque perpende, quemadmodum sancti scripturam diuinam interpretentur, & pedem tuum in eorū pone vestigijs. Multa quidem inuiti cogimus & non volentes, tamen quia legendo, commentando inserere in animum multa, salutem

pot
nu
vici
lun
præ
nos
exte
que
Si qu
noli
re, tu
tua t
re nil
re. Si
confu
ipsa g
ratur,
esse tu
bitrio
popul
minu
illis ag
essent
lius ca
nex, a
etor a
set in
fuisse
huc
qui di
dere p
viuere
nebat
putar
tribun
tyron

possumus, sperandum est molestarum cogitatio-
 num finem aliquando fore. Nam turpia honestis
 victa succumbunt, atque cedunt, eaque aut vi auel-
 luntur, aut spatio consenscunt. Rectores atque
 praefectos latere nihil debet eorum, quae pertinent ad
 nos, siue illa animum, siue corpus attingunt. Cum
 externis agendum non est, quin illos pro suo quem-
 que captu, & vitae conditione ad virtutem excitemus.
 Si quid populo spectante humile geris & abiectum,
 noli ridere, ne ridendo, quod agis, te agere non debe-
 re, tuaeque alienum dignitati esse significes, in quo
 tua te vehementer fallit opinio; nam humilia tracta-
 re nihil aliud est, quam religioni conuenienter viue-
 re. Stude ut quae bene agis, oia considerate facias, &
 consulto potius, quam vsu quodam & consuetudine
 ipsa gerendi. Vbi quid corpori tuo contrarium impe-
 ratur, memnisse debes, corpus istud teque ipsum non
 esse tuum, ex quo te Rectoris, & tui patris spiritualis ar-
 bitrio subdidisti: Desuge opus, cui honor appedet, &
 populi fauor comitatur, si modo per alium nihilo
 minus peragi queat. Hic idem Florentius praclare cum
 illis agi dicebat, qui obediendi necessitate constricti
 essent, nihilque in orbe terrarum sibi esse tanti, ut il-
 lius causa obedientiae se vinculis eximeret. Ergo se-
 nex, affectaque aetate, & suorum fratrum pater & re-
 ctor antiquus dicere solebat, nisi corporis impedif-
 set infirmitas, strenuum quendam magistrum se
 fuisse quaesiturum, qui cupiditates frangeret, & se
 huc illucque imperitando pertraheret. Negabat
 qui dicto audientes praefectis essent, eos animi pen-
 dere posse, maeoreve confici, & parum iucunde
 viue. De humilitate magnifice sentiebat, mo-
 nebatque, ut nos vel recens conuersis inferiores
 putaremus. Quanta enim vel vnus diei nouitio
 tributa virtus esset, scire neminem. igitur praesente
 tyronem, qui miles esset antiquus, stulti, stupi-
 dique

dique esse, non solum arrogantis. Negabat, verum
 humilitatem in alijs, sua sententia, nisi in illis imi-
 niri, qui contemnuntur, & pro nihilo putantur,
 tamen alacri animo sunt, neque è sapientis statu
 cedunt. Si oranti vt ferè fit, multa veniunt in me-
 tem aliena tempore, otioque sancte meditationis
 digna, precandum voce tunc potius, quam memo-
 quod animum viua vox vocat ad se, & secum
 cogit. Nullum esse tam grauem animi morbum
 cui non obedientia medcatur. Communis
 esse sectandam, nihil proprium, nihil in religio-
 rum coetu singulare esse debere. Nihil tam con-
 entiam tranquillare, quam cum bonis confuta-
 nes, colloquiaque sapientium, persuasionemque
 esse salubria, quæ monent, quæq; traduntur
 fore tutissima; quæ iubeantur continuo esse
 da, accipiendaque simpliciter qui examinet, im-
 taque diiudicet, eum perfecte obedire non posse
 nobis ipsi conscij simus nihil nos habere
 tamen audendum, quodque habemus quantu-
 cumque sit, Deo libenter offerendum. Eum vitæ
 vel fratrem, vel amicum, cui vitia displicent
 & amici, inque illis extirpandis se præbet
 rem. Nihil immensæ maiestati tam iniuriam,
 que execrabile, quam publicè pessimos homines
 virtute deterrere, & vitæ turpioris exemplo
 eundem lapsum, ruinamque pertrahere. Hæc
 multa Florentius, qui Gerardo Magno (sic enim
 appellatus) clericorum regularium, quos frater
 gus nominabat auctori, fundatorique successore
 ius Florentij auspitijs religiosorum illa famæ
 humili nata principio creuit ad summum, ad
 lorumque imitatrix ad tantam peruenit mag-
 dinem, vt colonias in Germaniam, Galliamque
 duceret, Belgium renouaret, confessionibus
 cionibus, publicis in publico gymnasio inter-

non
 acce
 horu
 rer
 ned
 meli
 ferti
 testis
 Tho
 tius e
 Tho
 dem
 spirite
 Qui
 eunde
 que o
 esse pe

DE

C
 fet, la
 Ponti
 cum
 men
 vtu
 quai
 rurus
 spem
 tegr
 ab o
 sitis
 tem
 cum

tionibus (nam ad virtutis scholam palestra literarum accesserat) hominum animos mirificè perpoliret. Ex horum discipulis, qui ante annos ducentos florere ceperunt, Cartusienfium, Cisterciensium, Benedictinorum, diui Augustini canonicorum, Carmelitarum, Franciscanorum, Dominicanorum referri sunt & suppleta cœnobia, sic enim oculatus testis Iodocus Badius Ascensius affirmat, in vita Thomæ Kempensis, quem Thomam idem Florentius erudiuit, quantumque apud talem magistrum Thomas profecerit, liber ille de mundi contemptu demonstrat, qui profectò talis est, vt eum Sanctus spiritus Thomæ huic Kempensi dictasse videatur. Qui verò librum hunc ex Latino fecit Hispanum, eundem sanctum Spiritum habuit adiutorem. Itaque omnium illorum manibus teritur quos iuuat esse perfectos.

Thomas de Kempis.

DE P. IACOBO LAINES SOCIETATIS IESU, secundo Prapposito generali.

CVM in sacro Tridentino Concilio, quæstio illa grauiſſima de originali peccato, cuius expers fuit Virgo sanctissima, agitari cœpta esset, Iacobus Laines Societatis Antistes, & ex Romani Pontificis doctoribus, vnus sententiam rogatus, cum quartana febris grauiter angeretur, pro argumenti dignitate loqui se posse negat, sed tamen suam vtcumque dicturum esse sententiam pollicetur, & quam breuissimè propter morbi molestiam loquuturum. Itaque in suggestum ascendit, sed præter spem & opinionem firmis lateribus agit, tresque integras horas in virginis defensione consumit, quam ab omni originis vitiatae labe puram fuisse exquisitis testimonijs, rationibusque disseruit: in ipso autem orationis suæ fine robustiorem se sensit, quam cum exorsus esset dicere. Eam ille in tanta morbi graui-

Petrus Ribad. ita lib. 3. cap. 17. de vita ipsius Iacobi.

grauitate fortitudinem clementissimæ Dei Matris
ferebat acceptã, pro cuius immunitate pugnauisset.
Quamobrem sancta Synodus, facerque ille urbis
ræ lenatus persuadente potissimum Laines, honori-
fica illa de virgine concepta decreuit, & Sixti IV. con-
stitutionem confirmauit.

DE ALFONSO SALMERONE.

*Idem in
eius vita.*

ALFOVSVS Salmeron vnus ex illis Soci-
tatis nostræ Patriarchis, qui se ad Ignatium
eiusdem Societatis fundamētum, & ducem
Parisiis aggregarunt, tanta erga virginitatem re-
uerentia fuit, vt de ea singulis quadragesimæ sabbatis
etiam si aliud feriæ illæ deposcerent, concionibus
populo, optimatibusque obstupescens, & reuerentis-
simæ Dei Matris amore & pietate crescentibus.
Viri doctrinam scripta ipsa & multa, & maxime
dita testantur.

DE MAGISTRO IOANNE
ne Auila.

*Pater Lu-
dovicus Gra-
natenfis in
eius vita,
sect. 7.*

VIRGINEM sanctam magister Ioannes
Auila dilexit intimè, cuius & cultum & cari-
tatem nostram, patrumque nostrorum memo-
ria omnibus animi affectibus suis in concionibus
commendabat. Et cum in vrbe Granatensi templi or-
dinis principis fabricam, quod templum Aduocatio-
nis Virginis decorabat populo commendaret, &
multa in Deiparæ laudem, cui basilica illa parati-
tur, sic loquutus est tandem: ibo egomet & hinc
meris lapidem imponã, vt in ea defigatur eade, quæ
Dei Matri Granata ciuitas auspicatur. His verbis
moti ciues in noui ædificij sumptus incredibiliter
pecuniæ summam contulerunt, qui verò propter
opiam à nummis imparati erant, parte suppellectilium
vendita redactam ex eis pecuniam cõstruendo virg-

nali te
quida
prope
carent
natur
Auila
cinum
stra tar
tamen
ad Dei
ces par
præsen
consilio
põst res
anxietat
neficij
pti grati

P

H
diuino i
quias ce
les nem
quos or
ac prate
ergo sup
Hieroth
virginal
citabar
tur à ser

nali templo, liberalissimè præbuerunt. Hispali cum
 quidam ex primarijs ad vxoris suæ necem maximè
 propenderet demone agitante, quòd tam esse suspi-
 caretur adulteram nullo quidem indicio, sed ingenij
 naturæque vitio, prius quàm facinus aggredere-
 tur, Auilam consulit vrbis oraculum; ille hominè ad vi-
 cinum templum deducit, ibique rem dissuadet, fru-
 stra tamen hærente in animo suspicionis aculeo. At-
 tamen Dei orator Auila consultorem suum rogat, vt
 ad Dei matris imaginem, quæ illo erat in tēplo, pre-
 ces parumper fundat, & illam exoret, quam sacra re-
 præsentabat effigies, seque à tam pernicioso necis
 consilio petat abduci; facit ille confestim, & paulò
 post remedium impetrauit. Itaque omni cura &
 anxietate liber redit ad patrem Ioannem de Auila be-
 neficijque per Dei matrem ab immortali Deo acce-
 pti gratias egit vterque.

POEMATA VIRGINI

panguntur.

CAPVT XIII.

De Hierotheo.

HIEROTHEVS Hispanus & nostras re & *Sanctus*
 nomine sacer, cum Apostolis cumque Ti- *Dionysius*
 motheo primo Ephessorū Episcopo, & cum *Areopagita*
 diuino illo Areopagita Dionysio Mariæ virginis ex- *lib. 3 de di-*
 quias celebrauit, hymnosq; panxit admirandos, qua- *uinis nomi-*
 les nemo sudit sociorum; Apostolos semper excipio, *nibus.*
 quos omnium plenissimè sanctus afflauit Spiritus, *S. Ioannes*
 ac præter cæteros, Dei Numen impleuit. Apostolis *Damascen.*
 ergo supremis Theologis quicunq; inferiores essent, *in oratione*
 Hierotheo diuinitate carminum concedebant, quod *de Dormi-*
 virginalè sanus cœlesti esset musa prosequutus. In- *tione Dei*
 citabatur diuina quadam vi, trahebatur, & alienaba- *matris.*
 tur à sensibus, seque ipse vincens omnium animos
 & aures

& aures rapiebat, vt meritò diuinorum patiens habetur: sed tamen artem quamuis egregiam poetis materia ipsa superabat, quis enim vates quam altus & sapiens virginæ posset dignitati respondere?

DE D. GREGORIO NAZIANZENO,
no. & alijs.

Ex eius
scriptis 20-
mo 2.

NAZIANZENO Gregorio Theologo ne ab Ecclesia decorato, soluta oratione dare Virginem satis non fuit, nam in matris quæ multa edidit, Deiparam non semel lit. Quæ verò de Christo patiente tragœdia Grego ascribitur, Gregorij non est, vt suprà docuimus de Christo moriente & Virgine astante loquens. Noster Prudentius in hoc argumento cū formæ laude versatus, cuius in versib⁹ sacrata eluceat tas. Paulinus, Sedulius, Fortunatus, Beda in honore sunt, qui pœsim à fabulis ac nugis & sacral historias transfulerunt, & Christi matris pulchrisq; carminibus honorauerunt. De Sedulio dem proxima dicit historia, quæ docet illius virgini, quàm gratissimos accidisse. Sed quandoque bonus dormitet Homerus, bene poëta Sedulius in pœmate de Christo resurgens dulus non fuit, illaque reprobantur à doctis.

Hoc luminis ortu:

*Oratio 2. de Virgo parens, aliaq; simul cum mure matris
resurrectio. Messis aromatica noctu venere gementes
Ad tumulū, vacuumq; vident iam corpore factū
Sed plenum virtute locum.*

*Matth. 28. affirmat, Mattheum cū alteram Mariam dicitur
Marc. 6. tam Virginē Christi matrem intelligere, quæ
dem quæ illa sit altera Maria ex Diuo Marco
paret. Sedulio antiquior Iuuenius, quæ de fac*

gine De
mine ill
antiquu

DE SE

O
E
P

scriptore
tius repet
& Sedulio
que conci
de virgine
tatis studi
uda esset,
luminum
incipiente
iuldem De
opere adif
bat vterqu
pam sacro
tis facibus
essent, qui
nium extir
tatem, pro
labitur, &
ferebat, ac
rant, parti
quique lu
pragnanti
se multo c
ous appell
tatis acc
tebant, m
abantur.

gine Dei nostri parente in Euangelio leguntur, carmine illustravit egregio; Gotfridus Viterbiensis & is antiquus religiosam est poeticam prosequutus.

DE SEDVLIO, QVI FLORVIT SVB
Theodosio Imperatore.

OPTIMOS versus placere Deiparæ, quam Ephrem bonorum poetarum magistrum appellauit, hæc de Dunstano viro sanctissimo scriptore Osberto declarat historia, quam paulò altius repetemus habet enim cum voluptate fructum & Sedulio Christiano poetæ autoritatem, honorèque conciliat, quin etiam multa in ea sunt præclara de virgine. Sic igitur habet historia quam nos breuitatis studio contraximus. Dunstani mater cum grauida esset, futuriq; partus lætitiã prælagiret, in luminum feriis, quas beatissimæ virgini Februario incipiente mater Ecclesia dicauit, ad ædem quæ in eisdem Dei matris honorem Glasconia sumptuoso opere ædificata erat, vna cum marito perrexit. Ferebat uterque coniux cereos more maiorum ad pompam sacrorum illustrandam. Cum verò ciues accensis facibus rei diuinæ religiosi lætisq; animis interessent, quieto, sereno, minimeq; ventoso cœlo omnium extincti sunt cerei, dumque attoniti rei nouitatem, prodigiumque considerant, ecce ignis de cœlo labitur, & cereum, quem Dunstani mater manu præferebat, accendit, deque illo cœlesti lumine, qui aderant, partim admirantes, partim gratulantes suum quisque lumen accipiunt. Ex eo die Chinedrita (hoc prægnanti matronæ nomen erat) honoratissima per semultò coepit esse honestior, & coniugi, qui Heristanus appellabatur, viro facile primo multò plus dignitatis accessit. Nam qui vitæ conditione reliquis antecibant, morum etiam sanctitate primas tenere iudicabantur. Natus tandem puer est, & Dunstanus, id est,

*Ex historia
Osberti monachi in vita
Dūstani Archiepisc.
Cantuariensis.*

est, mōtanus lapis nominatus. Infantię annos eg-
 sus ad beatissimę Dei matris templum, vbi cetero-
 raculum acciderat, à parentibus deducitur, prope
 ius incolumitate susę preces, & vota nuncupauit.
 dulta iam ætate perpetuę se virginitatis voto
 strinxit, & prope Dei matris fanum, vbi lumen
 tus emicuerat domunculam sibi extruxit ita bre-
 & angustam, vt vix ac ne vix quidem capere Du-
 num posset. Sub idem tempus mulier Elfgina no-
 ne, vel ipsis Anglię Regibus chara, quorum
 religiosę educauerat, domicilium sibi iuxta
 virginis ædem instituit, ac Dunstani proxima
 tantis discipula fuit. Hanc regularium alumna
 & nutricem filiorum Anglię Rex Glascoman
 ens libenter inuisit, quę de Regis hospitiis
 cum omnia prouidisset, ab eo tamen potius
 re, quo Britanni maximę delectantur (Medocis
 tis vulgus appellat) se vidit im paratam. Ergo
 matrem adit, cuius in vicinia morabatur, et
 quando cætera suppetunt patiatur illud abesse
 coniuuis, & inprimis Regi solet esse gratissimam.
 Mira profectō res, Ethelstanus (hoc Regis nomine
 magno suorum comitatu septus, ac de vascu-
 tidem hauriens, rei illius quę mensas exhilarat
 que suauitatem, neque abundantiam requirit
 lici frequentibus poculis, liquorem illum
 licias sæpe regustantes minuere nunquam potest.
 Sed vt eo, vnde declinavit, reuertatur oratio
 de virgine recensentur, diuerticula videri non
 Dunstano in illo sancto otio diu esse non licet.
 Cantuariensis Antistes electus lucernam in
 bro collocavit. Neque tamen de consueta in
 pietate quicquam remisit: cum enim aliquando
 dia nocte ad sacrosanctę virginis sacellum
 cœli Regina numeroso virginum choro circū-
 enti Dunstano obuiam processit, & summo

acceptu
 perabat
 miratu
 initium

Cant
 D

Recineb
 pedisseq
 tubus, atq

Prima
 sic

Cantem
 primę ce
 ad finem

impariter
 Domino,
 mira, con

Sedulij ve
 sancte pare
 habens cur

visa es, nec
 cuiti, hym
 mutuata e

modo pop
 trem hono
 ruzet esse cl

eam publ
 offendisset
 poenitentia

viros olim
 patrocini
 religionis

ceteri mira
 D
 y

Q
 m

acceptum ad sacellum deduxit, quo præsul ipse pro-
perabat, duabus ex illo cœlestium Nympharum co-
mitatu Sedulij carmen illud præcinentibus, cuius est
initium.

Ex hym. 1.

Cantemus sociæ Domino cantemus honorem,

Dulcis amor Christi personet ore pio.

Recinebant hos ipsos versus reliquæ Reginæ cœli
pedissequæ, duabus primis binos quosque prosequē-
tibus, atque hymnum continuantibus.

Primus ad ima ruit magna de luce superbus

sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit.

Cantemus sociæ, cæteræ repetebant, duabus illis, quæ
primæ cecinerant singula disticha percurrentibus, &
ad finem vsque cantantibus, ita tamen vt post duos
impariter iunctos, chorus vniuersus, cantemus sociæ
Domino, vsque ad illud personet ore pio, dulcedine
mira, concentus iteraret. Ergo sancta mater Ecclesia

Sedulij versus frequenter vsurpat. Nam illud, salue
sancte parens enixa puerpera Regem, gaudia matris
habens cum virginitatis honore, nec primam similē
vires, nec habere sequentem, sola sine exemplo pla-
cuisse, hymnumque præclarum: A solis ortus cardine
mutuata est à Sedulio. Observabat Dunstanum non
modo populus, sed ipse etiam Britannia Rex vt pa-
trem honorabat, quippe quem Deo ac Dei matri sē-
tiret esse charissimum. Cumque Rex virginis cuius-
dam publico stupro omnium animos vehementer
offendisset, Dunstano se obiurganti, atque septennij
pœnitentiam imponenti suppliciter obediuit. Hos
vros olim Britannia tulit, nec modo non fert, qui
patrocinio beatissimæ virginis se offerret aliquādo, &
religionis extinctum lumen rursus accēdent, id quod
ceteri miraculum videtur polliceri.

*Li. 2. carmi-
num.*

Hymno 2.

DE PETRO COMESTORE.

Martinus

Polonus in

suo Chroni-

co c. 181.

Quo tempore Lucius hoc nomine tertius Ro-
manam regebat Ecclesiam, Petrus Comestor

non ignobilis scriptor floruit, qui vtriusque testam
ti collegit historiam, quæ scholastica nominatur. Et
etiam versibus virginem celebravit, ac poemum de
uina matre composuit obsidem pietatis.

*Ex auctore
ut supra.
Cant. 4.*

DE HERMANO CONTRACTO

HERMANVM quem D. Benedicti familia
rebus mundi posthabitis sanctissime re
multo clariorem reddidit, quam Suevici
principatus à generosis acceptus parètibz, ille
nus: Alma Redemptoris mater, habet autorem
enim & lac sub lingua illius. Sangalensis dicitur
abbas suo muneri satisfecit. Quod si Cæsar
credimus, Constantiensem fuisse Episcopum
mus. Quos ego titulos libentissime colligo, ve
rum de virgine Canticorum, quorum alterum
metro, alterum liberiore numero currit magis
gis honoretur.

*Ex eorum
scriptis.*

DE QVIBVSDAM ALIIS POETIS

FRANCISCI Petrarchæ extat Itali
de Mariæ Deiparæ laudibus, quod carmen
lippus Beroaldus latinitate donavit. Be
Mantuanus ob parthenium carmen laudari
debet, sentiat quæ volet Schaliger. Alcinus
facris se musis foeliciter dedicavit. Actius Syrac
nazarius talis est in partu virginis celebrando
gilium nemo desideret. Hieronymus Vida
vitale fecit, Rodolphus Agricola pietatem can
matis elegantia coniunxit, Mæzelius se genitricis
Muretum admiror & Bencium Viuos præter
rum versus faciet pangendi acumen maximè
nos. Quidam enim ex eis Mariæ virginis laudes
lepidissimis, limatissimisque carminibus ce
cinit.

DE QVODAM INDO QVEM

hymnum docuit.

*Franciscus
Ben. ius in*

AEGROTIS duobus visa species sancti
virginis, vni post tertium. alteri post

diem m
mago e
raculis,
quidam
pedito p
mago se
mient i
medio.
Christo
picari qu
etiam sa
excedit
Christia
hil dem
mus in h
melorum
quidem,
Christia
miraculo
gige qu
culate re
& sciend
fuisse mi
cius cur
libi loqu
nisi quo
homine
verba ip
ferè nu
ca lingu
metri fer
tui simp
lenocini
autem e

*Pate
Rigis*

diem mortem prædicentis. In oppido Copacabani imago est beatissimæ virginis pluribus illustrata miraculis, de qua inter cætera illud narratur. Laborabat quidam inflatione tibiæ, ac debilitate pedum impedito profus incessu. Cum ad templum ubi est imago se ferret, apparuit ei virgo (vigilantine an dormienti neutrum ad me perscriptum, vtrumque in medio relinquam) docuitque populari lingua de Christo patiente ac resurgente canticū, quale ne suspicari quidem Indorum ingenia potuissent, deinde etiam sanitatē restituit. Quod proximè subiicietur, excedit omnem hominum admirationem, sed non Christianorum fidem; equidem quæ transcribo nihil demere ausim de eorum narratione, & idem legimus in historiis antiquæ veritatis. Indus pecudes Camelorum similes custodiebat in monte, Christianus quidem, sed initia mentorum ita negligens, vt præter Christianorum nomē nihil haberet, aut sciret, is hoc miraculo excitatus ad discendum. Muta pecus ex illo grege quotidie mane precationum formulam articulatè recitans coarguere videbatur inscitiam hominis & sciendi negligentiam. Narravit hoc ipse, & verum fuisse miraculum moribus & vita ostendit. Idē Benecius cum de Iulienfi sede, cuius supra meminibus, a libi loqueretur, ita memorat. Ego actum non agam nisi quod reponā hymnū, quem beata virgo docuit hominem, quem liberauit inflatione tibiæ: dudum verba ipsa non acceperam, nunc accepta reddo eodē ferè numero, atque ordine, quo descripta sunt Indica lingua. Sunt enim talia, vt propter breuitatem metri serant anapaestum; & seruaui quantum potui simplicem illam dictionem remotam ab omni lenocinio. Vtinam conatus euentui respondeat. Sunt autem de Christo patiente.

Pater in noster, genitor noster.

Regulus clavis in cruce fixus,

X 3

Annal. de hist. sedis Iulienfis provincie peruana.

Num. 22.

Hieron. in vita S. Pauli primi heremita.

Cor

Cor transfixum cuspide amoris,
 Cruore toto corpore manans
 Omnes circum proluit artus.
 Cernis ne caput, declinæ caput,
 Caput hoc flava simile Arista,
 Viden' ut cingunt spinea sarta
 Vsq; ad tenerum fixa cerebrum
 Patris heu nostri cerne capillum
 Sparsum, incomptum, sanguine fœdum.
 Oculi tristes, Lumina mœsta
 Roseas lacrymas largè effundunt.
 Fluxisse putes molle corallum.
 Heu confudit iam decus oris
 Pallorq; genis sedet exanguis.
 Etiamne manus atrisne manus
 Ferro affixa sanguine rorant?
 Os mellifluum patris nostri
 Pro me misero iam conticuit,
 Extra Solyma mœnia terra
 Crucis exiit mole grauatus
 Et pro scelerum mole meorum
 Extra Solymam crucifixus obit.

Ex filo ipso videtur longior fuisse hymnus
 hominem rusticum cepit obliuio reliquorum.
 plium porò illud Deiparæ sacrum, tamque
 magnis inclytum miraculis, visitur in celeberrimis
 olim fano ethnicorum superstitionis, & quæ
 penè prodigiis auget Christianorum numerum
 matque sobolem succrescentem. Est autem
 etum apud omnes & religiosum, vt à macula
 impuro adiri nefas putent. Maculæ prius eluuntur
 pud nostros, & crimina expiantur. Hinc magis
 mi frequentia animos confessione purgant
 corpora reficientiũ cibo. Hæc Bencius, quæ ad
 cam illustrandam maximè valent, nosque
 virginem versibus & alienis, & propriis suum

vnicum
 Christia
 SOL

D
 I
 N
 f
 a
 t
 a
 t
 q
 u
 e
 b
 u
 s
 e
 r
 a
 t
 ,
 a
 b
 l
 u
 e
 r
 e
 f
 p
 r
 e
 c
 e
 s
 ,
 v
 d
 u
 m
 m
 u
 r
 u
 m
 s
 e
 c
 u
 n
 d
 u
 m
 a
 d
 s
 u
 o
 s
 C
 t
 u
 m
 n
 u
 n
 d
 a
 n
 t
 e
 p
 o
 t
 e
 r
 u
 n
 t
 u
 n
 t
 c
 h
 a
 r
 i
 t
 a
 t
 i
 s
 e
 t
 o
 ,
 a
 c
 s
 e
 f
 i
 a
 m
 p
 r
 o
 o
 m
 n
 i
 u
 m
 t
 u
 m
 i
 l
 l
 a
 m
 i
 s
 ,
 q
 u
 a
 l
 i
 b
 e
 t
 e
 r
 t
 i
 s
 C
 h
 r
 i
 s
 t
 i
 u
 s
 i
 m
 i
 t
 a
 r
 i
 e
 d
 i
 b
 u
 s
 i
 m
 i
 t
 a
 t
 i
 s
 ,
 f
 o
 r
 t
 i
 t
 a
 t
 i
 s
 ,
 s
 i
 n
 g
 u
 l
 i
 s
 i
 l
 l
 o
 s
 ,
 q
 u
 o
 t
 i
 o
 n
 e
 ,
 &
 M
 a
 r
 i
 e
 c
 e
 r
 t
 a
 q
 u
 e
 M
 a
 r
 i
 e

unicum honorantem versibus vicissim honoremus,
Christianamque musam alacriter excolamus.

SODALITATES IN HONOREM

Virginis.

CAPVT XIV.

De S. Annone Archiepiscopo Colonienfi.

IN sancto illo Iouis die, qui vltimæ Domini cœ-
næ sacer est, diuus Anno maximo febris ardore, *Ex hist. eu-*
atque æstu iactabatur, neque tam dolori mor- *iustam cœ-*
bus erat, quam quod suorum pedes Christi exemplo *nobita Sig-*
abluere se posse desperabat. Itaque se totum dedit in *bergenfis li.*
preces, viresque ab immortalis Deo ad illud obeun- *1. c. 29.*
dum munus gratum sibi & solenne postulauit: quan-
tum se compotem fore certissimè sperans puerum
ad suos Canonicos misit, qui celerem suum aduen-
tum nunciaret: proinde se paulisper expectarent. Tar-
dante pontifice Canonici per nuntium de mora cõ-
queruntur: Antistes Canonorum querulis auditis
charitatis igne febris ardorem superante, surgit è le-
cto, ac se vestibus quam citissimè induens ad Eccle-
siam properauit. Linteo de more præinctus præter
omnium spem & opinionem pedes lauare incipit,
tum illa aqua, quam in peluin infuderat, tum lacry-
mis, quas ex oculis vberes effundebat; pedes lotos &
lino terfit, & venerandi capitis capillis exsiccauit,
Christum enim & Christi discipulam Magdalenam
imitari cupiebat. Osculum tandem singulorum pe-
dibus infigans atque imprimens humilitatis, chari-
tatis, fortitudinis præclara dedit documenta. Cumq;
singulis ordinibus suis esset attributus locus, tamen
illos, qui erant ex immaculatæ virginis congrega-
tione, & quadam quasi familia, quam ipse fundarat,
& Mariæ Dei matris ardentissimo studio coggerat, in
certa quadam & maximè insigni sede collocauit. Hæc
Mariæ Societatem intimo amoris sensu diligebat,

amabat, ferebat in oculis, qui ex virginis hoc sodalitas essent, illis potissimum oblectatus. Neque solum Coloniae sed alia alibi à se constituta cum summa recordabatur, recensabat, ac recolebat lætæ voluptate. Duxque eorum videtur fuisse, qui huiusmodi coitiones honorandæ Virgini variis in locis rexerunt.

DE VIRGINE DVOS PRINCIPES
pacificante.

*S. Antonius
 Archiepisc.
 florent. p. hi-
 stor. tit. 17.
 c. sect. 27.*

CIRCA annum à Christo nato millesimo centesimo nonagesimum, cū Rex Aragonie & comes S. Ægidij, qui Raimundus vocatur, molesta discordia dissentirent, nulliusque interuentis valeret oratio ad pacem reducendam, inter Anitio, cuius non semel in hoc opere propter religiosissimum virginalē templum faciendā mestitudo cuiusdam humilis fortunæ viro (carpentarium Antoninus ait, non quia carpentorum artificum sed quia faber lignarius voce vsus prope Hispania & nostra) cum sese Deus immortalis ostendit, carthulam dedit, in qua erat effigies beatissimæ virginis sedentis in throno, & charissimum in amplexibus, quæ solet esse pictura vulgaris, nisi erat vtriusque imagini circumscripta rotunda illis verbis Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, na nobis pacem. Postquam se tam admirandæ rei fama vulgavit, viri principes ex variis partibus & ingens popularium numerus in festis aspectu Dei matris Anitium conuenerunt. Postquam Antistes hominem illum fabrilis artificii retem haud magna in re, sed virtutis plenum (Durando nomen erat) in medium cætum venisse quæ vidisset, audiuiissetque, iubet affari; ille de regnum Regis & Comitis competitoris reducere diuinum audaciter exponit, & peruulgat imperator imaginemque testem inducit obeuntibus orantibus

illis cor
 no con
 impera
 confira
 ginem
 sam lin
 rum alb
 citam p
 stant. Ea
 teatus,
 minum
 cuius ef
 propinq
 sanguin
 tus adm
 gnosceba
 xemplo,
 in ueba
 maniter
 virgineæ
 pellari.

DE C
 Yo
 L
 qu
 m
 bilitatem
 lis saluta
 ætatular
 mager
 visibat,
 plum, &
 quam ci
 catione
 imagini
 ator qu
 mundin

illis consignatam. Auscultant duo illi principes diuino consilio ad Galliam peregrinati, & pacem cœlitus imperatam seruaturos se esse interposito iureiurando confirmant: pacis obsidem virginicam illam imaginem adhibent, quam plumbeis sigillis impressam lineisque assutam tunicellis, quales monachorum alborum scapulares esse solent, & pectori applicitam pro symbolo, proque pacis insigni circungestant. Ea verò pax tantæ sanctitatis fuit, vt qui ita lintheatus, & tali sigillo munitus esset inuentus, ei hominum cædes impunita foret, non quidem à iudice, cuius est vindicare facinora, sed ab illius cognatis & propinquis, qui esset interemptus. Non enim confanguinei, non amici de vltione laborabant, sed cœlitus admonitæ pacis memores homicidæ libenter ignoscebant. Quin & illatæ supernè imaginis viso exemplo, scutulo animaduerso occisi, frater in occisore tuebat amplexus, cumque hospitio acceptum humaniter & benignè tractabat, eratque sodalitatis virginicæ quoddam genus, quod pacis poterat appellari.

DE CIVIBVS SCIEDAMENSIBVS. *Ex historia*

LYduina insigni virgo pietate Schiedami est, quod oppidum Hollandia complectitur, neque modicam à sua ciue Lyduuina patria ipsa nobilitatem accepit. Hæc Dei virgo inde ab incunabulis salutationem Angelicam lingua quidem balba perætatulam, sed menti alacri pronuntiabat: Deiparæ imaginem, vbi esset, singulari studio, ac religione vtebatur, amabat, salutabat. Septennis veniebat in templum, & coram Mariæ Dei Matris quadam effigie, quam ciues religiosè colebāt, ab intimo pectore prætiunculam depromebat. Quæ fuerint causæ, cur ei imagini præcipuus honor haberetur, exponam. Mercator quidem Schiedamum Deiparæ imaginem in nundinis Antuerpiensibus venditurus attulerat, nau

*Ioannis
Brugmani
Franciscani
in vita Ly-
duuina vir-
ginis.*

ui imponit, nauæ ad soluendum se comparat, nihil mouendo, impellendoque proficiunt: ad quam plurimi ad nouæ rei spectaculum, uti fama crebuit, stupent immoto nauigio tam multis re manus, tantasque machinas nequicquam adiri. Id propter Dei matris illam effigiem fieri tantis suspicati, mercatorem rogant, uti iusto accipit, illic relinquat imaginem; illo assentiente, tollitur, & in æde beatissimi Præcursoris religiose collocatur: crescit inde amor, & pietas popularis Sodalitas demum instruitur, & in eodem quotidianæ laudes cum ingenti pietate Deiparæ celebrantur. Hanc igitur Lyduuina nondum egressa septimum frequenter inuisibat; quod ter puellæ moram longiorem arguisset, ita rebatur: nè molestè feras paulò me tardiùs accessit, tui enim speciosissimam Dominam nostram mihi blandissimè arrisit. Sed de Lyduuina rissima virginis amatrice suo loco plura dicemus in præsentia sint satis sodalitatum historia antiquas, partim recentes ac nouas percurramus.

DE SODALITATIS A NOSTRA
cietate constitutis.

Ex nostro
Sapiente
fructuoso
lib. 2. epi. 3.

ERga virginem pietas quasi competens virtutem & sanctitatem via est. Nam Mariam Regis alti ianuam Ecclesiæ noscitur, qui Christo & seruire, & hæere cupimus oportet beatæ Virginis sedulos esse cultores, quibus se ducem præbet ad filiū cognoscendū. Quæ breuiter Iesu societas innumerabilium vel certè nutritrix filiorum id semper egit, ut quæret, eis colendæ præcipuam curam Virginis inculcarentque præcepta, totosque neruos in dedit, ut discipuli alumnique memoriam Dei sui pietatis genere profsequantur. Ergo ex illis

infinite
rum, led
Virginis
lum pa
renouan
dam De
cætu con
coitionu
mana ma
secus ind
multæ ea
gus in illi
illa etiam
cere solen
diuoso, qu
vera & sal
per com p
te, qui n of
Equid e
lud de qu
dictione sa
ma vniuer
bene quo
nimis liter
grauium a
luiso est, ve
libus illo i
uiter, num
neratim, v
operam, v
dignitatē,
milis reli
ginis erga
3. & 4. cad
nobis affe
dinus, &

infitio studiosorum numero, & grege vbiq; locorum, lectissimos quosq; fecernit ad hunc singularē Virginis famulatum. Quem in finem antiquum illum partheniarum Sodalitatum morem atq; vsum renouandum repetendūq; censuit, & nobilē quandam Deiparæ seruientium familiam ex optimorum cætu coniunctam legibus & fædere sociavit. Harum coitionum, (Congregationes vulgo didicimus) Romana mater est ante annos triginta, aut non multò secus inducta, cæteræ quasi adoptiux filix, quarum multæ easdem leges & iura participant Non ero longus in illis explicandis, quæ qui habent admittunt; illa etiam sileri patiar, quæ qui iam sunt admissi facere solent, de hoc scripsimus in nostro Sapiente fructuoso, quem librum non quia meus, sed quòd sint vera & salubria quæ docet iam dudum Hispania, nuper complexa Germania est Richardo Halleto mittente, qui nostræ Reginae dignissimus confessarius est.

Equidem fateor partem illum esse meum, sed illud de quodam Sixti Quinti summi pontificis benedictione sanato non agnosco glossema. Ille, quo Roma vniuersa personuit, raucus factus est rumor. Sed bene quod in margine, inque extrema paginula minimis literulis, ascripti mendacij, quod multorum & grauium authorum lingua firmauerat, facilis vel obliuio est, vel negligentia. Et quidem de Virginis Sodalibus illo in libro egimus non minus verè, quàm breuiter, nuncagemus paulò copiosius, non quidem generatim, vt illic, sed propriè & subtiliter: dabimusq; operam, vt ex ipsis locorum historijs congregatorū dignitatè, sociorū mores, sodaliū factum, totiusq; familiaris religionè lector intelligat. Multa tamè de Virginis erga suos beneficentia prætermittimus, q̄ libro 3. & 4. eadē Virgine adiuuante, & ab vnico filio opè nobis afferète narrabuntur. Authores erūt ferè Orlandinus, & Bencius qui nihil temerè neq; scribunt, neq; descri-

describunt & qui antequam opus, librumque uulgant, ad supremum idemque Societatis consilium omnia referunt, nihilque non eorum, qui vniuersæ Societati præsent, iudicio sensuque definiunt. Etsi pleraque eiusmodi sunt, eis mentiri nemo sanus auderet, quæ plurimum futatores habuissent, si vera & certa non essent.

DE QVODAM SODALITATIS
candidato.

Bencius in
annalib. de
historia col-
legij Loua-
niensis.

Sodalitas matris magnæ magnos facit pro-
sus, ipsa aucta sodalibus centum octoginta
rum quantum creuerit diplomate ex
misso, quo ut Romanæ adiungeretur, potestati
huic militant præter theologos selectissimi
iurisperiti, ac philosophi. Ex his quidam
vocaretur, nec uellet adscribi antequam
lutaret, excurreret in patriam, captus est a
bus in itinere. Putauit hanc esse pœnam
suæ. Igitur concubia nocte cum religione
bligasset, custodibus altum dormientibus,
que uinculis capessit fugam; mox incolu-
ti Virgini votum exoluit.

DE SOCIETATE COLLEGIJ
Monachienfis.

Orlandinus
in Annal.
1586.

Illustrissimus Bauariæ Dux rem nostram
uere non intermittit, parentem filius natus
mus imitatur: is cum è Sodalitate sit
in eaque reliquis sodalibus sit præfectus, fratrem
Ratisbonensem Episcopum in eadem sodalitate
legit. De hac ita Bencius. Discipuli (etsi multi
causas non admittuntur) omnino sexcenti
omnium industria in pietate, literisque con-
ter cæteros, qui suum Annunciata Virgini
dederunt. Vnus ex ijs neque blâditijs, sed ne-
gicis artibus ad flagitium pellici potuit.

modum
sanctis
pulcrum
catione
luerunt.
quam co-
tum tres
gnibus,
stabant,
rant am-
lissimi vi-
ter, Max-
& March-
lielmus c-
plo. Dedu-
(templum
eodem ce-
lia) ad a-
cus, quæ
eodem ca-
mus enim
historia)
dignissim-
dum iter
nicos Cat-
factum et
mansisse
sibi esse a-
se vocari
tu meus
iuitam ve-
post die
ill-

modum virtutis specimen dederunt hebdomada sancta; vti perpetua tridui successione ad Domini sepulcrum nigris induti saccis crucis memoriam precatione, lacrymis, voluntaria corporis pulsatione coluerunt. Quamquam supplicatio sextæ illius feriæ nūquam celebrior: addiderunt enim se ad illorum cœtum tres præterea sodalitates, cum suis quolibet insignibus, nudis incedebant pedibus, facem manu gestabant, inter quos lacerata flagris multa corpora. Erant amplius sexcenti. Honestabant pompam nobilissimi viri, & principes serenissimi Ferdinandus Frater, Maximilianus Maximus Gulielmi ducis filius, & Marchio Badensis. Ipse denique cōspiciebatur Gulielmus quotidiano habitu commemorabili exemplo. Deducta supplicatio ad montem vsque sanctum (templum est huius nominis) perhonorificè, atque eodem comitatu (erant autem multa hominū millia) ad ædem vnde discesserat, reducta. Hæc Benedictus, quæ in nostram conueniunt historiam, illud in eodem capite etsi alienum tacere non debeo, (volumus enim vt hæc & virginalis sit, & etiam moralis historia) quod mihi maximè videtur illustre, literisq; dignissimum, Stangarda (inquit) oppidum est, hac dum iter faciunt nostri, repertus est senex inter hereticos Catholicus, qui se tricies eam ob causam reum factum esse commemorat, & semper tamen in eo mansisse, vt ne à recta fide discederet: addit minitatu sibi esse aliquando vnum ex illis buccinatoribus, qui se vocari volunt Euangelicos, cum hoc effato, aut tu meus eris auditor, aut ego non doctor, & temerè initam vocem rei exitus comprobauit, paucis enim post diebus, nescio quibus agitatus fuerit egregius ille administrator verbi, cum de fenestra se precipitem egisset, miserri-
mè interiit.

DE SODALITIO VIRGINALI COL-
legij Angrensis.

*Idē Bencius
in Annal.
de rebus no-
stra Pro-
uincia Lu-
sitania.*

IN Angrensi censentur discipuli trecenti, septuaginta, nec parum proficiunt ij præsertim vt allet, qui de sodalitia Deiparæ. Gratum fuit diploma pontificium, quo concedebatur sodalibus peccatorum remissio, à patre generali transmissum, & propositum solemnè gratulatione, fuit pompa insignis effigies Augustissimæ Virginis explicatum diploma manu habentis circumferebatur thesa exornatissima humeris sodalium. Varijs locis visebantur actores dramatum, cantoresque audiebantur. Dei muni laudibus celebrabatur via omnis, & personabat. Tandem longo circuitu reditum est in nostrum templum vestitum splendide, ornatumque, vbi Episcopus antè sacrificauerat. Et intererat militum cæteris quorum pietate, quoniam scriptum est annis primis, nihil repeto.

DE BEATISSIMÆ VIRGINIS EGGI-
gij cultoribus in sodalitate collegij Duacensis Belgicæ prouincia.

Ibi. ijsd. ver.

Mirum est quàm sint ferè omnes pij, ac religionis colentes ij maximè, qui se ab aliis congregationem B. Virginis, quasi seque- runt. Videas pueros non duodecimum ætatem nū magno impetu animi ita præcurrentes ætatem supplicij corporis, & sanctorum frequētatione steriorum, vt relictum dicas iri grandiores, nisi ipsa spatia corripuissent. Etsi enim vna est sodalitas, quæ sibi præscripsit nomen Dei matris, ex ea tamen veluti colonie propagantur, vna ab sanctæ crucis, & tertia ijs tantum patens, qui in multis religio- familijs arctiorem profitentur viuendi disciplinam.

Has p
quæd
trigint
ginti
expec
puer, c
tis, atq
à rebus
vicis, a
rudiori
munus
cur in t
vt vel i
Habet
rum pu
hoc fact
essent al
longe al
suggest
torum
charitab
acpecul
cum fir
per vbe
sim sub
goque a
bus, q
uallo di
tæ qu

D E

H

mum

Has porro familias ita auxerunt ea sodalitia, vt earū quædā quasi plantaria censeantur, in varias translata triginta accepimus; & nos nostram veluti partem viginti quatuor. Alij vel suarum veniam, vel tempus expectant. vnus præcipuè adolescentulus, vel potius puer, cuius in adiuuandis proximis is est ardor mentis, atque amoris in Deum, vt quantum superest ocij à rebus Scholasticis, totum id collocet in obeundis vicis, ab vrbe remotioribus, & in rusticis hominibus, rudioribusque pueris instituendis, quos pijs etiam munusculis allectat. Cum quæreret ab eo quispiam, cur in tātis opibus cū esset, asperiore vestitu yteretur? vt vel iam nunc, respondit, assuescam mori Iesuitarū. Habet hic socios suos annis studijsque æquales, quorum purioris vitæ æmulationem acceptam esse sibi hoc factō Deus, vt videtur, ostendit. Cū. n. in templo essent aliquando conferti voluntate confitendi, nec longe abessent à sede, vbi erat sacerdos, subito lapsū suggestum vasta mole corruit, nullius offensa, multorum metu Tripartita illa sodalitas sacrosanctæ Eucharistiæ cultum, honoremque iam sibi proprium, ac pteuliatem asciuit, siue cū passim ad ægros, siue cū singulos annos recurrente celebritate defertur per vrbe inumbrante carbascō velo, quod ipsi vicissim subeuntes sublati adminiculis intendunt, longoque agmine, illuminantibus pompam cereis facibus, quas gemino præferunt ordine, modico intervallo dispositi; eæ superiore anno numeratæ ducentæ quinquaginta.

ib. ijsdē. ver.

DE SODALITATE COLLEGI

nostræ Antuerpiensis.

Hollandum puerum annorum non plus vndecim, quia procul abest à patria, suisque opibus religionis causa mater coacta egestate donum remittere cogitabat. Alia mēs puero, ne ratione il-

ne illa ad hæreticorum mores adigeretur. Instat mater, addit verborum sæuitiam, ad multo mitiora confugit puer Matrem orphanorum in sacellum balditatis. Ei rem totam prouolutus in genua exponit, orat inopi matri subsidium mittat, ad eam mercedi animo tranquilliore, quòd spem attulerit Deleter (ita enim dictitabat) in posterum alimentum. Et cetera ad nos mulier, scitatur, ecquid filio Despani sponderit? mirari tam simplicem interrogacionem nostri, neque erat interpretatio facilis. Res inextinguibilem peruenitque ad aures sodalium pueri, æqualium, qui iam inter se habent diuisas curas, de ientaculo demendo sibi alij, alij de merenda, omnes paruulo negotio vnus sodalis sustentent mensam. Sed & hæc sodalitas bipartita est minorum maiorumque. Quinquaginta constat discipulis nostris, cetera præterea è senatorio, plebeioque ordine ciuiciorum omnium cum toto anni tempore eluceat in festo, tum maximè quadragesima, conueniant ceteris singulis vesperi perinde ad exposcendam partem Deo, implorandamque cœlitum opem, quos inuocant ordinatim, quam ad pios sermones diligenter audiendos. Fauet illi senatus, Episcopusque cœlestium ceterum persæpe magno studio ac dignitate celebrant. Verùm vt de his multa sileantur, hoc vnum certum tingam. Vrbs Antuerpia sub Mariæ Dei Matris patrocinio ferè nata olim, creuitque, & extabat argenteum in Prætoriarum domus pariete, collocata ipsa figuræ è marmore: quam, auctu deinde rerum, vel viriumque virumque noua extructa domo, contempserunt stulissent architecti, aut obliuione reliquerunt in contemptu. Colossus pro ea positus informi magnitudine, gigantem appellabant, anilem nescio quæ fabulam comminiscentes. Ex eo omnia in posterum re visa huic vrbi. Nunc diuina tandem opere Antuerpia collegio nostro: ornato demum cœlestium

tam hoc
Deo aspi
stro in p
de. Eius
quatuor
cacioni
phali ef
est incre
re certat
multitu
plebem
dam nari
diu felix
exemptu
stigio, qu
& tranqu
minis, &

DE

Sod
faci
uet
ad refer
tione ani
capulo si
repressit
ille à qu
plum
quod ip
qua se v
erat pue
aducta
ductu a
ter perd
lectum

tam honesta piorum sodalitate consilium cœptum Deo aspirante, approbante senatu, perturbato monstro in priorem suam sedem cœli Reginæ restituentæ. Eius statua facta est sodalium impensa, pedum quatuordecim altitudine. Hæc cum ipso die Annunciationis regali corona sceproque insignis triumphali esset thensa è templo nostro educenda, visum est increbescente pluuia cœlum inhorrescere, exultare certatim gaudio hæretici, per confertam volitare multitudinem, quæ ad pompam confluxerat, illicere plebem ad superstitiones, idololatriam Iesuitarum damnari cœli voce iactantes, sed non est semper, nec diu felix iniquitas. Vt omnem sibi ignarum vulgus exemptum scrupulum putaret, eo ipso temporis vestigio, quo efferebatur, ex turbido die cum serena lux & tranquilla rediisset, astructus est fauor diuini numinis, & insanus maledicentium furor est obstructus.

*Ibidem his
verbis.*

DE SODALITATE VIRGINIS IN
collegio Panormitano.

Sodalitas Dei Matris quibus viris constet, hinc facile perspicies. Conuiujs prouocabantur diuersis temporibus duo, & verò incitabantur ira ad referendam iniuriam, sed vterque rexit ea cogitatione animum, quòd de sodalitis esset, hic admotam capulo sua sponte manum (habebat enim gladium) repressit, & aduersarium molli sermone placauit. Eū ille à quo lacebatur, duci iussit in proximum templum, & ab admirante veniam petit genu flexus, quod ipsi causa iracundiæ fuisset, gloriosa profus qua se vicit vterque victoria. Vni adolescenti oblata erat puella infami lenocinio; constanter reiecit; domū adducta per posticum egressus euasit flagitium. Perductu ad alterum duæ, virgo vna ad alium: vehementer perductores primùm increpiti, deinde cum intellectum esset, malè suada egestate id fieri, si scelere di-

scederetur, promisit ille pecuniã hic etiam dedit, et
 vt virgo aleretur, in monte pietatis, effecit. Sed &
 dalium opera, orba parētibus virgo, data dote, non
 tradita. Corrogato item ere, germanæ sorores in
 virginum cœnobio collocatæ. Eorum prætorum
 neficio grauis multorum inopia subleuata. Ita
 ex ijs quæ de nostris frequenter audiūt, tū ex
 tō magis quæ eorum animis instillat Deus, quā
 die enim semihoram rerum diuinarum meditantur
 tribuunt, sunt omnes ad benefaciendi consuetudinem
 adducti. De hac eadē sodalitate idem Beneuolus in
 loco sic: sanctissimæ Dei Matris sodalitas cœnobii
 clarissimis viris, atque omni dignitate principibus
 augetur, & efflorescit indies verissimis laudibus
 quemadmodum mitis arbor ac terrena, cum sit
 iuxta fluminis ripas, opportuneque alluitur aqua
 locum modò proximum opacat foliorum
 quæ nunquam defluunt, sed in curuescentibus
 ramis, quos induit in florem, magnam futuræ
 vbertatis ostentat: sic etiam ipsa cœlestibus
 muneribus, & in præsens lætitiã, & in posteram
 spem afferat, operatorem fructuum omni gratia
 pietatis. Nam si statutum quæras quotidiana
 precatōnis tempus, ex legum præscripto deditur
 ræ est. Domi namque suæ ab omnibus his, diuina
 matutine meditationi, quadrās verò vespertinæ
 narū actionū recognitioni datur: si charitatem
 ximos, ea est, vt trahi possit in exemplū. Nam
 teream vas argento solidum & plenum artem
 obtulerunt, vt in quadragenarum supplicatō
 horarum, ad quas cuncti conueniunt, sacrosanctum
 eo Christi corpus custodiat, remque largam
 ab eis stipem ad Anglorum subleuationem, et
 eiusmodi, suis facultatibus opem ferunt ege
 viduas adiuuant, & pupillos, & sacrarum
 virginum, parentes etiam in filiarum collocant

afflicti
 in face
 procu
 functi
 effere
 sacrum
 eius es
 tribu
 liberè
 voluer
 patian
 do inc
 bit his
 virtut
 magn
 his, qu
 & nud
 dem ca
 honest
 ter duc
 cum h
 mitatu
 tu hæc
 deniq
 ve effe
 ciunt,
 reliqu
 nonn
 cile i
 ipsos
 pgeat

N

afflictationem corporis, sexta quaque feria plerique in sacello voluntarias de se pœnas verberibus sumunt: procurationem funerum, vt sodalium quisque defunctus est vita, non eum tantum vniuersi solenni efferunt pompa, sed ad funebre conueniunt, postea sacrum, cui omnes dant operam, multa pecunia, ad eius expiationem animæ, eleemosynæ nomine contributa. Si denique virtutem parendi, mirum est quã liberè libenterque ab vno è nostris, quem sibi præesse voluerunt, fingi omnino, molli ritu ceræ, formariq; patiantur. Hæc ita Bencius, & quoniam funeris mentio incidit, dicam que Orlandinus de hoc genere scribit his verbis. In sodalitate Dei Matris par exercitatio virtutum. Cum è sodalibus quis effertur, eius funus magno pietatis exemplo reliqui curant, quidam ex his, qui vita excesserant, ad eò rerum omnium inops, & nudus erat, vt eius matri ne ad inuoluendum quidem cadauer suppeteret linteum: Sodales, quod ad honestatem funeris pertinebat, id omne curarunt. Inter ducendum funus, illud accidit periucundè, quòd cum hic, vt dixi, perhonorificè efferretur celebri comitatu, facibusque per multis, com modum efferebatur hæreticus nulla funeris pompa, nulla cruce, nulla denique cærimonia, quasi canem diceres, pecudemque efferri non hominem. Id dum Lutherani conspiciunt, repente suo abiecto funere ad sodalis funus cū reliqua multitudo conuolant; ea res plerisque risu, nonnullis etiam stomachum mouit. Sed tamen facile indicauit catholicæ veritatis quanta sit vis, cum ipsos quoque aduersarios suæ vitæ, perfidiæque iam pigeat.

*In annal.
153. de hist.
collegij Ful-
densis pro-
uincia Rhe-
nara.*

Idè Bencius.

DE SODALITATE COLLEGII

Pariensis.

NEc minor vtilitas ex vtraque sodalitate in nostris scholis conuictorum videlicet, ex

ternorumque sub tutela Mariæ virginis. Ex utraque iuuenes in spem religiosarum familiarum adolescentulorum preces requirunt sæpè Parisienses molestissimo leuamento. Matrōna nobilis cum semper faceret abortum, miserè fœcunda, cum illis se commendante postera die feliciter enixa est. Regina Dominicum pulchrum in templo nostro cum vidisset, audisset de facello sodalium, libenter illud inuisit, eorum studia amplissimè collaudauit. Et verò honore mines loco, ordineque senatorio inter ascriptos.

DE PRINCIPE TRANSYLVAŒ

*Idem Ben-
cuius in An-
nal. Socie-
tatis Iesu
an. 1586. &
87. de histo.
Collegij
Claudio-
politanti.*

INstaurata studia visendi apparatu, elegantior historia sancti Stephani Vngarorum Regis, est per speciem tragædiæ in scena, approbata Transyluania quæ ad comitia conuenerat, nosse te vniuersa: Nam quid dicam de illustrissimo principe, cuius de erga nos humanitate & beneuolentia bil dici tam amplum, & magnificum potest, id multis partibus quin eius virtute superetur? Habita Comitiorum exitu publicæ à nostris disputatione voluit interesse. Qua in re operæpretium fuit cognoscere hæreticorum inscitiam, qui inuitati, & vocati ab illo congressu longissimè refugerunt. Oblatus principi à Protectore nostro candela, solenni agnoscendi fundatoris consuetudine, accepit tanta cum magnificatione amoris & quòd vultus ipse argentea læticia, vt etsi aliàs in rebus huiuscemodi periculum respondere solitus, tunc breui quidem, sed perui oratione & planè Regia in medio templo spectatissima procerum corona testatus sit egregiam fidem erga nos voluntatem, & perpetuum Catholicæ religionis propagandæ studium. Quo in conatu addidit, se non suas tantum vires, atque opes, sed sanguinem etiam ipsum atque spiritum, si res ita ferat, profusurum, Denique quo promoueret magis

proue
gini, c
scepit,
facto
sodalit
nim C
di, & c

DE

A

reuire
teant,
hoc nu
spiritu
in heb
tiente
iniuria
charita
ga inop
cuidam
non po
pedita
mo T o
dagog
Gulma
huic co
plo. H
de à pr
landa
te, cu
aliqua
Non p
teri fac
millar

proucheret sodalitatē dedicatam beatissimæ Virginis, oblatum sibi eius patrociniū libentissimè suscepit, interq; sodales cæteros voluit aggregari. Quo factō non solum ad tempus ornamentum magnum sodalitiū attulit, sed etiam alijs exemplum, omnes enim Catholicos homines ad rem eandem & cupiendi, & exposcendi studium incitauit.

DE AMBVLANSI SODALITATE.

Annunciatæ Virginis sodalitas ex nobilibus tam sacris, quàm profanis suum cursum tenet, & nostrorum cohortationibus quotidie reuircit. Ergo congregati & sacramenta fructuosè iterant, & erga egentes liberales se præbent. Duo ex hoc numero mortui, quorum alter se quotannis in spiritali palæstra diuina commentans exercebat, bis in hebdomada communicabat, quin & vxore consentiēte thori genialis vsum quinquennio nesciuerat: iniurias acceptas christiana quadam patientissima charitate ipsis remisit, & condonauit authoribus: erga inopes & ægrotantes; apprimè officiosus Moissæ cuidam mulercula, quæ se præ debilitate mouere non poterat, cibum quotidie de propria mensa suppedibat. Generosæ illius iuuentutis, quæ illustrissimo Toletano præsuli Garsia Localensi seruebat, pedagogum se præbuit admirandum. Alter Ludouic² Gulmannus sacerdos & genere & religione clarus, & huic collegio beneficus in nostro humatus est templo. Huius pernobilis viri virtus altos egerat iam inde à prima ætate radios. In altaris sacra hostia immolanda horam ponebat, & cum Philippo Rege audiēte, cuius elemosynas quodam tempore distribuit, aliquando sacrificaret, nihilo se celerius expediuit. Non prius ad aram accedebat, quàm alterius presbyteri sacrum flexis genibus audiisset: in gratijs post missam agendis perdurabat. Misericordiæ sodalita-

*Ex nostris
Annal. in
hist. prouin-
cia Ca-
stellana
1599.*

tem ad pauperes subleuandos, quam nostræ societatis pater Antonius Lares crexerat, labentem quasi humeris sustentauit. Nam cum ad eam ex primarijs uiris permultos aggregasset, auctor omnibus fuit, ut se domi nostræ spiritualibus meditationibus exercerent, seque ipse primus exercuit. Ex quo factum est, ut in egentes misericordia maior esset, & ab animis perfecta purioribus multò expendere turtilius. Cum sodales confessi essent, sacram communionem impertiebat, ægrotantim lectos suis manibus seruebat, quin & stellas ad languidos in ualitudinibus publica deportandos introduxit, & ad maiorem uictoriam, ubi pauper qui obierat, humatus esset, sandapilam per uias publicas reportabat, nihil se gloriosus, baiulis ad hoc munus utendum esse negabat, ut mercedis compendio pauperum ceteris augetur, ob quam causam frugalissimus erat, sua temperantia multorum famem saturabat. Cuius Regis aulicus minimè deformis diligentissime seruauit, & in hospitij quibusdam, ubi multum latebant, Veneris vicina uitauit incendia. Democritus Garfias dignissimus Toletanus Antistes, hunc locum esse non modò elemosynarium, sed intimam orationem consiliarium uoluit, quod munus Ludouicus accepit, ut Garfias à loaysa liberalitate, & sodalitate misericordie, & nostræ societatis Abulenensis collegium adiuuaret, quæ consilia mors impeditam tamē quæ habuit pauca quidem partim nostræ, partim sodalibus legauit, & si nobiscum actum est multò feliciter, qui sancti hominis corpus possidens Plebeiorum sodalitiu nuper inuectum, de quibus in superioribus, florescit quotidie magis, nonnullis Dominicis cohortationibus illius patris, qui apertis inuentor fuit, noui sodales plurimi interueniunt christianæ uite officia condiscunt, quin etiam Mauris oriundi, quorum in hac urbe magnus est numerus.

merus
titant,

D. E.

D

rum m
mana f
grege le
prætar
dicij fo
tius, qu
rum tu
xima lit
duplice
Virginis
uereus
uirtuti
ego hec
tus alle
ste con
multo
nim co
queret
infanti
cadere
tabula
pam et
monie
thencia
nes b
urbis
omni
fessio

ma

merus, ad has catechismi salubres explicationes ven-
titant, & quæ non norunt, mysteria docentur.

DE SODALITATE DOMVS PRO-
fessa vasilisoleana.

DEipare constituta Sodalitas, in quam adscri- *Ex nostris*
pti permulti nobiles, permultiq; caufidici, *annal. 1596.*
neque alij exclusi inferiorum ordinum, quo- *ijfdē verbis.*
rum mores ciuitas admiratur. Sed tamen quæ huma-
mana fragilitas est, duo ex hoc beatissimæ Virginis
grege lectissimo, viri quidem, & factis & conditione
præstantes, cum de re quadam in medio Regalis iu-
dicii foro (Cancellariam vulgò dicimus) vehemen-
tius, quàm par erat, concertare cœpissent, vnus alte-
rum tum mendacem appellauit, tum colapho in ma-
xima litigatorum turba percussit; qui hanc iniuriam
duplicem acceperat, memor ex congregatione se esse
Virginis, & cui se viuendi sectæ dedidisset, animad-
uertens hæc tantum effatus: post alapam, postq; con-
uinium, meis sceleribus multò plura debentur, Dei
ego hæc amore perpetiar; vbi hæc verba protulit quie-
tus assedit, non aliter atque si nihil ei acerbum & tri-
ste contigisset. At autor iniuriæ celeriter agnita culpa
multò plura præstitit, quàm quæ ab illo petebantur: ete-
nim eodē in loco eadēq; auditorū, spectatorūq; fre-
quentia se ipse retexit, palinodiamq; cantauit, se
insanū & mente destitutū illa effuisse, neq; in illum
cadere quem temerè offendisset. *Quin* & in publicas
tabulas referenda curauit, quæ ad corrigendam cul-
pam effecisset, ne malo esset infamia, quàm scribæ testi-
monio non constaret esse deletam. Hæc eadem par-
thenia familia sanctæ hebdomadæ tempore om-
nes baiulos, mendicos, vagosq; in quoddam
vrbis templum adductos accitis sacerdotibus ex
omnibus religiosorum cætib; ad delictorum con-
fessionem inuitauit data singulis pecuniola, quæ

eos ad peccata euomēda redderet promptiores. Quasi si hominum Dei amantium prouidentia defuisset multi ex hoc reipublicæ quasi stercore quo ingruit sunt in animi rebus dissoluto, confessionem, communionemque sacram vel id temporis, in quo legnecessitas urget sine dubio neglexissent.

DE SODALIBVS INCLYTI COLL
gij Salmatiensis.

Ex nostris
annal. anni
1599. iisdem
verbis.

Beatissimæ Virginis sodalitas ex ipso Salmatiensis Academiae flore coniuncta feliciter perseverat. Patris Iosephi Acoſte, qui dedit in adhortationes ab ipsis congregatis libenter audientur. Litaniae Dei matris à templi maximi choro cantantur. Habet sodalitas consiliarios tam virtutis rerum gerendarum prudentia conspicuos, præter hoc anno Archidiaconus, cuius & sapientia perit vt proximo anno Academiae Rector esset. Congregationi imaginem Dei matris dedit ornatam peregregiè, aliorumque elemosynis sodalium, quæ sunt necessaria componuntur, ipsumque sodalitates saluolum quotidie magis eniteſcit. De hac eadem nobis in hunc modum: Sodalitas purissimæ virginis dies floridior ascriptis Doctõribus, magistris collegiorum maiorum insularum. Sunt etiam in Sodalium ordinem cooptati ex auditoribus Academiae nobilissimique & parentum filij Dynastarũ. Accessit ad proximam cõmendationem sanctissimi patris nostri Clementis Octaui iubilaũ hoc anno cõgregationis incrementum Virginali. Perampla strata exedra cõgregationis consultationibus, quæ cõetum omnem cõmunitatissimè capit, vt & cohortationes audiatur, & litemeta sodales seorsim & quietè percipiãt, ferie sacrae Virginis quo sint celebriores, & litaniae modulatius cãtentur, inter primarios sunt ipsis optatibus tributa. Comitij habitis p̄fecto sepe eligitur

nere illò dignissimus, reliqua item officia conueniēter aliis demandantur. Hæc ex annalibus, quorum mihi commissâ cura est verè ordinateque scribendi. Quales autem præfectos hæc nostra Salmaticensis Sodalitas habuerit, Rex noster Philippus est testis, qui eos sui regulis iudicij Prætores elegit. Non omitam, quæ ex annalibus meis vltimis ad rê faciūt, verbaque ipsa reponam: multorum, qui in hoc totius orbis florentissimo, & quod ad sanam doctrinam attinet tutissimo, saluberrimoque gymnasio litteris operam nauant, vitæ emendatio, morumque laudanda probitas magna ex parte sanctę virginis congregationi refertur accepta. In eam qui coiere, quos plus ducentos numeramus, Christianæ Philosophiæ, quæ sapientia & virtute continetur, miros se præbent sectatores, Præsidet nobilissimæ huic Sodalitati illustris admodum Alfonso Cabrera in amplissimum collegium, quod Archiepiscopi vocant, cooptatus. Ex hoc parthenij Sodalitij cœtu præclaro, multi se variis religiosorum ordinibus mancipauerunt. Nostrique octodecim ex hoc ferè selectissimo grege fuerunt. Hæc ibi. Virginelem litaniam Sabbathinis diebus in villa Garfensi nostro collegio, cantores suavissimo conuentu modulantur, melioresque lucernas accendimus quam quos antiqui iisdem Sabbathis Seneca teste, inflammare solebant. Illas religio falsa ponebat, has nostras Virginis amor illuminat; quot enim Sodalitates nostra erigit vbi que Societas, tot soles huic clarissimæ Lunæ id est virgini sanctissimæ famulantur.

*Lib. 15. Ep.
66.*

DE CONGREGATIONE MEDINENSIS.

CONGREGATIONEM Medinensem, quæ ab Angeli ad beatissimam virginem nuncio nomen assumpsit, tum iurisconsulti percelebris,

bris, tum vel maximè Regni prætores morum integritate, & legum peritia insignes & clari nobilitate, miserimis quibusque, sodalitijs instituto posceant, misericordia subueniunt, iis præcipuè, qui in publica custodia detinètur. Virginis perbeatę ferias cõfessione sincera & sacra communione concelebrant, abisque cereis cordis munditiem, puritatemq; testatur. Obiit ex hoc cœtu præclare Didacus Lopezus bonus (nomini ex baptismo duo hæc sunt ex familia & gente adiuncta cognomina) cuius iacturam hanc erit facile refarcire; Salmanticę in amplissimum illud Archiepiscopi (quod vocant) collegium cooperatus, iurisque & legum publicus interpres, studiosiorum frangiis electus, & à pensandi & puncta captandi officio maximè alienus, quid virtus, & quid virtutibus sapientia valeret, ostendit. Regius deinde creatus auditor Hispalensium, ad quos primum regedon emissus, mox valli Soletanorum, postremò Medinensium, translato nimirum huc Regio foro (vt Curiam Regis Philippi hoc nomine tertij capere primus videret) aliorumq; plurimorum animos insolita quadam admiratione repleuit. Fuit enim iudex incorruptus, litesque maximorum, minimorum, potèntium tenuiorum æqua lance ponderauit, aditus quam bellissimos habuit, nulli vnquam portam occlusit, inuestiue accedentes, importunè flagitantes patientissimè pertulit, nec quenquam aspexit, appellauit. Vita mensa frugalis, qualè eius esse oportebat, qui vitandis erroribus, quos vel legendi, vel commentandi socordia gignit, tam sæpe consuleret; in quem benem à cœnis semper abstinuit, qui sese tamen mensis à meridianis in prandiis cibo reficeret. Virginalis rationæ florem nunquam amisit, & castitatis mundiciandorè conseruauit. Binas quotidie horas in oratione ponebat. Scabro cilicio carnem edomabat, singulisque hebdomadibus sacrosanctam Eucharistiã

tu ad
Maria
sefe fe
enim
qui pe
quam
virgo
Maria
omni
ex hui
ternur
uersæ
tor dec
quē &
meren
mirabi
timoris
sunt m
macor
mor pl
bantur
satis gr
que iu
bus sci
mine f

DE

R
decor
nesta
dum
hoc i

tu ad religiosam reuerentiam composito capiebat. Mariæ sanctissimæ virginis ardens amator, ad cuius sese ferias duorum ieiunio dierum comparabat, non enim contentus peruigilij abstinentia, illo etiam die, qui peruigilio proximus erat, à carnibus temperabat; quam bidui austeritatem pro Virgine, remunerata virgo est; siquidem pridie illius diei, quo nascentis Mariæ virginis ferias agitant Christiani didacus sacris omnibus ex Ecclesiæ lege ac Christi Domini curatus, ex huius vitæ prælio ad præmium migravit sempiternum. Quam autem esset nō vni Medinæ, sed vniuersæ charus Hispaniæ, communis omnium mæror declarauit. habent profectō iudices, quē imitētur, quē & sequātur, admirentur, & viris perfectis annumerent, religiosi se inuenisse confirmant. Nō tacebo mirabile quoddam innocentiaē testimoniū, & sancti timoris argumentum. Ægrotauerat Hispali dataque sunt medicamenta, quorum oblatum præciū pharmacopola respuit, at noster bonus, & verò bon⁹ memor pharmaca se accepisse, nūmos qui nō debebantur, medicinae largitori iussit omnia persolui, nō satis gratiæ fidens hominis suo se artificio sustētatis, quē iudicibus debeat esse suspecta. Sed de sodaliū rebus scitu cognituq; dignissimis in hoc nostro volumine frequenter agendum est occasione poscente.

DE ADMIRANDA ROSARII PIETATE.

CAPVT XV.

ROSARII religio tam multis testata miraculis, tam crebris cognita experimentis, tā sanctis sancita decretis, tam honorificis affecta decorataque muneribus & indulgentiarū, donis honestata salubribus, historiarum non copiam, sed modum pondusq; desiderat. Sūt quidē libri permulti de hoc ipso accuratē scripti tā vernacula nostra lingua, quam

quam latina, atque etiam Itala, ex eo verò, què proximè Lopelius Dominicanus scripsit, non Rosarium quitas modò, sed ipsa etiam cognosci dignitas preterit, omnes namque Romanos pontifices numerat, qui indulgètiis ex inexhausto Ecclesiæ thesauro proptis Societatem Rosarij ditauerunt, Quorum dicitur princeps Bonifacius hoc nomine octauus fuit. Hinc Rosarij precatione diuus Dominicus omnium proximè celebrauit, qui ex præscripto immaculatæ Virginis summos, infimos, patricios, plebeios, diuites opes, senes, pueros, viros ac fœminas ad hanc pretertem informauit Rosariumque centum & quinquaginta salutationum Angelicarum denis quibusdam

*Ferdinand^o
Castelli lib.
1. c. 11. de vi-
ta S. Domi.
Cassiod. in
tripa. lib. 8.
c. 2.*

Dominica precatione adiecta, ad Psalterij Dauidici imitationem magistra Deipara fideles docuit, & tunc contra Albigenes beatæ Virginis hostes armauit. Hæc precatórios Globulos, granaque distribuit, quorum Paulus Lybicus quingentorum Abbas monachorum, vt Ecclesiastica tradit historia, inuentor fuit. Canonim trecentas Domino quotidie preces offerre, ne de hoc numero quicquam detraheret, rem vocat ad calculos, singulasque deprecationes singulis apulis notabat, iisque in fine dinumeratis votiuum impensum se persoluisse & lætabatur, & certo sciebat hæc quidem de forma ipsa Rosarij, nomen erant rosa tractum, quæ Virgini comparatur, cuius castitatis puritatis, robur virginalis pudoris & verecundie globulum est. Omnino Mariam Christiani inde à prætertemporibus, salutationibus Angelicis tanquam suis honorabant, illud ex Canticis sequenti (fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languero) quoque Alanus Rupensis Rosarium Apostolorum prolo satum, auitumque esse confirmat: indeque ad nachoretas, & ad doctores concionatoresque notatum, auctoreque Beda apud Anglos floruisse: cuius arefcentes hominum incuria flores, Diui Domini

*In libello de
Rosario.*

aquis
tatem
Huic
nem
sarij
efficit
magis
creber
lum,
Anne
Rosari
stiruit
berur?
precati
buenti
marum
nisi bea
ramus a
est auct
nitas,
parua. N
ginam
a quo r
sine cor
quæ La
tulit G
tineta
nos pr
cõprei
diffide
nabiles
sario a
doctores
nus vi
rosario
bus n

aquis irrigatos, & fontibus ad suam pristinam viridi-
 tatem & pulcritudinem tandem aliquando rediisse
 Huic pietati à multis tanta datur antiquitas, vt origi-
 nem ad Apostolos referat, quæ certè dari debet, si Ro-
 sarij nomine prætermisso rem ipsam, quæ Rosario
 efficitur, consideramus. Virginem enim Christiani,
 magistris Apostolis Gabrielis & Elizabethæ verbis
 creberrimè salutabant, eiusque deinde opem & auxi-
 lium, verbis, quæ prima succurrerent, implorabant.
 Anne illud quidem dabimus recens nomen esse
 Rosarij, sed à D. Dominico allatum, cui vel quia in-
 stituit vel quia restituit, foundationis laus & gloria de-
 betur? Quædam narantur miracula Virginis pro his
 precationibus rosas albas, rubicundas, aureas retri-
 buentis, quibus vel inditum hoc est vel certè confir-
 matum Rosarij dulce nomen. Neque est quod alium
 nisi beatum Dominicū huius & moris & vocis quæ-
 ramus authorem, cui ex rara vitæ sanctitate summa
 est autoritas, ex incredibili sapientia maxima dig-
 nitas, ex curriculo quatuor seculorum veneratio nō
 parua. Memoriae proditum est, Blancham Gallia Re-
 ginam sterilem & infæcundam fuisse, Dominicique
 a quo remedium expetiuerat, Rosarium recitasse, nō
 sine conceptionis & partus præmio foelicis, quippe
 quæ Ludouicum illum enixa sit, quo rege nullum
 tulit Gallia sanctiorem. Quod vero Albigenisum ex-
 tincta sit heresis, quod etate Dominici inter Chri-
 stianos principes stabilita sit pax, quod hostiū audacia
 cōpressa, quod hominū inter ipsos sedata odia, quod
 dissidentium pacificatæ discordiæ, quod morbi insa-
 nabiles curati, quod ad vitam reuocati nonnulli Ro-
 sario acceptum referri debere, grauium virorum ac
 doctorum sententia est, Alanusque Dominici alum-
 nus vir imprimis & eruditus & sanctus quædam de
 rosario admiranda libris literisque mandauit, ex qui-
 bus nos pauca quædam ad legentium vtilitatem
 volup-

voluptatemque ponemus, tamen si multo plurimum de beneficentia virginali referuamus, quæ et in Rosarij pia consuetudine profecta vel animo, vel corpori, vel vtrique fuere salubria. De quibus tertio quarto huius scripti libro tractandum est.

DE ALANO RVPENSI.

VT ab ea historia exordiamur, quæ ipsius Alani propria est, cum Rosarij rosæ defluens ac feruor intepesceret, quem quondam Dominus Carthusianus accenderat, quemque D. Dominicus omnium maximè inflammauerat, Desipens ergo animorum medicinæ inuentrix expultrixque morborum Alano mandauit, vt Rosarij sodalitates congregaret; quo autè ad id muneris paratior & prior redderetur, concionibus adiutricem se fore ergo promissit, edituramque miracula, quorum vnum annuli fuit, quem ex digito virginali detractum, quæ sanctissimi sui capitis crinibus capillisque textum Alano dedit induendum, quo ille donatus, ac recreatus, annos quindecim Rosarij cõtor fuit, diuinofque flores variis mundi locis qui odorem suauissimum exhalant.

DE QVADAM MVLIERE.

MVLIER quædam inops atque egentis aduersario potentissimo litigabat, cuius opibus & gratia & litem prorogare. Cum verò egentissima scemina cõmuni tentante forte deprecatore ac patrono careret, ad eam confugere statuit, cui orborum ac viduarum studio cura est, orataque virgine & recitato Rosario viui causam obtinuit, non tamen sine diuinæ auxilio, & miraculo præclaro præpotentis Dei. nim iudex iniquus sententiam ex scripto prorege aggressus, ter à Virgine reuocatur, & contra

ipse vellet conuersa lingua secundum inopem mulierculam coactus est proferre sententiam.

DE QVODAM DÆMONIS FÆDERATO.

MAGNUM hoc, maius quod sequitur, quippe respiciens ad animum, cuius sunt bona infinitis partibus meliora. Quidam infelix & miser amissis, quibus abūdarat, opibus, ad extremāque reductus inopiam instinctu dæmonis remediū pollicentis Christianam religionem, & sacra quibus erat imbutus, eiuravit, baptismumque etiam execratus diabolo se iureiurando astrinxit, syngrapha proprio scripta sanguine ad maiorem fœderis firmitatem: videlicet malorum vltimum perpeti maluit, quam ab eo, quæ appellatur fortuna, paupertatis telū accipere, quod tam multi ex ethnicis, vel pro nihilo putauerunt, vel patienter tolerauerunt. Cum autem aliquando prænobilis viri comes, quem non reuerenti non potuit. Diui Dominici monasterium quoddam ingressus, & sacris interesse, & concionem audire coactus esset, ipseque orator Christianus de seruitute egisset, quam illi misererrimam seruiunt, qui se dæmoni manciparunt, bonitatemque rursus ac Dei clementiam extulisset, quæ diutissimè expectare solent, dum se illi expediant, ac iugum excutiant quos talis dominatus oppressit, multumque opis in Rosario esse ac cultu virginis affirmasset, vt dæmonis laqueos vel rumpas vel declines; hoc ille sermone è graui somno experrectus, magnam illico in patrocinio Virginis fiduciam securitatemque constituit. Itaque Rosarij sodalitis nomen dedit, sumptisque precatotis globulis virginem crebrò appellabat, neque dubitabat, quin pro maiorum genere remedium bona mater à Christo filio allatura esset. Ridebatur à malo dæmone salutaris illa pietas, & spes concepta de Virgine: frustra conniti cum, qui se irrcuo-

Ibidem.

irreuocabili sponſione tradidiſſet, fidem vel hoſti eſſe ſeruandam: numina illi nec eſſe, nec fore propria, qui ſe Orco, inferis cæremoniis adhibitis, deuouit. Anxius ille ac mœſtus Prædicatorum cœnobium i-
diit, inq; Roſarij ſacellum ingreſſus ante ſimulacri
virginale procubuit, & his Deiparam affatus eſt ve-
bis: Virgo dulciſſima beneficiſſimaque mori-
bus, miſerrimi has preces accipe, quas in tam acerbo
luſtu dolor me cogit effundere. En tibi Roſarium
offero, illud inquam Roſarium, de quo tui conuo-
natores tam multa & tam præclara commemorant,
quæ tu Sodalibus impertire conſueſti. Horum ego
promiſſis magnificis excitatus, tuū, Deipara, Numen
imploro, ac me tibi ſiſto tua benignitate, ex hac præ-
ſenti miſeria recreandum, quæ talis eſt, vt com-
memorationem aures ipſæ reformident. Prohibe
dolor: furiali quodam nexu me tuis hoſtibus obligat,
amantiſſimæque deuinxit: ſed deteſtabilem hanc præ-
ſentionē, meo quāuis cruore obſignatam atq; obſi-
gnatā tibi reſcindere facile eſt, cuius voluntatem Deo
immortalis dono atque munere, ipſa exæquari. His
manendum mihi eſt, Virgo ſanctiſſ. neq; antequam
dendum, quam funeſtam illam ſchoëdam reſerua-
uero: eam malus dæmon vt obſidem retinet, tu
mei dominatorem iactat eſſe perpetuum. Tum tu
tua ope adiutum, ereptumque putabo, cum chiro-
graphum deletum obitumque perſpexero, hæc
cære perſeueranti, atque ad Mariæ imaginem iſta
deſpicienti viſa eſt ex virginali manu charta illa
cidere, quam dæmoni dederat perpetuæ ſeruitutis
teſtem; eam vbi recepit, manumque agnouit, iſta
ſtamque vidit, de Chriſti per Matrem beneficio per-
ſuaſus, Roſarij religionem multo colere cepit, an-
tius; cuius exercitatione tale tantumque periculum
fugiſſet. Neq; verò viuis ſolum, ſed vita etiā ſua
ſalutare Roſariū eſt, hoc ipſo Alano teſte, ac de ma-

eis ſe au-
ipli vid-
tatem p-

C
medita-
ſimæ m-
nē, noſt-
uſſimē
notum
alienus
torem L-
rij illius,
celebran-
tes ad M-
eoldem
cōprecar-
liter pro-
coronas
omnibu-
peccata
ties Roſ-
minibu-
catoru-
catis co-
ipſam.
uino in-
quæ m-
mitti n-
conſite-
bantur
ſione, h-

etis se audisse affirmante, cum dicerēt à mortuis, quos ipsi vidissent, Rosarium prædicatum, & eius efficacitatem pleno ore laudatam.

DE QVODAM PRIORE

Cartusiano.

CARTYSIANÆ familie apud Treuiros quidam vir præerat sanctitatis admirandæ, cui solenne fuit, singulis diebus Rosarium illud meditando percurrere, quod Christi, matrisq; sanctissimæ mysteria 25. complectitur, de quo Blosius latine, nosterq; Franciscus Arias Hispano sermone grauitissime, vtilissimeque differuit. Cumq; hic Cartulianorum rector celestem quendam raptum pateretur, alienus à sensib⁹, animi oculis vidit vniuersitatis auctorem Deum, eiusq; matrem sanctissimam ex Rosarii illius, quod ipse terebat, formula ab ipsis cœlitibus celebrari, vidit ad Iesum nomen in genua procumbentes ad Mariæ caput demittentes, vidit audiuitq; hos eosdem coelicolas beneficia ac dona illis omnibus cōprecantes, qui in terris Rosarii illius mysteria similiter promerent, contemplarenturq; quotidie. Vidit coronas pulcherrimas & speciosissimas præparatas omnibus illis, quibus hoc Rosarium curæ esset; vidit peccata condonari, munusque aliquod rependi, quoties Rosarium à mortalibus diceretur, idque pijs hominibus virgine deprecante cōcedi: et si hoc de peccatorum remissione vel ad pœnas referendū est peccatis confessione expiatis debitas, vel ad confessionē ipsam. Cuius sacramentum Rosarii recitatores ditino instinctu ritè frequentabant, ac peccatorum, quæ mortifera fuissent, quæque sine confessione remitti non possunt, plenam condonationem, ubi illa confitendo aperuissent, Rosarii beneficio consequantur. Intellexit etiam in illa mentis abreptæ visione, hac sancti precatōne Rosarii tantū cœlestium

Lanspergiius in operibus minoribus lib. 11. hoc in prologo in hymnum aureū, & Blosius in sermo. spirituali.

bonorum thesaurum contineri, quantum cogitatio
 ne comprehendere mortalis nemo posset. Et hoc quo-
 dem quæ vidit testata literis voluit, ad eruditionem
 posterorū. Obijt anno Domini millesimo quadringentesimo
 trigessimoprimo. Atque ex illo tempore
 teste Lanspergio hoc quinquaginta mysteriorum
 Rosarium, esse cœpit in vsu. Sed de hac insigni
 tate, vbi quindecim Virginis mysteria recolunt
 gaudij quinque, doloris totidē, gloriæ itidem quæ-
 que: multa præterea narrabimus, instat enim
 ille præclarus ad Virginis commendationem de
 iudicio Ethnicorum, & testimonio hæreticorum, quibus
 quibus vtrisque permulti Mariæ Virginis præstantia
 ac dignitatem agnouerunt. Hæreticis quidem he-
 tumetanos adiunximus, hæresis enim illa est, a
 ista mortifera. Iudæorum testimonia Deipara
 riosa supra protulimus, ipsque proinde in præsentibus
 superfedendum est.

ETHNICI, HÆRETICI HONOREM
 Virgini deferunt.

CAPVT XVII

De Poëta Claudiano.

CLAUDIANSVS poëta gentilis, vt Augu-
 stinus & eius amicus Paulus Orosius affir-
 mata clarè de beata Virgine loquitur, vbi
 riarum & antiquitatis videri possit Christianis
 enim antiquis codicibus habenda fides est, haec
 de Christo, & Christi parente beatissima Virgine
 cantauit,

*Ex carmine
 de Christo
 Seruatore.
 Lib. 5. de
 Ciuit. Dei
 cap. 26.
 Lib. 7. ad-
 uersus Pa-
 gones. c. 53.*

*Quemq; utero inclusum Maria mox natiua
 Virginei intumuerè sinus, instructa q; mater,
 Arcano obstupuit compleri viscera partu,
 Auctorem paritura suum.*

A
 Co
 Ho
 à lib
 ni sur
 Ethn
 inuit
 re qu
 num
 princi
 gionis
 politi
 bus, &
 D

A
 prima
 puella
 tu m
 num
 quat
 hanc
 triat,
 cari.
 Hun
 pto
 à sua
 logo
 alim
 Bala
 extr
 ad si

Eius etiam distichon illud esse dicitur:

*Angelus alloquitur Mariam, quo præscia verbo,
Concipiat salua virginitate Deum.*

Hos ego versus corruptos deprauatosque restitui, & à libtationum vitijs ac mendis vindicaui. Si Claudiani sunt, non omninò claudicauit, qui infidelis atque Ethnicus versus fudit Christianos, nempe quos ab inuito vis ipsa veritatis expressit. Malo enim id sentire quam facere cum Ludouico Viues, qui Claudianum ad gratiam loquutum arbitratur Christianis principibus adulantem, ac versus temporis, non religionis causa pangentem, quòd hæretici faciunt, quos politicos appellamus, quorum & antiquis temporibus, & hac nostra ætate magnus est numerus.

DE ALBVM AZARE ETHNICO

Astrologo.

ALVM AZAR insignis Astrologus, etsi alienus à fide, tamen præclarum Virgini testimonium dedit, cuius in scriptis hæc verba leguntur: in prima facie signi virginis oritur in terra virgo munda, puella immaculata corpore, decora, ore venusta, cultu moderato, crine proluxa, & verò ne qua in hominum animis suspicio relinqueretur, ipse prouidit, & quam virginem describeret digito ipse monstrauit, nepe hanc esse illam virginem, quæ puerum in Iudæa nutrit, & pascit, eumque puerum à quibusdã Iesum vocari, quem nos, inquit, Græcè Christum nominamus. Hunc locum se testatur legisse Canisius in huius scriptoris opere peruetusto. Et quidem Albumazar licet à sua arte recedere noluisse videatur, tamen ex Astrologo Theologus repente prodiit illo statuente, qui asinæ linguam soluit, eamque fecit esse vocalem, quiq; Balamo diuinitus multa monstrauit, stellæque ortum extra anni, coeli que vias & consuetos cursus patefecit ad suam gloriam gentibus declarandam.

*In Scholis,
cap. 26. lib.
5. de Ciuit.
Dionysius
Cartusian.
lib. 1. de Laudib. virginit. ar. 30.*

*Lib. 3. de B.
Virgine c.
7. num. 22.*

*Ex eorum
Alchorano
c. 5. §. 74.*

DE Christo & Maria Mahometani perfidiosi-
cētatores honorificè & loquuntur, & sententias,
quorum in Alchorano ita virgini acclamatur
ab Angelis, quos liber ille loquentes inducit. O Maria,
cunctis viris, fœminisq̄ præclarior, soliq̄; Deo pe-
seueranter studens. O Maria, Deus elegit te, puram
reddidit super mulieres seculorum. O Maria, Deus
annunciauit tibi verbum nomen eius IESVS, filii
Mariæ, & erit honorabilis in hoc seculo & in futuro.
Hanc eandem idem Alchoranus, id est Mauritanus
perfidia catechismus vsque adeò extollit, vt ex
minis omnibus sanctissimam, atq; lectissimam esse
fateatur Virginem, eam que Christi Matrem appellat,
multaque de Maria prædicet, quæ cum Euangelio
est, cum ipsa veritate concordant. In alio quodam
libro magnæ apud illos auctoritatis Deus ita loqui
inducitur: nullus de filijs Adam nascitur, quem non
tanget Satan, & ideo plorat vociferans ex eius tibi
præter Mariam, & filium eius. Nimirum Mariæ
non vera esse non poterat, Beatam me dicent omnes
generationes. Itaque Iudei, Ethnici, hæretici summi
eam laudibus prosequuntur, Christianorum magis
phus nō mediocriter illustratur, quorum Reginaldus
qui alienæ sunt ditionis, cohonestant, id quod Nicolaus
laus Lyranus sapienter animaduertit.

Luca 1.

*In c. 8. Isaiæ
& in Apo-
logia cont.
Iudeum.*

*Martinus
Polonus
Archiepisc.
Consentinus
in suo chro-
nico circa
annū 618.
cap. 72.*

DE IISDEM MAHOMETANIS.

EVENIEBAT sæpè, vt pactis inducijs Chri-
stiani, qui in Syria dominabantur, Mahometanos
Hierosolymam hospitij iure recipere
& cum eis tanquam cum amicis & socijs collo-
rentur, cum igitur illi, qui se inter Mahometicos
fitebantur esse sapientes in sanctam civitatem per-
ca fide, & sequestra pace venissent, nihil sibi pre-
cientiam

facien-
horum
bund
(hoc
docuit
tens a
nem,
Lucæ
mirab
ginem
bant.
debella-

DE

I
ne
ma
nis, qu
& Chri
vtrique
batur.
Sigoni
Anno
lend. C
excepte
nitate
super
tantu
eius,
xeran
& in
cepit
adue
verò
homi
tem

faciendum putabant, quàm vt Christianos Euangeliorum librum poscerent, quem acceptum venerabundi ac supplices osculabatur, propter munditiam (hoc enim dicebant) ac puritatem, quàm Christus docuisset. Est enim lex Domini immaculata, conuertens animas, quæ neq; vorem confusam multitudinem, neque iniusta bella permittat. Illud porro diuini Lucæ Euangelium, Missus est Angelus, præ cæteris mirabantur, Gabrielisq; à Deo ad immaculatam Virginem legati, missique historiam creberrimè repetebant. Ad eò victrix veritas est, & Dei Arca ipsa per se debellat Philistæos.

Psalm. 18.

Reg. 1. c. 5.

DE THEOPHILO IMPERATORE.

ILLORVM fautor impius, qui sacras sunt imagines demoliti, Theophilus, tamè singulis hebdomadibus ad ædem sumptuosam Desparæ Virginis, quæ in Blachernis erat, studiosè veniebat, ibique & Christo seruatori, & eius matri supplicabat, seque vtrique fidelem fore disertis verbis & clara voce fateretur. Sed quæ promittebat minimè præstitit, quod Sigonij verbis, quam referam, demonstrat historia. Anno, inquit, Domini 829. Michaelè Imperatore Kalend. Octob. extincto, imperium Theophilus filius excepit. Qui superiores omnes Imperatores immunitate aduersus eos, qui sanctas tuebantur imagines, superauit. Nam Leo Maurus, & Copronymus filius, tantum, nè cultus eis adhiberetur, & Michael pater eius, nè vlli imagini nomè Sancti subscriberetur, edixerant: Theophilus autè omninò pingi eas noluit, & in templis pro sanctis pecudes, & aues reponi præcepit, & quos in earum veneratione perseverare animaduertit, eos in carcere fame ac siti cōfecit. Monachos verò urbium aditu prohibuit, monasteria profanis hominibus ad incolendum concessit. præcipuè autem Monachi Abrehemitæ, monachorum & imagi-

*Zonaras
tom. 3. Anna.*

*Lib. 4. de
regno Italia.*

num tueri causam ingressi, quod S. Lucas Deipare imaginem depinxisset, & Christus ipse effigiem sui sine manus opere expressam, nobis in linteo reliquisset, post diros cruciatus morte affecti sunt. Quin etiam pictorum insectatio fuit; sed ante omnes sanctorum virorum Theophanis, Theodori, & Methodii, qui hoc nomine in exilium pulsi sunt, insigni constantia floruit. Ergo Theophilus verbis & nomine Dei & Deipare amator fuit, qui cum tamen ex loannis sententia opere & veritate diligere debemus. Quia tamen hæreticus virginale templum frequentabat, quid de Lutheranis & Calvinistis sentiat, sit necesse intelligemus, à quibus & imagines, & templa destruuntur.

1. Ioan. 2. c.

DE QUIBUSDAM HÆRETICIS
Mariae fautoribus.

Petrus Canis. lib. 2. de B. Virgine cap. 17.

Luca 19.

Loca citat ipse Canisius.

INVITVS equidem facio, ut perfidorum deus confectus, à quibus meus tam auersus est animus, ut eorum commemorationem ferre vix possim. Sed quid impedit perditissimos transfugas proprio ore convincere? An non illa ad Dei gloriam vox potinet, ex ore tuo te iudicā, Serue inquam? Hoc blaterum honorificum est, & Catholicæ pergratum Ecclesiæ Christianæ hic est veritatis triumphus, quàm hæretici negare non possunt. Ut hæc eorum testimonium declarat. Zuinglius, & eius auditor Bullingerus Heluidianos exagitant, perpetuam Mariæ Virginitatem insectantes, ipsumq; Heluidium mendacissimæ, & impudentissimæ opinionis auctorem multis argumentis impugnant. Bullingeri hæc ipsa sunt verba: Deiparam Virginem Mariam à partu Christi Dominum per mansisse virginem à primordio Euangelij ad hunc usque diem docuit, & asseueravit Ecclesiæ Catholica sentit idē quoq; Bucerus magnus Lutheri assecla. Post inquit, animus de Mariæ vase, tam sancto atq; electo
 vt Cui

vt Christi
 tabit. V
 libentes
 perpetu
 Ad qu
 Ecclesia
 tici & V
 agnosce
 viq; Spi
 petua v
 fisse. Be
 modo r
 Heluid
 nymi d
 que ma
 mat, qu
 Luther
 tar. Itaq
 ginitate
 videatu
 scriptur
 nate fi
 ximè n
 statore
 sim? h
 mas, a
 quam
 plere
 ierur
 faciur
 que v
 amer
 let. N
 canti
 neis,
 The

vt Cui

vt Christum nobis pariat, non nisi sanctissima cogitabit. Vetatq; idē hic Bucerus, vel bucco potius (vtar libenter Plautino vocabulo) quicquā suspicari, quod perpetuæ Mariæ virginitati aduersum videri queat. Ad quod, inquit ille, credendū consensus perpetuus Ecclesiæ momentum præcipuū affert. Ecce vbi hæretici & Virginem laudant, & Ecclesiæ autoritatem agnoscunt. Vt idenses se credere, & ad extremum vique Spiritum credituros profiterentur, Mariam in perpetua virginitate tam animo quàm corpore permāsisse. Bezam omittamus turpissimum gnaleonem, modò negantem, modò confitentem. Lutherus vt Heluidij damnat, & detestatur errorem, sic D. Hieronymi de perpetua Mariæ virginitate sententiam vtraque manu tollit in cœlum, illisq; vehementer reclamant, qui cū Mariæ perpetuam virginitatē tollant, Lutherum illius nefariæ assertionis fauorē arbitrentur, itaq; vt eam à se depellat infamiam de Mariæ virginitate ita sobriè disputat, vt crapulam edormisse videatur. Illam & ante partum & in partu Virginē ex scriptura posse intelligi, post partum Ecclesiæ autoritate firmari, quam ipsemet autoritatē, quod maximè mireris, agnoscit, vtque se ab aduersarijs, obtrahentibusque defendat, Catholicis armis pestilentissim⁹ hæresiarcha decertat. Sed hos furentes relinquamus, ac vera falsis inuoluentes, vt Sibylla, Virgilij, quam dæmon implebat, vel quia fabula illa fuit, implere solebant. Nam & qui de potestate rationis extiterunt, non semper insaniunt, multa que & dicunt & faciunt more sanorum. Sed eos vel vnicus error, atque vna tantum deliratio mentis infatuat, & inter amentes viuere cogit, itaq; affectis bonis interdici solet. Nos igitur de Mariæ dignitate non ex furiosorum cantilenis, quamuis interdū veris & pietati cōsentaneis, sed ex Ecclesiæ vocibus & concilijs iudicemus. Thelensemque Synodum, cui Ambrosius interfuit,

Æneid. 6.

Epist. 79.

& Papa Siricius applausit, cuius vnus erat & confirmare Concilia, nostris animis, sensibusque mandemus, vbi Mariæ perpetua virginitas aduersus impios, bardos, fungos, buccones, stultos, stupidos, ebriososque hæreticos definitur. Mitto alibi hac ipsa veritate Concilia, quæ veritas ab Apostolo tradita ad nos vsque peruenit, eamque omnes consequentes excipient perpetuò permansturã. Tempa his vocibus personant, aulaque cœlestis in omni æternitate personabit: beata es Virgo Maria, que omnium portasti Creatorem, genuisti qui te fecit, & æternum permanes virgo. Huc illud carmen extunato repetitum.

*Radix Iesse iam floruit,
Et virga fructum edidit,
Fœcunda partum protulit,
Et Virgo mater permanet.*

Tum alibi:

*Hæc Deum cœli Dominumq; terra
Virgo concepit, peperitq; virgo,
Atq; post partum meruit manere inuolata.*

Ergo in Græcorum Liturgia, sicut ex Basilio didicimus, Maria quinquies semper virgo saluatur, & in Cantico, gaude Maria virgo, postea quàm Ecclia Iudæorum perfidiam & errorem Mariæ virginitati contrarium exhibilauit, explosit, funditus eiecit, & vltra omnes mortuos amandauit; statim adiungit, Virgo Deum & hominem genuisti, & post partum virgo inuolata permansisti: Vt minime mirandum sit, Christianos olim in iurando non modo præpotentem Deum, sed sanctam etiam gloriosamque Dei genitricem ac semper Virginem Mariam testari consueisse, quem morem & commemorat, & laudat Iustinianus Imperator.

*In Authen.
Iurissurâdi,
quid præstat
ab his, qui ad
ministra-
tionem acci-
piunt.*

A
pliciter
nanda
doque
semper
cibus a
iuria h
hæretic
impius

O
strisque
Catholi
numero
rum du
verfabat
tam Vir
debeat.
cino Vi
ad ader
subdic
plum in

DE A

De lu

I v
pie

DE PETRO GNAPHÆO.

ANTIOCHENÆ præsul Ecclesiæ Gnapeus *Nicephorus Calistus li. 25. cap. 28. Canisius libr. 5. de B. Virgine cap. 17.*
 homo audax & turbulentus, & in fide claudus, tamē legem tulit de Maria Despara suppliciter inuocanda, & in sacris precationibus nominanda: nihil ille nouum inusitatumq; fanciuit, quādoquidem ab Ecclesia condita Christiani Deiparam semper implorarūt, religiosissimisq; & animis & vocibus appellitarunt: sed quod in sua prouincia vel iniuria hominum, vel iniuria temporum, vel infania hæreticorum fieri defierat, veritate impellente qui impius erat, reuocauit.

DE QVODAM HÆRETICO.

OENIPONTI complures, per confessionis *Nicolas Orland. in annalibus Societatis Iesu, de historia collegij Oenipontani.*
 Sacramentum, alij à morbis, alij à perspicuis periculis, alij etiam ab infernis monstris, spectrique liberati sunt. Hic quoq; multos ab hæresi ad Catholicam religionem nostri traducunt. Erat in numero sacerdos magna apud quosdam hæreticorum duces autoritate; hic etiam tum cum in hæresi versabatur, eximio quodam pietatis studio erga beatam Virginem tenebatur, vt minimè mirum videri debeat, si è scæcis de murem emerfit, qui tantæ patronio Virginis nitebatur. Is postea grati animi causa, ad ædem Lauretanam nullo viatico, nullo itineris subsidio profectus est. Hæc Orlandinus, simile exemplum in nostro institutionis libro sexto reperitur. *Epist. 1.*

DE ALIIS QVIBVSDAM VIRGINIS
 cum laude cultoribus.

CAPVT XVI

De Iustino Imperatore iustissimo, deq; eius religiosissima coniuge Euphemia. Rusticus Romana

IVSTINO imperante, qui verè iustus, & syncere *Eccles. diaconus Car*
 pietatis fautor eximius fuit, Episcopi bis mille quin-

*dinalis lib.
9. Biblio-
theca san-
cta, noua
editione.*

*Baronius
tom. 1. An-
narium.*

Epist. 17.

*Reuerentia
causa uti-
tur Ponti-
fex numero
multitudi-
nis, sed cum
vna Eu-
phemia lo-
quitur.*

quingenti in plaga solis orientis Catholicam fidem de Christo vero Deo atque homine, deq; beata Virgine vera Dei matre complexi mundi hanc vnio- sitatem cœlestibus gaudijs cumularunt, ipseque Iustinus, qui se huius luminosi itineris ingrediendi de- cem, auspiciemq; præbuerat, nouus Constantinus ap- pellatus à populo est, & eius vxor Euphemia noua Helena nominata: quin & ciuitas Byzantina impe- ratore pereunte Mariam Virginem Dei esse genitri- cem, vt studiosissimè, ita sæpissimè repetiuit. Iustini vxor Euphemia bonorum tantorū conciliatrix facta, quæ priore sui generis deposito nomine in Euphe- miae sanctæ memoriã, quæ illustre pertulit pro Chri- sto martyrium, & in cuius æde sacrata Sacrosanctum Calcedonense Conciliū B. Virgini gloriosum celebra- tum fuerat, Euphemia se voluit nominari. Hanc felicissimam Augustam his verbis Hermilda Roma- nus Præsul alloquitur. Magna vobis causa commissa est, per vos etiam populos Christus vult ad Ecclē- siæ fœdera reuocare, quos per se voluit à morte redimere: magna etiam vestro sexui parata est laudis occasio: vobis instantibus Ecclesiæ suæ Christus, quæ diuisa fuerunt membra coniungat. Non eius maior est gloria, quæ humanæ salutis lignū scrutata est, & in cruce, quàm omnis veneratur mūdus: inueni- perabilis quin imo illius merito, quia Ecclesiæ vni- per illam suum inuenit signū, per vos est habitandi medium. Hæc ita Pontifex summus, quem mortis tulit spes; nam Iustini, & Euphemie Augustæ con- restituta in Oriente fides est, & Virgo sanctissima v- bitis est utilis honorata. Idem Iustinus non dubi- uit Arrianos exagitare, ac fortiter insectari, quæ cum Theodorico Rege eorum patrono sedes inueni- ratus omnia esse religioni posthabenda. Non com- mittam, vt quæ de eiusdem Iustini laudibus Melita- læ author affirmat, silentio præteream. Antiochia

rentissi
& terra
cendio
nus au
put alp
tosque
duxit, n
& fletu
pia mis
cipes Cl
consuel
ibus, &
nus hãc
rem, qu
molitus
nulla si E

D E

C
gionis
lompio
desit, n
dotmieri
paruit, v
fore vt
seruiret
Iustinia
quadan
bri hui
chitect
temple
liud v
singula

rentissima ciuitas, Dei iusto quamuis se uero iudicio & terræ discussione concussa erat, & conflagrarat incendio: hæc de clade Antiochena simulatque Iustinus audiuit, præ dolore sacro induitur, & cinere caput aspergit relicta purpura, posito diademate, multosque dies in luctu & mœrore solus secretusque traduxit, nec si dies festi recurrerent, ab hoc & amictu, & fleru desistere voluit, magnaq; auri & argenti copia miseris Antiochenis præsto fuit. Vtinã tales principes Christiani sortiantur, qui cum flentibus flere consuecant, & Dei præpotentis iram lacrymosis precibus, & vitæ asperitate lenire perseuerent; Iustinianus hæc urbem reparauit, & multò reddidit illustriorem, quàm fuisset; in ea Dei genitrici ingens templū molitus est, cuius splendorem & magnificentiam, nulla si Procopio credimus, æquabit oratio.

DE IUSTINIANO IMPERATORE.

CÆSARIS Iustiniani principia, progressionisque laudentur, utinam ne ad extremum omnia vertisset. Huic Anastasius, veræ religionis in Oriente vexator immanis, admonitus sompno pepercit, eadem ratione in Iustinianū sequere delit, nam vtrumq; designarat ad necem; vir enim dormienti Anastasio facie aspectuque tremendus apparuit, verans, ne quid Iustino, Iustinianoq; noceret, fore ut vterque Deo Optimo Maximo suo tempore seruiret. Et quidem Iustinus semper profuit Ecclesiæ, Iustinianus sæpè seruiuit, Dei que Matrem singulari quadam religione veneratus, permulta ut primo libri huius capite diximus, in eius ipsius honorem architectatus est templa: & verò Hierosolymæ tale templum Dei genitrici constituit, quale nullum aliud vsquam fuisse Procopius asseuerat, propter singularem, & nunquam alias visam operis artem & venusta-

Lib. 2. de adificijs Iustiniani Imperatoris.

Procopius de Iustiniani adificijs oratio. 5.

Zonaras 3. parte Annual.

Cedrenus in Compendio.

venustatem. Nouam Ecclesiam incolæ nominabit
 ibi lapidicina repertæ, vnde excisæ columnæ admi-
 rabiles, quæ ignis flammam colore referebant. Dicit
 imprimis hic idem historicus celebrat nullis toto-
 be secundas. Eidem beatæ Virgini idem Iustinianus
 templum alterum in oliuarum monte construxit
 denique tertium in Sinai monte, vbi monachi de-
 gebant moribus & vita sanctissimi; sed in radice o-
 men, erat enim propter assiduos strepitus, diuini
 terrores ipse vertex inaccessus, quos horribiles nocte
 audiri solere, idem Procopius est testis. Nec enim
 illius erat obliteranda memoria in quo per Mariam
 diuina lex totius cœli concussa fuerat promulgata.
 Quin & vbiq; locorum, & apud Barbaras nationes
 Iustinianus in sacrosanctæ Virginis memoriâ basilicas
 summa impensa collocauit. Et quidem præter
 hæc templa, sed Hierosolymitanum præcipue, quæ
 Deipara referente Iustinianus vniuersa potius est in
 Africa, quam Vuādali Romanis ereptam annos quatuor
 que & nonaginta possederant, qua obtenta Do-
 mitrici Carthagine nobiles ædificauit Ecclesias in
 Dei sancta parens, & Iustinianus Imperator vniuersam
 quodammodo matris officii decertasse. Nam tunc
 hic aduersus improbissimos Nestorianos Maria
 omnium titulum defendisset, quo veritas
 est Mater appellata, vicissim ipsa rependit vniuersum
 teneret imperium, quantum enim virginis imitatio
 possit, ipsemet Cæsar pleno est ore confessus. In
 preces autem assiduas vitæ austeritatem adhibere
 quod Deus nobis annuat, vt & cæteras gentes, quæ
 socordia sua Romani amiserunt, cum vtriusque
 cœni terminos tenerent, iterum ditioni nostræ subi-
 gamus, quas nos diuino freti auxilio ad melioris
 tum redigere properamus: neque quicquam de
 ctemus eorum, quæ vel ad extremam pertingunt
 facultatem; vigiliis simul & inediis cæterisque

Ibidem.
Exod. 15.

Idem l. 6. de
ædificijs Iu-
stiniani.

Lege C. de
officio præfe-
cti prætorio
in Africa.
Nonella 30.

nbus iu-
 modus
 cet Pro-
 duo in
 surgens
 tempus
 breuem
 continu-
 famem,
 hebis, q
 impijs re
 se Catho
 ad volun-
 mano Pe-
 gelium v-
 na que a
 piscuera

D E

A
 a
 si
 duæ virtu-
 amplexan-
 tas, hosq;
 hæresim
 proveni-
 retico gra-
 scuti dese-
 Imperato-
 Marianam
 nasticam
 quæ Dei
 ne prom-
 dique fir-

ribus iugiter pro subditis nostris vltra quàm naturæ modus patitur, vtentes, Sed qui labores fuerint, docet Procopius: nam quadragesima ita se gessit, vt bi- duo integro maneret impransus, matureque è lecto surgens negotiaq; pertractans diurnū nocturnumq; tempus extraheret. Nocte admodum sera cubās, post breuem somnū cubile relinquebat, à vino se & pane contineuit, brassicis & agrestibus quibusdam herbis famem, sitim sola aqua mitigabat, etsi famem neque herbis, quas diximus, neq; crambe saturauit. Pijs & impijs reliquit exemplum. Quamdiu sanctè vixit, & se Catholicum præbuit, prosper fuit fluxeruntq; res ad voluntatem. Vbi se extulit, & audiens dicto Romano Pontifici esse noluit, ad ima depressus Euan- gelium verissimū esse monstrauit, in quo tum om- nia quæ ad salutem pertinent, tum illud legimus, qui

*Lib. 2. de
edificijs Iu-
stiniani.*

Matth. 10.

persecrauerit vsque in finem, hic saluus erit.

DE ATTICO PRÆVLE

Byzantino.

ATTICVS Constantinopolitanus Antistes, ad Reginas filias Imperatoris Arcadij, librū scripsit de virginitate, & de humilitate; quæ duæ virtutes, vt germanæ sorores mutuis sese officijs amplexantur. Nam fidei Christianæ sua est integri- tas, nosque virgineus, quem violant qui labuntur in hæresim opus valde egregiū, in quo dogma Nestorij proueniens impugnavit: & Deiparam antequam he- tærico gladio peteretur, libri præclari tanquam firmi scuti defendit oppositu. Mira quidem res, quatuor Imperatoris filias, Pulcheriam, Placillam, Arcadium, Marinam in palatio non aliter atque in cœnobio mo- nasticam egisse vitam. Sed Pulcheria sancta præiuit, quæ Deiparæ virginitatem imitata est, & decus om- ne promouit duxque sororibus fuit agendi, sentien- dique similiter.

*Marcellin^o
in Chronico
Cardinalis
Baron. in
prætermis-
sis tom. 5.*

DE

*Prosper lib.
de ingratia.*

APVD Ephesum commorata olim adoptiva
sui filij Ioannis Euangelistæ comes, Deo
urbis incolis sui desiderium amoremque
liquit. Fuit enim illa ciuitas vsq; adeo virginis am
trix, & tanto ardore fidei bonis illis incensa tem
ribus, vt minimè passa sit Pelagianos Episcopus
mœnia consistere. Canit hoc Aquitanus Prosper
verbis.

Prætereo quanto fuerit benè mota iustum,

Clara Ephesos non passa diu consistere testis

Vasa ira, & morbi flatus & semina moris.

Sed Ephesino Concilio, vbi Maria virgo De
agnoscitur, & Theotocos faustis acclamatio
appellatur, vrbis illa totius Asiæ clarissima cari
riam peperit, de qua nulla vnquam ætas, nulla
ritas conticescet.

DE SANCTO CYRILLO EPIS-
copo Alexandrino.

*Ex actis E-
phesini Cõ-
cilij, tom. 4.
cap. 17.*

QVÆ maxima sunt atque optima, imp
& nimis caro precio cõparentur. Ergo Ep
sini decreta Concilij, vbi sanctissimi
duce Cyrillo Apostolicæ sedis Legato pro Mar
gnitate celsissima propugnauerunt, & eius cog
menti omnium maximi assertores verissimi
quanti Cyrillo steterint, eius epistola ad Antio
ditas scripta declarat: vincula & maledicta per
& falsis criminibus circumuentus Deo, & De
auxiliantibus victor euasit: nam quia Nestorio
Antichristo teterrimo, Cyrillum hæreticū esse
tiri, & labē, qua nulla potest esse deformior, Ale
driæ clarissimo Præfuli aspergere conati nequ
& frustra laborarūt. Iam verò vniuersa Synodo
fuent constantia Concilij totius apud eundem
rillū ostendit epistola. De se ita loquitur doctor

gius: g
digni
cætera
suis o
dus in
restitit
in om
Orient
uentur
ministr
bis ord
flagella
exiche
synodo
necami
tidie ali
ad prop
bet, qua
mur, ne
per nos
Monach
delixæ t
nani or
ne litter
Impera
nient,
nachos
ceptis
sed præ
cum in
tisset,
fidei ca
ta cog
paræ h
quasi
dum

gius: gratias agimus Christo, quod pro nomine illius digni habeamur, non solum vinculis constringi, sed cætera quoq; omnia perpeti, neq; enim ista præmijs suis carebunt. Non potuit, inquit idem, sancta Synodus induci, vt cum Ioâne cõmunicaret, sed animosè restitit, en inquiring corpora, en ecclesias, en ciuitates, in omnibus potestati habetis, non aut, vt prius cum Orientalibus cõmunicemus, quam cum ea dissoluentur, quæ per illorum sycphantiam contra ministros nostros comparata sunt. Præcentur pro nobis orthodoxi omnes, vt autem B. David ait, ego in flagella paratus sum: Hæc Cyrillus. Non tacebo, q̄ ex Icheda ad clerum Constantinopolitanum ab eadẽ synodo missa compertum est, cuius hæc sunt verba: necamur æstibus, cum edes sint glacies, & penè quotidie aliquis sepelitur, ita vt omnes pueri languentes ad propria remittantur. Scire verò reuerentiã vestra debet, quia licet in tantum mittantur, vt omnes moriamur, non tamen fiet aliud præter hæc, quæ decreta per nos sunt à Saluatore nostro. Non est prætereunda Monachorum, & archimandritarũ per necessariò ecclesiæ tempore fidelissima pietas: nam cum Nestoriani omnes aditus occupassent, & fores occlusissent, ne literæ ab Ephesino missæ Concilio ad Theodosiũ Imperatorem, vel Theodosij Magni nepotem peruenirent, Cyrillus per quẽdam mendicij habitu ad Monachos, qui erant Byzantij, literas dedit, qui literis acceptis aduersariorum dolos Theodosio patefecerũt; sed præcipuè Dalmatius archimandrita præclarus, qui cum in media vrbe montium sibi solitudinem parauisset, neque cella vnquam esset egressus, tamen vbi fidei causam agi vidit, & hereticorum machinamenta cognouit, pedem extulit, & Imperatorem, cui Deiparæ hostis synodi acta omnia tacita esse cupiebant, quasi de graui somno experrectum ad patrocinandum Catholicis incitauit. Itaque princeps auorum fidem

Erat hic Ioannes Antiochenus Episcopus, & erat alter Ioannes sacrarum legationum comes, cui imposuerũt qui Nestorio studebant.
Psal. 34.
Ex codice Antonij Augustini.

fidem sequutus Concilio lætus applausit, & noua
Roma vna voce anathema Nestorio Nestorianis
clamauit.

DE S. RADEGVNDE.

*Ex ei⁹ qua-
dam epist.
apud Gre-
gorium Tu-
ronense. lib.
6. histor.
Franc. c. 2.
& ex Sur.
13. Augusti.*

*Ibid. lib. 6.
c. 40. & ib.
Surius.*

GALLIÆ Regina Radegundis sanctissimæ
Virgini quoddam templum extruebat, et
memor quam hæc breuis vita sit, ad Galliam
Episcopos mirabilem quandam misit epistolam
gans, vt si forte decedere immatura morte cõtingeret
in templo quod Virgini apparat, quamuis inceptum
imperfecto condatur, verba quibus hoc ab Episcopis
Regibus & populo flagitat, quàm grauissima faceret
per fidem in qua baptizati essent, per Ecclesias, quæ
administat, vt in basilica Virginis humetur. eorum
obsecrat, obtestatur: quod si secus aut fecerint, puni-
tauerint, diuinam vltionem minatur; quin & in
gelistæ Ioannis obedientiam proponit, qui Carolum
matrem suam illi commendanti tam diligenter ob-
diuit, vt ne latũ quidem vnguem à Dominici præ-
scriptis mandatisq; discesserit. Visa est diuinare
accidit, nam biennio post eius obitum, Regia
moniales aduersus Agnetem, Radegundis
Abbatissam conspirantes & ex monasterio à Ra-
gunde fundato secum multas, & sacris virginibus
educentes, turbas grauissimas & exemplo pernici-
sissimas concitarunt: huius mali Radegundis re-
fuga, & præscia mortem à Deo petiuit celerem
ibi sepulturam elegit, vbi Virginalia templum
sanctimonialium virtute fulgentium mortua
corpora futuram anastasis expectabant. Reliqua
rum sanctarum Radegundis amatissima fuit, quæ
obrem missa ad Imperatorem legatione, lignis
etissimæ Crucis expetiuit, quod perlibenter aurum
argento vestitum, aliaque insuper sanctorum
pignora decoro ornatu Reginæ Radegundi persequi

tor, orat
tum po
positum
ipsa con
natus sa
rem exce
mator, &
titur Ecc
tiosi præ
cit de eac
dis legato
quid am
citro dor
petate ia
subueni
cauimus.
mauem ci
tertio id f
quam bea
obseruaba
cauda col
intingens
tus Rade
& sæpè ca
ter afficer
omnia ex
accipiunt
hominum
cè amari

PEn
ni
di
triarchæ
mana Eo

tor, oratoresque transmisit. Quod lignum sacrosanctum post multa mali dæmonis impedimenta, repositum est in Pictauesi monasterio, quod Regina ipsa condiderat. Illo ipso tempore Venantius Fortunatus sanctæ Radegundis, quæ se propter Dei amorem excelsa Regina Christi seruam effecerat, castus amator, & sapiens admirator, hymnos illos, quibus vtitur Ecclesia, Vexilla Regis prodeunt, & Pange gloriosi prælium certaminis, foelici vena conscripsit. Fecit de eadem cruce epigramma præclarum. Radegundis legatos ad Imperatorem iterum misit, non vt aliquid amplius exposceret, sed vt de tanto & tam præclaro dono gratias ageret, qui in reditu grauiissima tēpestate iactati, Radegundem illis verbis inuocarunt, subueni seruis tuis, vt ne pereamus, qui tibi obsecrandauius. Ad has voces columba ex alto delabitur, & nauem circumuolitans fluctuantes recreabat, cumq; tertio id faceret, in nomine sanctissimæ Trinitatis, quam beata Radegundis miro cordis sensu diligebat, obseruabat, venerabatur, Benefatus Reginæ famul⁹ à cauda colubæ tres pennas euulsit, quas marinis aquis intingens mare tranquillauit. Quod autem Fortunatus Radegundem virginem castè pureque diligens, & sæpè carminibus celebraret, & munusculis frequenter afficeret, in vuculas maleuolorum incurrit, qui omnia ex se fingunt, & in deteriorem partem semper accipiunt: ergo Fortunatus peruenusto poemate hæc hominum iudicia derisit, & Radegundem impudicè amari non posse demonstrauit.

DE ÆGYPTIIS.

Peruetustum templum est virgini in vrbe omnium amplissima & celeberrima Alcairo conditum, & in potestate manet Alexandrini Patriarchæ, qui se Clemente Octauo pontifice cum Romana Ecclesia coniunxit, quæ Christiani principatus

De hoc ligno S. crucis multa miracula leges in Greg. Tironensi. ibid.

David Gytraus in 2. lib. Hierodote, & in oratione de

accessio Dei amantibus vt optatissima, ita etiam
tissima fuit. Veteribus Ægyptiis templum hoc
magno precio est habitum, eò quod in eadem Æ
gypti parte Virgo mater vna cum infante Christo
tuisse, atque hominis cuiusdam nomine Aphantus
hospitio vsa creditur.

DE S. MACHARIO PATRIARCA
Antiocheno.

CVM sanctus Macharius genere Armenus
Antiochię Syrorum pastor, Hierosolymitarum
regrinatione obita, multas in reditu lega
trionis oras perlustrasset, Cameracum venit, ibi
aliquandiu commoratus, sua sanctitatis signa per
cit. Nam die quadam præcipitante iam sole in eccle
siam Matris & Virginis templum intravit, vt
more in filij matrisque laudibus pernoctaret. Sed
cum ad uesperasceret, templi custos cum conu
iecit, & fores occlusit: Macharius animo tranquillo
sedato editui tulit iniuriam, seque ante ostium
proiecit in preces, diuinasque laudes qua loquens
qua meditando persequitur. Deus ignotum ho
tem illustrare volens, ecclesię portas aperuit, vt
ctus in eodem vestigio persistit, manetque extra
men, ne templi ianitorem hominem & parum
pitalem offendat ingrediens. Ianitor ad preces
nas templum aperturus accedit, patens vt viator
quem peregrinum excluderat, humi stratum
res aspexit horrore concutitur, ac metu prostratus
natur. Die postero res cunctis inclaruit, Deo
bus gratiæ aguntur, viator eiectus ab omnibus
noratur, habeturque pro sancto. Gandauum
venit, magnaue omnium gratulatione recep
non multo post immanissima pestis defecit,
Macharius precibus & votis auerit ab vrbe, & per
tis charitate quamuis exteræ communem

sua mor
liquand
firmarat
nemin
tissima
vt quam
no quies

DE

LEO
liu
vxx
lios duoc
hæc prole
Deique in
conjugi ni
me Virgin
ficentissim
vros colle
dente salu
de templi
vento eni
ablatum i
no post an
os Leopold
viriditate
te Deo æ
beatissim
dicatur. I
ex ipsa h
ab vrbe
Ecclesia. F
bilitate,
num ips
das mu

sua morte redemit. Glande ictus pestifera tandem aliquid quando decessit maximo sui relicto desiderio. Affirmarat moriens sibi, duobusque alijs esse pereundū neminique præterea, nec vana prædictio. Se in sanctissimæ virginis subterranea basilica iussit humari, vt quam mente coluerat, etiam corporis in pacis sōno quiescentis veneretur hospitio.

DE S. LEOPOLDO AVSTRIÆ

Marchione.

L Leopoldus cognomēto Pius, Austriæ reguli filius Agnetem pari sanctitate foeminam duxit uxorem Germaniæ Imperatoris filiā, quæ ei filios duodeviginti peperit. Neque tamen numerosa hæc proles impedimento fuit, quo minus in Deum, Deique inopes liberales essent, & largi. Itaque vtrique coniugi nihil magis cordi fuit, quam ædem beatissimæ Virgini, cuius amantissimi cultores erant, magnificentissimè conderè, & in ea sanctæ vitæ & probatæ viros collocare, quorum precibus Deipara intercedente salutem æternam impetrarent. Ambigentibus de templi locò, sedes est quasi monstrata diuinitus: vento enim Agnetis vxoris flammecolum de capite ablatum in remotum locum deuolauit, quod nono post anno integrum, atque illæsum inter carduos Leopoldus inuenit, cum relaxandi animi gratia viriditatem agrorum perlustraret. Tunc velut iubente Deo ædificatum est templum in ripa Danubij, ac beatissimæ Dei genitrici Mariæ perpetuæ Virgini dedicatur. Erat vtrique coniugi eundi, redeundi que ex ipsa loci vicinitate periuicunda facilitas; nam ab vrbe Vienna octauo lapide noua hæc distabat Ecclesia. Foundationis ipso tempore, viri ex prima nobilitate, qui Leopoldum circumstabant, vt primum ipse lapidem poneret admonebant; Leopoldus munus illud sacerdotum esse affirmauit,

*Franciscus
Petrus in
orat. habi-
ta corā In-
nocentio 13.
calend. No-
uemb. 984.*

quã obrem Otho, loco illius in sacris præfectus, ex industria Leopoldus accersuerat, fundamentum eisdem primùm fœlicitèr prospereque constituit, cum Canonicos, quos sæculares dicimus, aduocasset, illique negligentius se gererent, quam deceret religiosos ex diui Augustini instituto, regulaque veteres, canonicos viros, sanctimonia præditos, & populo gratos prioribus repulsis introduxit. Hoc autem Leopoldi tam cõsiliium, quam collegium tres Episcopi quos ipse consuluit, approbarunt. Sed ut omnia Canonice donata, tributaque essent fortiore viderentur, ab Innocentio secundo Pontifice mandata sunt. Extant illius Pontificis literæ, quibus præclarum hoc factum Leopoldus pleno ore laudatur & à Romano Pontifice, diui Petri filius, honoris causa compellatur.

DE S. GERTRVDE.

*Lib. 3. diuin.
insinuat. c.
20. Contextore
Tilmano Breden-
bachio magna
pietatis
eruditionis-
que Theolo-
go. & Co-
loniensi
Ecclesia Ca-
nonico.*

Solenne Gertrudi fuit, quidquid gratum fieri ad præpotentem illum Deum, quem amantissimumque habebat, sine mora referre, & illi amantissime referre, à quo omnia laudabilia, velut ex fonte fluunt. Quã obrem quotiescunque aliquid vel legi, vel sci videbat in beatissimæ Dei parentis, sanctissimæque gloriæ & laudem eiusmodi, quod mouere potest affectus, statim ipsi Regi Regum, & domini Domini, quem toto animo diligebat, & super omnes amabat, dulcissimè adhærebat, cuius recordatio iucundior, quam cœlitum, & sanctorum dierum celebritate, & laudum præconio ter Ecclesia recoleret. Ergo in feriis Angeli sanctæ Virgini nostræ salutis, & liberationis nuntiantis, cum beatissima Virgo nullo modo potest à concionatore laudaretur, neque de

mo assu-
opere ac-
toris nos-
dis regi-
delissim-
quoddam
gelicam
plena, cit-
fructum
quasi de
diutius n-
tionem in-
simus an-
timeas ch-
qua me d-
appellas, a-
semper v-
que suau-
tum est,
tissimi qu-
me profes-
dentes Vi-
plexi secu-
cordati or-
sime recr-
ad Deum
ne audito
atque ine-
ciumque
D
C
prehens-

mo assumptæ à Christo humanæ carnis, & naturæ opere ac beneficio sermo vllus esset ac mentio, oratoris non quidem pietatem, sed diligentiam Gertrudis requisivit, & rei maximæ obliuionem verbis modestissimis accusauit. Cumque in reditu sacellum quoddam ingressa, ad altare virginis salutationē Angelicam recitasset, verbisque illis, Ave Maria gratia plena, citius decursis ad Iesum benedictum ventris fructum properaret, in usque inhæreret, insisteret, & quasi de pleno fonte dulcedinem hauriens multò diutius moraretur, vereri cepit, ne in Matris indignationem incurreret: timenti, atque hæsitati benignissimus animarum consolator illis verbis occurrit, ne timeas charissima, ea namque vel salutatio, vel laus qua me dulcius, quam meam Matrem amplecteris, appellas, affaris, Deiparæ iucundissima est, quæ me semper vult esse præclarum. Moneo tamen, vt vtraque suauissima tibi res sit, quod enim mihi pergratum est, tibi debet esse iucundum; sunt autem gratissimi quicumque meæ Matris memoriam dulcissimè prosequuntur. Hæc quidem docet historia prudentes Virginis esse cultores, qui Deum mente compleri secundas Mariæ tribuunt, diuinæque Matris recordatione, quæ talem nobis filium peperit, suauissimè recreantur. Talis amor à Deo egressus refertur ad Deum, eosque, qui Virginem amant, quæ verò Mariæ audito nomine, in hominum sensibus innascitur, atque inest iucunditas, Dei ingens donum est, beneficiumque præclarum.

DE S. MARTINO PAPA ET

Martyre.

CVM Constans imperator hæreticus Theodorum Exarchum Romam misisset, vt Martinum Pontificem in fide constantem captum & comprehensum Byzantium perduceret, illeque & huic

*Surius de
vitis Sanct.
Nouemb.*

Theodoro, cui cognomē Caliopas & alteri Theodoro, qui erat Exarcho comes datus, obuiam prodire ab vniuerso clero Pontificem circumuallante sic acclamatum: anathema sit, quicumque vel dixerit vel crediderit dominum nostrum Apostolicum Pontificem Martinum vel vnum apicem de recta & orthodoxa fide aut vnquam mutasse, aut aliquando mutaturum: ipseque sanctissimus Pontifex occurrenti sibi calumnias coram fidelium multitudine in hoc modum constantissima assueuatione iuratus occurrentibus, inquit, orationibus vestris, ac munusculum fidelium Christianorum viuens & mori salutis nostræ fidem defendam, quemadmodum beatus Paulus Apostolus docet, mihi viuere, Christus est, & mori lucrum. Quod verò ad nouas & falsas hæreticorum accusationes pertinet, quam hominibus poterunt veritatem loqui, qui Dei veritatem scunt? Testor enim eum, qui iudicaturus est mundum hunc per ignem, qui & reddet unicuique secundum opus suum, me nunquam ad Saracenos aut teras; nec eum, quem dicunt tomum, nec pecunia transmisisse, exceptis illis nummis, quos quibusdam Dei seruis illis legantibus elemosynæ nomine transmisissos à me esse confiteor. Porro de Domina nostra gloriosa semperque virgine Maria, quæ Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum peperit, quæ omnes sancti & Catholici partes Theotocoi, quæ Dei genitricem appellant, falso contra me, & contra suas ipsorum animas iniqui vti testantur sunt. Nam quis beatam super omnem creaturam naturam humanam absque eo, qui natus est ex ea venerabilem semperque Virginem Matrem Domini nostri non honorat, anathema sit, & in præteritum in futuro. Hæc ita Martinus, qui Constantino quo eum Theodori traxit impia crudelitas, innumerabilia pertulit ludibria, tormenta, maledicta, & vniuersa

resarcha
nator: M
iuriosè et
inuisen
num tā
cere sinat
bilis, qu
tra morte
mendaci
Romæ n
cum Der
ctus deri
Pyhus
voba hor
charitate
panem m
suevit. Q
de Episc
rum, vel
ta vanita
sō, sed in
tum ad eu
ba quant
Martinus
vnquam
tanæ alle
Lycia, in
pamā, &
petuæ V
sacro sep
dus illa
gavit, na
rat, qua
gine su
nore au
piscopo

refaracha Paulus erroris inuentor, & scelerum machinator: Martinum miseratus sit, eumque doluerit, iniurio esse tractatum. Itaque moriens Constanti se iniuenti autor fuit pungente conscientia, vbi Martinum tam multa tamque intoleranda perpeffum quiescere sinat in posterum. Sed Martino nihil erat optabilius, quam pro Christo, proque vera in fide sententia mortem oppetere. Idem Martinus Pyrrhi cuiusdam mendacium & verbis, & testibus confutauit, qui se Romæ male acceptum, multatumque finisset. Nā cum Demosthenes, apud quem ipse Martinus victus detinebatur, percontatus esset, qualem panem Pyrrhus Episcopus Romæ comedisset, Martinus illa verba hominis esse dixit Romanorum erga hospites diuitiam ignorantis, quæ ciuitas cuique aduenæ panem mundissimum, & diuersa vina præbere consuevit. Quod si illa priuatis dantur hominibus, quid de Episcopo iudicandum erit urbem vel negotiorum, vel religionis causa iniuente? sic Pyrrhi conuicta vanitas est; hæreticos enim non in religione modo, sed in omni etiam re mentiri delectat. Iam illa Martini ad eundem Demosthenem carceris custodē verba quantum habent dignitatem? in manibus vestris Martinus est, membratim, si ita libet, incidite, nulla vnquam tormenta perficient, vt Constantinopolitanae assentiar Ecclesiae. Missus deinde Chersonæsum Lycæ, in illo laborioso exilio ad cælestem migravit patriam, & in magnifico gentis illius cœnobio ad perpetuæ Virginis laudem extructo, ac Deiparæ nomini sacro sepultus miraculis claruit. Stabat quidem synodus illa Romana, quam hic idem Martinus congregauit, nam cum illa hæresis, quæ Orientem infeccerat, quæque Christum veram carnem ex Maria virgine sumpsisse negabat, Occidentalibus regnis putiore auro fruuentibus Paulo Constantinopolitano Episcopo, & Cyro Alexandrino Patriarcha ducibus

Lege histor.

Eccles. &

Fridegodū

Diaconum

in vita S.

Audani

Rotomagē-

sis Episc.

ac molitoribus immineret, eaque de re ab eodē Pa-
lo & cæteris infandi erroris architectis agente Impe-
ratore Constantio hoc nomine tertio, quem alij Co-
stantem appellant, Heraclij nepote ad sanctam
Romanæ Ecclesiæ Pontificem Martinum huiusno-
minis primura mitterentur cum litteris nuntiis,
nefarium dogma reciperent, responsum illo dig-
loco remisit, sibi que nouatores vel potentia, vel mu-
titudine fautorum numeroque fidentes negauit ob-
stanti: minas se & blandimenta contemnere, & per
Apostolica doctrina ac fide Catholica nullum mori
genus recusaturum. Itaque de exterminanda illa pe-
ste serio ac sedulo laborauit, & ex Gallia cui Clo-
uæus Dagoberti Regis verè Christiani filius impere-
bat, optimos quosque euocauit ad pugnam con-
hæreticis committendam. Denique Romæ con-
cilium coegit ceterum & quinque Episcoporum, in quo
Cyrum Alexandrinum, Paulum Constantinopoli-
titanum Patriarcham, Sergium quoque & quem
ximus Pyrrhum condemnauit. Etenim in illam
dem de religione mentiri non cadit, multoque
nus maiestatem beatissimæ Virginis & Dei ma-
eleuare, minuere, vlla ex parte contrahere.

DE SANCTO ETHELWOLDO
Episcopo.

Ex hist. V-
uost. sui mo-
nachi. V. 117.
Honenssis.

Etheluuoldus Dei matris deuotus obsequi-
cum Gedouinum comitem ad suam sancti-
tiam, & rectam voluntatem non posset ab-
tere, ab illius obsequio recessit iratus, perque
cti ssimum Mariæ nomen, comitis pertinaciam
haud impunitam fore iurauit. Ventris tormina
illo ipso tempore sine intermissione Gedouinus
passus, sed pertinacia posita, placatoque & precato
Episcopo ad priorem & mentis & corporis rediit
nitatem.

DE S. ODILONE ABBATE

Cluniacensi.

Odiloni tanta in Virginem & pietas erat, & charitas, vt suos æquales facilè vinceret. In choro psallentium, vbi ad illud ex laudibus matutinis ventum esset alterna modulatione carmè & canticum: Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum, sese prosternebat in terram, vt illo ipso corporis ostenderet habitum, qualis erga Virginem animus esset.

DE S. AMATO PRESBYTERO, ET

Abbate monasterij Romarici.

Virtutes omnes cuius Gratinopolitanus & genere clarus Amat⁹ adamavit; à pecunijs raro quodã & inusitato genere cõtemptionis abstinuit. Asperitatem corporis vehementer amplexus suieruciandi finem nullum faciebat. Sacrarum virginum monasterium instituit, vbi diuinæ laudes sine intermissione canerentur. Sacras enim virgines, quarum ingètem numerum aggregarat, ita distribuit vt duodenis duodenę succederent, & diuina cantica cõtinuarent. Moriturus Magni Leonis Papæ auream illam epistolam ad S. Flavianum missam, quæ norma regulæque fuit Chalcedonis magni concilij, vbi doctrina fidei mirabiliter explanatur, legi sibi iussit à fratribus, qua perlecta, sic inquit, credo, ita profiteor, similiter sentio. Erat veneni Nestoriani salubre quoddam, & maximè præsens antidotum, & cum summa esset humilitate modestiaque præditus, in ipso aditu basilicæ Dei matris sibi sepulcrum imperat aperiri, indignum se aestimans, qui intra Dei genitricis templum conderetur. Peccata confessus est publicè, inscribi que in sepulcro epitaphium iussit, quod ipse confecerat, eo que ingredientes in templum, orabat, vti se Deo commendarent ad poenarum leuationem, & quod

Petrus Damian. Cardinalis & Episcopus Ostiensis in eius vita.

Surius de vitis sanct. Septemb.

sperabat, condonationem impetrandam, quam se ipse in dignitate consequi non meruisset. Mortuus monachi in vestibulo templi, ut præscripserat, sepeliunt, anni tamen euoluto spacio cuidam ex fratribus diuinitus reuelatum est, ut A mari corpus sanctæ Dei matris templi ianuam honorificè poneretur. cendere enim superiùs debuit, qui præ modesta animi submissione locum infimum elegisset.

DE IACOBO ALEMANO.

Ioan. Antonius Flaminus de rebus S. Dominici.

Et Leander Albertus de illustribus predicato-ribus.

Ibidem.

DEI matrem omni laude maiorem Iacobus cognomine Alemanus, præcipua est religione veneratus. Absoluto cum fratribus doctorum cantus officijque penso, in secretum templi secretum locum orationi, meditationi; vacabat. Contemplationes precesque suas hymno illo claudens gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, lucet mihi hodie, cum patre & sancto spiritu, in sempiterna secula, Amen. & ad gloriosam virginem cœlesti oratione sic loquebatur; Ave Regina cœlorum salutem meam, & omnium fidelium, deinde sanctis omnibus inuocatis, templi aras omnes obibat, in singulis orabat, precandi initiū à Deipara Virgine sumens. Christi autem, acerbissima tormenta quotidie commemorans relegebat, & in memoriam redigebat, ut in ara crucis beneficia conseruator noster Iesus Christus in genus humanū contulisset. Mira in obedientia Iacobi alacritas fuit, inusitataque celeritas, cuius rebus Flaminus illustre narrat exemplum. Venerat in cœnobium Dominicanorum magnus quidam Antistes, monasterij Præfectus Michael Hollandinus domum fabricam vniuersam, atque operis dignitatem honoris grati; hospitis significatione monstrabat; cum per vniuersas cœnobij ambulationes Episcopum officiosè perduceret, in Iacobum fortè incidit, qui conspicatus sese cœuertit ad præfulem, eique lectus videbatur inquit.

inqu
non f
nitus
est, c
forte
Præf
bone
Parisi
quan
pedib
laris,
ceret
culum
ciendi
luntat
cili su
quam

D
E
noren
ne pet
xandr
inuita
poner
alca fe
eti S
plexu
ls au
men
bus
uertit

V

inquit, monachum occurrentem? videt Episcopus, si non forte animaduernerat, & consultò cernit admonitus: quid ergò Pontifex ait, magna viri integritas est, optimè præsul, obedientiaque mirabilis, cuius nisi forte grauaris, faciam, ipse periculum: Annuente Præsule, Iacobum præfectus accersit, ad quem ita: bone frater, opus est vt te quamprimum Lutetiam Parisiorum conferas, ac literas maximis de rebus quanta maxima possis festinatione perferas, eratque pedibus terenda longà via, ad hæc Iacobus valdè hilaris, præstò sum pater; vnumque illud rogauit, liceretne ad cubiculum regredi, & galerum inde baculumque desumere ad iter illud quamprimum faciendum. Ad hanc promptam in te tam difficili voluntatem Præsul obstupuit, neque tam illius domicilij sumptuosum ædificium, & visendam speciem, quam Monachi illius virtutem admiratur.

DE ALEXANDRO ALENSI.

EVM Mariæ Dei matris nomini, qui Thomæ Aquinatis præceptor, & suæ tēpestatis Theologorum princeps fuit, Alexander Alēsis, honorem habuit, nihil vt denegaret quod Mariæ nomine peteretur. Ergo cuidam Monacho Frācisçano Alexandrum ad diui Francisci sequendum, vexillum inuitanti, ac Deiparæ nomen sanctissimum interponenti (morem enim Alexandri agnouerat) cessit alicæ scilicet. Paruit enim Alexander Alensis, & sancti Seraphicique Francisci institutum, libenter amplexus Minorum familiæ ornamento maximo fuit. Is autem qui per Mariæ Virginis sacrosanctum nomen rem tantam ab Alexandro contenderat, duobus Dominicanis idem prorsus molientibus anteuertit.

*S. Antonius
3. part. tit.
24. cap. 8.
fragmēto 1.*

DE ALEXANDRO III.

VENETIAS cum Romanæ Ecclesiæ dignissimus Præsul Alexādet hoc nomine tertius appulisset,

*Carolus Si-
gonius lib.
14. de regno
Italia.*

pullisset, diuertit ad monachos sancti Nicolai postea
 die, Sebastiano ziano Duce, Henrico Patriarcha Gra-
 densi, & senatu ipso cum tota in omnem magnificen-
 tiam effusa ciuitate occurrentibus exceptus, inq; vbi
 ac Riualtum ad ædes Patriarchæ ea tempestate Ve-
 netias incolentis deductus est. Prima inde, quæ re-
 minebat quadragesimæ Dominica rem diuinam in
 basilica Sancti Marci peregit, ac sacram concionem
 Ducem & senatum astantem habuit. Quarta vesperis
 Rosam de more sacrasset, præsentem eam Duci dona-
 uit in Paschate, quod celebratum est tertio nonas Ap-
 rilis, omnibus qui eo die ædem Sanctæ Mariæ cle-
 ritatis visissent, benignam in perpetuum humanita-
 noxarum remissionem indulgit. Hæc ferè ex Signa-
 quæ declarent Pontificem Alexandrum Mariæ Vir-
 ginis eximium fuisse cultorem, cuius Ecclesiam suc-
 cessu indulgentiarum honestauit. Idem rebus Eru-
 siæ constituendis intentus Beneuenti ordinem fratrum
 cruciferorum Sanctæ Mariæ formauit, qui xenodo-
 chiorum curam maximo sibi studio pietatis adu-
 rant, ac magnam ob id apud homines gratiam
 pepererant.

Anni 1177.

DE QUADAM DOMINA
 perillustri.

Franciscus
 Bencius in
 Annal. So-
 cietat. 1589.
 de rebus
 collegij Fo-
 roliniensis
 ijsdē verbis.

DVx Brunsvicensis lectissima scemina
 sanctam Deiparæ domum, quæ Laurenti
 religiosissime colitur, inuisisset, in hanc vrbem
 flexit, honorificeque ab Antistite & tota ciuitate
 cepta est: venit in nostrum templum, vbi eius
 facellum maximum extruitur, & magnopere
 est, quod illud videret penè absolutum. Tempore
 altare eo die ereximus, ornauiusque, vbi col-
 tum simulacrum beatissimæ Virginis, quod olim
 ipsa miserat dono. Etsi eodem die eius liberalitas
 illuxit, non solum, quòd trecentos aureos reliquit

sed m
 liquijs
 ram E
 bus,
 hæreti
 tare tel
 vii pri

F
 nis ne
 proind
 in nost
 sui app
 frequen
 neratio
 vera, qu
 mus, v
 camus,
 litteris
 tur.

L
 S
 E
 g
 butis
 struunt
 nunt
 sermo
 piunt
 nificè
 pietur
 raugu
 que h

sed multò magis, quòd donauit capsulam plenā reliquijs sanctorum, serico argentoque inter textam coram Episcopo, prætorè vrbis, cunctisque magistratibus, testata eas reliquias abstulisse à ditione sua, ne in hereticorum manus peruenirent. Voluit eius rei extare testimoniū suo chirographo, cui etiam aliquot viri primarij ipsius rogatu subscripsere.

DE QVADAM MATRONA.

Francisca Maniona fundatrix collegij mortua est. Ea cum sibi finem vitæ adesse intelligeret, testamento cauit, vt annuus honor fundationis nemini mortalium haberetur, sed Dei genitrici; proinde offerretur cereus ipsius imagini; quæ colitur in nostro templo, quod cum fieri ceptum esset illius apparatu in ferijs beatorum Petri & Paūli, auxit frequentis vrbis lætitiā, & sanctissimæ Virginis venerationem. Hæc ita Bencius Italus, quæ quam sint vera, qui collegium Medinense incolimus, testes sumus, vt vel ex hoc Bencio & Orlandino credere distamus, qui ex longinquo res ita scribunt, vt non ex litteris missis accepisse, sed oculis spectauisse videantur.

DE QVODAM VIRO NOBILI.

Sedes sancti Iacobi Limensi collegio adnexa, multiplex Societatis munus vtroque anno egregie tutata est: puella, pueri, mulieres, viri distributis temporibus ad doctrinam Christianam instituantur. Dominicis diebus sub vesperum conueniunt plurimi, præcipue è sodalitijs, qui post auditū sermonem de rebus pijs, sese flagellis acerrimè excipiunt. Templum porò ipsum amplum est, & magnifice institutum, cui additum sacellum pulcherrimè pictum, dicatum nomini beatæ Virginis, quæ Cæsaraugustæ in Aragonia colitur, supra columnam, atque hoc ipsum postridie Kalēdas Februarias summa omnium

Ibidem de rebus collegij Medinensis.

In nostra Societate fundatori candelam quotannis offertur grati animi signum, eo mortuo candelam datur fundatoris heredibus.

quos patronos appellamus.

At Franciscæ collegij fundatrix patronam Dei genitricem esse voluit, ideoque ei est offerenda candelam.

omnium gratulatione. Statim à concione inuenitur
est vir nobilis Arragoniensis, qui aureos centenas
quotannis facello assignauit.

DE CVLTV VIRGINIS IN SOLIS
Orientis India.

*Idem Ben-
cius de hi-
storin colle-
gij Raucol-
lami.*

PROFERENDÆ in hac plaga Christianæ re-
ligionis, secundum Deū author ea, quæ in
uerso orbe in:crimendæ omnis hæreseos Ma-
ria virgo, quod indicant eius nomini ferè omnia co-
secrata, & quæ indies statuuntur vbiq; templa. De
S. Maria ad niues in Racholano cognitum est. In
Cincini extruitur ædes nascēti Deiparæ sacra. Man-
dæ altera. Margani quamquam S. spiritui dicatum est
templum, in eo tamen templo pulcherrima est ora,
& tabula Virginis cōceptæ. Sed celebre præter cetera
eiusdē Dei Genitricis religione templum miraculū
(de loco nihil appositum) ad quod adiacentibus
omnibus plagis, ipsa etiam ex Goa diebus fabrica
plurima frequentia est, sic tamen, vt quoniam ad
ædificatur, suum quisq; lapidē, è numero licet Bras-
manum, capite aut humeris ferant. Fit sacrum, con-
cinuntur litanie Dei parentis, exponitur miraculū.
Secundum hæc accidit aliquando, vt eodem die
moto admodū recessu decem millia saxorū compo-
tarentur, & erant nonnulli ethnici inter Christianos
immixti. Mirum qua sacram ædem oēs venerant
prosequantur. Ægroti, egentes, ærumnosi huc
sua conferunt, huc peccatores alligant, hic propitium
habituos diuinū numen arbitrantur: ita quamplu-
rimos videas cū intersunt rei diuinæ candelam
censam manu gestantes. Et euenit quiddam inter illos
quod erit pretium meminisse. Vir tenuis, vniuersi
multis haud dudum Christianus (sesqui annus est)
præpotētem hominē grandis pecuniæ, gemmarū
que non parui pretij debitorē habebat; nec agere po-
tuit

terat
quide
batur.
homi
ces, e
aliquo
fidem
non ex
LIBE

D
quæ R
corpus
locus co
mundi
natura
nascitur
vitam t
re tam
possunt
ratione
bus pri
mores
minibe
sequunt
largit
mortal
debant
iteratā
Virgin
stor et
memē
quere.

terat ex syngrapha, quæ nulla erat: ac ne producere quidem testes, & cum appellaret, fortassè non audiebatur. Igitur statuit Dei genitricis auxilio uti, ab ope hominû destitutorum patronæ, ad eam cõuertit preces, eiq; commendat causam suã. Nec spes fefellit: aliquot post diebus is, quid debebat spontè accersito fidem suam exoluit, neque hic immemor beneficij non exiguam eleemosynam Dominæ dedit.

LIBER TERTIVS, QVI EST DE MARIA Matris Domini beneficentia in corporis rebus.

DE Virginis memorando cultu, religiosaq; Deiparæ obseruantia, quædam selecta diximus distincta capitib⁹, nûc ad ea veniamus, quæ Reginæ cœlestis beneficentiam in ijs, quæ ad corpus pertinent, testificantur, & monstrant, qui locus commemorationem iucundissimam habet, & mundi plausum vniuersi: nos enim nostri amantes natare genuit, atq; huius vitæ percipidos. Vnde illa nascitur beneficiorum grata memoria, quibus hanc vitam tuemur, & corpus cõseruamus. Quo in genere tam multa sunt, quæ de beatissima Deipara dici possunt, mandariq; literis, vt delectu opus sit, moderationeque nõ parua. Non equidem inficior in duobus primis libris, quorum alter Virginis vitam, & mores cœlo ipso puriores; alter eiusdẽ virginis ab hominibus & Angelis cultum pro nostro est captu persequutus, multa nos de Virginis beneficentissima largitate tractasse, quæ cum ipso cultu, morigeroque mortalium erga Deiparam obsequio implicita esse videbantur, quæ replicare consilij non est, ne pariant iterata fastidium: nouus hic liber noua narrabit, & Virginis venerationem augere conabitur. Hanc lector etiam partem attende, & liberalissimæ parentis memoriam religiosis affectibus, effectisque proficere.

392 DE HISTORIA VIRGINALI
DE CONCEPTIONE PER VIRG
neu, ortuq, multorum.

CAPVT I

De sancto Stephano Constantinopolitano De
Martyre in Christo.

Zonaras in
Copronymo
Nicephorus
L. 2. 2. verum
Rom. & re-
peritur in
scriptis S.
Ioannis
Damasce.

Bonorum, quibus in vita fruimur, fons est
ascendi principium, quod habent à Virgini-
tra permulti, quorum ducem esse volumus
Stephanum illum minorem, qui martyrium
est tempore Constantini Copronymi, propter
etarum imaginum honorem, & cultum. Hic
vera est & grauis, vertit è Græco in Latinum Ser-
nem Iacobus Billius Prunæus Sancti Michaelis
remo Abbas doctissimus. Habetur inter scripta
cti Ioannis Damasceni copiosiora, post tres de
nibus orationes, nec dubito quin aliquis, Damasce-
non dissimilis hæc ipsa conscripserit.

Sanctus Stephanus Constantinopolitanus
Anastasijs pestiferi imperatoris natus est tempore
alio nomine dicebatur Artemius. Poterit Stephanus
rentes pij fuerunt, ac religiosi, benignique miseris
Diuina iisdem templa crebro visebant, donec
muneribus sine intermissione cumulabant. Nam
duarum parentes erant filiarum, tamen quod
prole carerent, fecunditatem illam orbitatis
esse arbitrabantur. Quare ab immortali Deo,
que omnium largitore poscebant, vt marem
aliquando procrearent, idque tum potissimum
ciebant, cum in Blachernio Deiparæ templo
tur. Cum autem illo Augustissimo die, qui
Christo sacer est, peruigilium inibi de more
rent, Anna inclyti Samuelis antiquæ illi parenti-
mine votoque persimilis, cum vt scripturæ
tar, Deum flens largiter orauisset, & coram Deo
preces multiplicasset, & cum Dei genitricis

ne, in qua tamen venerabatur, agnoscebatque Deiparam, tanquam cum viua disseruisset, seque si quod optabat, consequeretur, quem peperisset, Iesu Christo ipsius filio deuoturam promississet, sub precandi finem somno abrepta matronam incredibili quadam forma fulgoreque præditam cernit, quæ ipsius pedem vellicans, abi, inquit, in pace muliercula, erit tibi in vtero filius, quemadmodum postulasti: hæc vbi est loquuta, discessit. Anna surgit admirans & eorum memor quæ audierat, intima voluptate perfunditur. Edito tandem in lucem partu, veluti quodam pacti promissique præludio, ad Blachernense templum cum marito profecta, filium ei, quem acceperat, obtulit, capere, inquit, Dei mater, hunc charissimum filium, quem tuo beneficio concepi, peperique nono post mense. Accipe quem tibi, & vni genæ filio tuo vel ante ipsa conceptione dedicaui. Hæc cum dixisset, contingensque manu prehendisset, digito in Virginis imagine intento hæc ait: vir suauissime vt desideratum nostrum Stephanum parerem præstitit, vt mascula nobis proles esset, hæc ipsa perfecit; huic ergo postulantem meum credens, atque committens voti composuisti. Agnoscebat Deiparæ donum ipsius imaginem venerata. Igitur gratijs beneficentissimæ Dei nostri parenti habitis, actisque domum redierunt. Puer autem, vbi primum ad eam peruenit etatem (liber explicare historiam, vt Virginis qualia sint dona noscimus; quæ studiorum capax esset, deductus est ad ludum magistrorum, apud quos quantum profecerit, res facile declarauit; nam ad egregiam naturam librorum & diligentia quasi pennas adiungebat, & ad doctrinae perceptionem duplicis alicubi subsidio celerissime conuolabat, ac velut generosus equus per planitiem cursu intractatissimo ferebatur. Illud quidem sedulo agebat, vt non modo literas, sed virtutem etiam sibi vno & eodem tempore compararet: illis mentem vt excole-

ret, hac mores & vitam ornaret. In factis edibus, dum
 scriptura legebatur, rectus stabat, totusq; eorum quae
 dicebantur, auditione defixus haerebat. D. Cyprio-
 stomi libros studiosissimè lectitabat, cuius amore
 credibili tenebatur. Hac igitur ratione mores suos
 conformauit, ut os à iureiurando purum seruaret,
 anem sermonē neq; ipse proferret, neq; alijs exci-
 pateretur: à suspicionibus, & earū filijs detractio-
 ne, maledictioneq; vehementer abhorruit, delicia-
 diuitias, falsam gloriam iactationem fortissimè
 stantissimeque reiecit, atq; ita se in omnibus gessit.
 Virginis donum, mirabileque munus possent
 noscere. Cū aut ferocissimi Leonis Isaurici imp-
 tyrannis omnia perturbaret, Stephaniq; patres pu-
 missi memores filium adolescentem in Byzantini
 monasterijs Deo militare, haud quaquam vile esse
 dicarent, ad Auxentianū montem præclarum mon-
 sticæ vitæ Gymnasium filium deferre statuerunt.
 detonsus, ac Christo, & eius matri ex sponsione
 uotus magno esse cœpit exemplo, atq; omni-
 batisq; præcipuè viri sanctissimi virtutes imitatus.
 Eo mortuo Abbas est creatus noster Stephanus
 munus sanctissimè gessit, multosq; celebres discipu-
 los educauit. Leoni mortuo ad inferosq; detruso
 Copronymus longè peior, immaniorq; successit,
 & sacras imagines ex templis ac vasis sacris erant
 monachis nefarium bellum indixit. Hoc tempore
 Stephanū se cōferebant multi fideles, ut cōsolarentur
 in tantis malis inuenirēt. Nam insigne illud
 nis templū Deiparæ impius Copronymus sacras
 cturis, imaginibusque priuauit. Erat in hac ac-
 gnifica eximio præclaroque artificio depicta Christi
 natiuitas, & venerandorum mysteriorum
 miracula, descensus ad inferos, & gloriosa Sermo
 Anastasis inexplicabili expressa decore fulgentis
 Quibus omnibus horrendum in modū abrat

*Hoc faci-
 nus imagi-
 num tollē-
 darum, alij
 Theophilo
 assignant.*

deletis
 formas
 impera
 suam
 hūm
 Legatu
 phano
 mis ver
 quenda
 prodic
 ruptus
 sanctiss
 famoso
 nam exe
 uere, Syr
 sui maief
 que cū
 tamque
 priuaber
 que scie
 ancillar
 tum auli
 uerfus ho
 ecar, per
 duetur,
 lūne con
 stans & f
 sum inel
 ta ut me
 cecedit, S
 archis
 conuicte
 desertissi
 lancam
 ze temp
 nuu rep

deletis, pestis illa ac furia arborū figuras, atq; auium formas priorum loco substituit. Et cum turpissimus imperator cum Patriarcha sui simili Stephanum in suam sententiam pertrahere conaretur, eum per Callistum impium & nefarium hominem sollicitauit. Legatus vel leno potius operam in deliniendo Stephano perdidit, cui Cæsaris nomine dona blandissimis verbis obtulerat. Offensus ea repulsa Callistus, quendam ex Stephani discipulis nomine Sergium ad prodicionem sui præceptoris allexit, qui pecunijs corruptus Aulicalamo improbissimo homine socio, sanctissimi Stephani mores, vitamque edito libello famoso profcindit. Stephanum imperatoris memoriam execrari, eum hæreticum dicere, ac Dicis deuote, Syrium, ac Vitellium appellare, aduersus Regis sui maiestatem nouas artes, consiliaque moliri, denique cum quadam scœmina, cui Anna fuit nomen, eamque Stephanus ipse sanctimonialem fecerat, stupri habere consuetudinē, ad hoc tā impudens, tamque sceleratum mendacium corroborandum, Annæ ancillulam pecunia corrumpunt, eiq; tum libertatē, tum aulici cuiusdā nobile connubiū polliciti, vt aduersus heram sanctumque Stephanum consentanea dicat, persuadent. Ergò ad Imperatorem captiua perducitur, sed coram eo obiectum stupri crimen facilem confutauit, & Stephano miræ sanctitatis constantis & fidele testimonium dedit, quæ in tenebrosam inclusa carcerem, ac verberibus acerrimè cruciata vt mentiatur, adduci non potest. Vbi hæc ars irrita cecidit, Stephanum Copronymus cum multis hereticis committi iubet, quos omnes disputando conuicit: quare in Hellespontum relegatur, vbi cum desertissima quæque insulæ loca peragrasset, in speculam deuenit, in qua Christi IESV auix diuæ Auzæ templum inuenit. Hunc locum non sine diuinitu repperisse se ratus, in eo domicilium collocauit.

Et herbarum inibi nascentium radicibus vitam
 bat. Per idem tempus discipuli ab Auxentiano
 te repulsi, suum pastorem præceptoremque indige-
 tes, cum in Proconesum Helleponti insulam ven-
 sent, felici sorte, quem querebant, inveniunt. At
 suo se patre, duobus duntaxat fugitiuis exceptis
 cidè & amicè coniungunt. Quin & mater Step-
 eodem cum filia confugit, & monasticū ibidem
 stitutum amplexa, secundo filij Stephani exu-
 socia filia Theodora migrat è vita. Innumerati
 sunt, quæ supra naturæ vires diuina agente virtute
 illo Hellepontiaco secessu patrauit Stephanus,
 quibus illud taceri non patiar, quod ad hanc
 nalem historiam maximè facit. Quidam miles
 mine Stephanus genere Armenus, qui dimidi-
 parte contabuerat, & præ morbi grauitate totam
 terram inclinabat, miraculorum Stephani factis
 motus ad eum venit, ad pedesque Abbatis
 ea postulauit, quæ accipere vehementer optabat.
 phanus fidei plenus & charitatis, cum eiusque
 bat, Christi & Deiparæ imaginū adoratione, & Ch-
 stianam reuerentiam imperasset, idque Stephanus
 ger effecisset, eum sanum prorsus & valentem
 dit. Cum ad castra redeuntem Stephanū ad
 miliones, qua ratione conualuisset, interroga-
 ille à monacho Stephano Proconesi incolæ dicit
 gines, vnam Christi, alterā Deiparæ venerari
 statim vt obediuit, se valuisse responder: his
 impij cōsceleratique socij manibus horrore
 sis, vae tibi exclamant, qui in idololatriam in-
 taque rem deferunt ad Thraciæ præfectum,
 bita quæstione ad Imperatorem magni loco
 ris ex morbo sano mittit Stephanum. Copro-
 mus miraculo sanitatis parum attentè animam
 militem rogat, num colat imagines? idola se
 respondentem, & Christicolarum aduersus

imagi
 mante
 ingrat
 remu
 defeto
 ratoris
 subitò
 ruina co
 dere det
 scelerati
 eto ira e
 bet add
 tatus sibi
 toris trib
 num mu
 eum tyra
 muncion
 terræ filio
 imagin
 grauer
 colligit
 deinde C
 grauisim
 non secu
 gem pe
 pedibus
 culcet C
 pellant
 de præ
 in eucll
 ille infec
 nam in
 Copron
 impera
 mus: refe
 bus te

imagines religionem hoc conuitio hæretico de-
 formantem, centurionem creat, impietatēq; hominis &
 ingratiſſimi, & inconstantiſſimi militari illo honore
 remunerat. Vtrix tamen Dei iuſtitia ab iniquiſſimo
 defertore pœnas illico repetiuit: dum enim ab impe-
 ratoris aula reuerſus in equum parat aſcendere, ille
 ſubito exiliens nefariū apoſtatam ad terram afflictu
 ruina contriuit, neque antè calcibus ac pedibus tun-
 dere deſtitit, quam ingratham, perfidioſamq; animā
 ſceleratiſſimus tranſfuga vomuit. Tyrannus hoc fa-
 ctio ira excandēſcens Stephanum ad ſe Proconſulo iu-
 bet adduci, illud iterans, quòd ne exilio quidem mul-
 tatus ſibi temperaret. At Stephanus cùm ad impera-
 toris tribunal raperetur, à pio quodam & Catholico
 nummum petijt, & in cucullum furtim incluſit. Vt
 cum tyrannus vidit, exclamare cœpit ſe ab vno ho-
 minione contemni, imperatoriam maiestatem à
 terre ſilio derideri. Stephanus attentione captata de
 imaginum ſacrarum veneratione cum imperatore
 granter ſapienterq; diſceptat, ſacræ ſcripturæ loca
 colligit, patrum teſtimonia, & Eccleſiæ citat cõcilia;
 deinde Copronymi & inſipientiam, & impietatem
 grauiſſima oratione cruentat, qui Chriſti imaginem
 non ſecus atque Apollinis ſtatuam, & Deiparæ effi-
 giem perinde, atque Dianæ ſimulacrum & voce &
 pedibus violaſſet. Negante imperatore ab eo, qui cõ-
 culceat Chriſti imaginem, Chriſtum ipſum continuò
 peſſundari, Stephanus illorum more, qui bellica lau-
 de præſtant, aduerſarium proprio telo ferire ſtatuit, &
 in cucullum porrecta manu nummoq;e, cui impius
 ille inſculptus erat, extracto, Chriſti verbis vſus, cuius
 nam inquit, hæc eſt imago, & ſuperſcriptio? mirante
 Copronymo & reſpondente, quemnam alium quã
 imperatorem figura iſta reſert? *Matth. 22.*
 Quid iſtat Step-
 hanus reſerat, ſi quiſpiam eam in terram proiectam pe-
 dibus terat, pœnas ne aliquas luat? quid ni, dixerunt

qui astabant, cum imperatoriam proculceret effigiem.
 Hic vir sanctus grauem quandam ex imo pedis
 gemitum trahens, & magno animi dolore commo-
 tus, o immanem cecitatem exclamat, si pro matris
 imperatoris effigie grauissimas poenas itroga-
 se ducitis, quas tandem eum subituro patris
 filij Dei ac matris ipsius calcarit effigiem, igno-
 dere non dubitauerit? Hæc vbi dixit, numera-
 lum pede & calce pessum dedit, atque idem
 conculcauit. Attamen qui aderant imperatoris
 tim amici, partim administri, ferarum more
 dentes Stephanum in mare vicinum deiecerunt
 bantur, quos imperator simulata patientia collo-
 Stephanumque ligato collo, & reuinctis pollicibus
 manibus, ad publicum Prætorij Carcerem tran-
 uisit, vt propter violatam Cæsaris effigiem pœna
 ret à lege constitutas.

In carcere Stephanus, vbi vsque ad necem
 dixerat se esse mansurum, monachos trecentos
 draginta duos inuenit, quorum alij prætorij
 alij excætas aures, quidam auulsos oculos, non
 truncatas manus habebant, quod scripta per
 imaginibus edidissent. Itaque ex Prætorio man-
 factum esse videbatur. Hoc tempore Catholici
 lier, & benè in sacras imagines animata, tres
 picturas ostendit, vnam Dei Genitricis, vnam
 amplexantis; duas Petri & Pauli Apostolorum,
 cum religiosè suspexisset, atque adorasset, Sep-
 dedit: accipe, inquiens, vt hinc tibi mei, id est
 ris peccatis obstructæ memoria refricetur. Quod
 singulis & Sabbathis & Dominicis, panis vinctus
 & aquam, quæ ter potanti sufficeret, Step-
 dem mulier afferebat: hæc enim cibi potus
 mensio Dei famulo Stephano fuit vnaquaque
 made per nouem menses, & dies aliquot, et
 menses vndecim exegit in vinculis, tamen

propri-
 cios S
 tyrum
 in vi
 defen-
 tur, nu
 horribi
 crepan-
 inque
 Hic ci-
 set, vt
 beret,
 imma-
 Cum v
 drageli
 talem q
 dan era
 fuitrice
 tatis, &
 Christi
 quadra
 ligenti
 & aqu
 vna fi
 cum re
 dies no
 partic
 & qu
 des in
 dulciu
 nulli,
 indut
 doctri
 frueb
 xera n
 mus

propinquante voluit esse ieiunus. Suos custodiae socios Stephanus, Petri & Ioannis duorum recēs martyrum exemplis excitabat. Ille Blacherius coniectus in vincula, cum inspectante imperatore pro Christi defensione cultaq; imagine neruis atrocissimè caderetur, nullum ignavi ac timidi animi specimen dedit in horribili cruciatu, imò verò imperatorem liberè increpans, Iulianum Apostatam appellare non timuit, inque tormentis Deo gratijs feruidè actis exspiravit. Hic cum nullo terrore, nullisq; minis adduci potuisset, vt Christi, eiusque matris imagines incuriosè haberet, eiusdem imperatoris iussu sacco insutus, & immanis saxi pondere oppressus in mare deiecitur. Cum verò Stephanus Martyrij diē præuidisset, quadragesimo ante mortem die, præclaram illam hospitalēque mulierem, & eorum, qui vnà in custodiam dati erant, fidelem administram misericordemque sancticem his verbis alloquitur: Tuæ erga me pietatis, & benignitatis fructum velim tibi cum fenore Castus rependat; deinceps ò benefica mulier ad quadraginta dies mecum ipsè versari, ac memet diligentius excutere cupio; peto igitur abs te, vt panē & aquam deportare iam desinas, quippè cum sciam vitæ finem imminere, monasticæ exercitationis arcum multò vehementius oportet intendere. Ergo dies noctesque vir sanctus Patres illos, quos custodiae participes habebat, monere, hortarique non destitit, & quas nocturno tempore sacer ille chorus Dei laudes frequentabat, morti vicinus Stephanus multò dulcius, multoque alacrius modulabatur. Ciues nonnulli, qui sanctioris vitæ colebant studium, vilibus induti pannis clam ad Stephanum veniebant, eiusque doctrina & colloquio magna animorum voluptate fruebatur. In his studijs & occupationib⁹ penè effluerant dies illi quadraginta, iamq; octauus & trigessimus inchoabat, cum Stephanus suā illam beneficiā

& liberalem hospitam rursus accersitam corā monachis & fratribus ita cœpit affari: Deus, qui miseris & debilibus & benignis plus centuplo se redditurum promissit, clementibus te oculis aspiciat, & pro tuo me officio longe copiosorem mercedē referat, de sacris prolatis imaginibus: accipe, inquit, prædilectum hoc tuum depositum, quod tibi & in præsentibus aduersus omne malum præsidio sit, & in ea quæ peccamus, tuæ erga Deum charitatis, & orthodoxæ fidei pignus existat; crastina luce ad alium mundum aliumque imperatorē proficiscar. Hic mulier carissimarum quendam gemitum edidisset, extremam Stephano salutem dixisset, receptasque eas, quas dederat, imagines, linteo quodam obuoluisse, dominica uersa est. Interim Deo inuisus Imperator, Bacchus cultor, qui cum dæmonibus pactum inierat, & omnium flagitiosarum voluptatum cœno uoluptatatur, certior fit à suis de prætoriano carcere in ministerium Stephano authore conuerso, iraque commotus, atque infano furore debacchans, Stephanum capitali supplicio condemnavit. Irrumpunt in carcerem sceleris administri, vltro se prodentem Stephanum calcibus, saxis, fustibusque contundunt, inde ad sepulchrum sancti Theodori Martyris trahitur. Stephanus ne tum quidem pietatis immemor, Sancti membra humi fixus honorauit: cum quidam ex sanguinario qui Philomatius appellatur, Copronymi discipulorumque factorumque sectator, monachos inglorios, & inebriososque semper appellans, præcipiti furore accensus & arreptus exclamat, cernitis vt nefandus iste martyrum mortem exoptet? inter obloquendum quodam haud paruo sancti viri quam vehementer cerebri membranā ferit, quo vulnere occisus Stephanus ad cœlū aduolauit. Sed omnipotentis Dei vltrix apparuit, nō enim, vt plerumque solet, mortem interposuit; nam simul atque Dei vis illa vltrix apparuit

seru
 suo c
 stride
 uebi
 vique
 est M
 prim
 tertio
 bris o
 ancilla
 falso,
 effugit
 tu ma
 Bithy
 cauit:
 diam
 rore m
 protin
 ter ext
 hiltori
 monit
 in hac
 gioem

DE S

I
 pa
 A
 lō al
 datur
 qui a
 quag
 eo ne
 liens
 mor

seruum carnifex ille percussit, ipse quoque plaga neficio qua ictus humi corruit, dentibusque horrendū stridens, atque ore spumam eiectans, per terram voluebatur, graueque hoc Dei flagellum ad extremum usque spiritum nefarium concussit parricidam. Hoc est Martyrio perfunctus Christi hic pugil egregius, primique Stephani re & nomine mirabilis imitator, tertio & quinquagesimo ætatis suæ anno, Nouembri octauo & vicesimo die. Ac ne pestilens quidem ancilla, quæ & sanctum Stephanum, & horam suam falso, vt docuimus, accusauerat iustum Dei Iudiciū effugit. Eam Auricalamus vt promissā præstaret, metu magis, quam fide cuidam eorum qui colligendis Bithyniæ tributis præerant, in matrimonium collocauit: prægnās gemellos enixa est; cæterum sub mediam noctem repente infantuli arreptis insolito furore maternis mamillis, horribiliterque comestis eā protinus necauerunt, deinde viperini illi foetus pariter extincti perierunt. Verbofores in hac explicanda historia fuimus, vt virginalè donum Deiparæ dignū monstrarem. Nec aberratum fuit, quandoquidem in hac narratione multa erant de Virgine, cuius imaginem coli docuimus.

DE S. ILLEPHONSO ARCHIEPISCO-
po Toletano.

Illephonsi partum donum Deiparæ fuisse, Hispaniæ celebres historiæ confirmant: vna mihi instar sit omnium nostri Mariani, cuius verba paulò alitius repetenda sunt, vt res ipsa clarius ostendatur, Recesuinthi regni. inquit ille, anno nono, qui annus à Christi ortu erat sexcentessimus quinquagesimus septimus, Eugenius Toletanus præsul eo nomine tertius, extinctus est. Illephonsus Agaliensis Abbas in eius locum, cooptatus quem eximia morum probitas, literarum, doctrinæque studia, atq;

Ex hist. Ioannis Mariani li. 6. de reb. Hispaniæ c. 20.

ex multarum rerum tractatione, & visu collecta
 dentia, multum apud populum & proceres cōm-
 dabant, euiceruntque vt suis ciuibus imponere
 Moderator rectorq; rerum sacrarum. Erat enim
 leti nobili genere natus, patre Stephano, matre
 In excelsa atque adeo nobilissima eius vrbs par-
 des mōstrantur Illephonsi natalibus nobiles (sic
 ēta per manus opinio populo persuasit, nullo pra-
 ea authore (eae aedes cum Orgatij, Regulorum con-
 quenti tempore essent factae, nuper in Societate
 ius potestatemque migrarunt, cuius studio effectus
 vt quod maiorum negligentia praetermissum
 batur, in nobilissima vrbe templū Illephonsi non
 extaret. Eugenio decessori nondū Archiepiscopo
 esset ingenio non prorsus insulso, & vt quidā
 bantur, Illephōsi propinquus, Illephōsus doctrina
 sa operam dedit. Isidori Hispalensis Episcopi famu-
 lebris erat. Ad eū igitur in primis cultus ingenij
 endi studio, Hispalim missus in collegium, con-
 tus, quod iuuentutis instituendae causa ab Isidoro
 tractum fuisse dictum est, viro doctissimo expo-
 dum se limandumque permisit. Ab eius latere
 ante discessit, quam omni liberali doctrina excelsa
 disciplinarum orbē absoluisset. Libri multi & v-
 quos Iulianus successor in tria corpora ab Isidoro
 thore tributos ait, multis ingenij luminib; diti-
 & sententiarum maiestate graues, stylum mag-
 dundantē, eius saeculi vitio, quam caelum, atq;
 dū consecretantur, ijs studiis, atque totius vitae
 cum summa omnia polliceretur, spretis honore
 ad quos generis nobilitas & vitae merita vocat
 vitam principalem cum priuata, atq; adeo mona-
 ca mutare certus, in Agaliensi monasterio cocub-
 induit, multum quamuis reluctante patre, vsq;
 dū omnes monasterij latebras filij vestigijs trahere
 perscrutaretur, cuius ille diligentia eluserat e via

nans, & tantisper retro vicinam sæpem se continens, dum pater domum rediret vano conatu, speque filiū ab ea mente posse deduci. Erat id monasterium non procul ab vrbe situm ad Septentrionalē plagam siue Cosmæ & Damiani nomine dicatum, vt quidā putant, Cixcilæ autoritate Illephonsum in Cosmæ & Damiani Abbatem fuisse affirmantis, siue, vt concilij Toletani vndecimi acta declarant, sancti Iuliani, quibus maior fides adhibenda esset, si in Gotthicis id codicibus legeretur. Stephanus Pater filij rationem ægrè quidem, sed probauit tandem, vxoris potissimū hortatu post longam sterilitatem affirmantis, precibus à diuino numine impetratum Virginis Matris obsequio deberi, qua se religione implicasset, si voti compos esset facta: datam superis fidem haud quam impunè violari, reddenda Deo diuina beneficia; præstare filio ad tempus carere, quam perpetuis conscientiæ cruciatibus viuos mortuosque macerari, filio retrorsum reuocato. Exigui temporis iactura cōsultius fore, sibi ipsis & filio redimere incolumitatē. Hoc noster historicus, quale autem hoc Virginis donū fuerit, si Hispanis narrare velim, vlulas Atheniensibus importarem.

DE QVADAM MATRONA.

GRAVIDÆ Roberti matri gloriosa Dei mater *Laurentius Surius in vita S. Roberti primi Abbatis Molisniensis itēque Cisterciens.*
 in somnio apparuit aureum induta annulū, quam his est verbis affata, volo eū, quē gestas in vtero filium hoc mihi annulo desponderi, hisque dictis abcessit, Visionem iussionemque præclarā euigilans matrona retractabat, & qualis prænuncijs ille esset, secum tacita cum gaudio cogitabat. Ostensionem Dei mater iterauit, & eadem prorsus verba repetiuit, vt quod de Samuele in scriptura legimus, tantæ rei veritas clarius appareret. Robertus vbi natus altusque est, eam vitam egit, quæ sanctissimæ

stissimæ Virginis sponsum deceret, in cuius honore monasterium constituit, & Abbas gubernauit. Hic idem Robertus Cisterciensem familiam fundauit, Molisniumque accersitus, Cisterciensibus Albericum præfexit: Alberico successit Stephanus, cui mellisium ille Bernardus obediuit, qui Roberti partum nutriuit, aluit, roborauit. Sed de utroque Cisterciensium parte, libro operis quarto plura dicemus.

DE SANCTO ALBERTO MONTIS
Drepani.

*Scrius de
uita S. Au-
gust.*

Benedictus natione Siculus, vir in primis nobilis Ioannam Drepanensem duxit uxorem, cui uerò ab ipso nuptiarum die anni sex & viginti præterissent, neque ullam toto illo tempore genuissent, beatissimæ Virgini, quem filium procoassent, communi amborum voto sponponderant, & ordini Carmelitarum, qui sanctissimæ Deiparæ sacra est, se addicturos promiserunt: ad sponsonem additæ preces, ieiunia. Breui post votum interiecto spatio Ioanna foetum Deo annuente concepit, ipseque Benedictus dormiens, sibi videre visus cereum radantem, qui ex suæ uxoris utero prominebat. Eadem per quietem Ioannæ monstrantur. Somnium utriusque alteri narrat, colloctioneque mutua, & uisorum consensione lætari Deo & sanctissimæ Virgini genibus nixi gratias supplices agunt; mox puerum in lacem editum in sacri fonte baptismatis Albertum nominarunt. Sequuta est educatio liberalis, & in literis ac virtute processus admirandus, Puerum summa uenia pollicenti, suisque gratissimo ciuibus, regali sponso parabatur. Benedictum ad nuptias inclinatam Ioanna coniux vehementer obiurgat, uotum admonet nuncupati: negat mortali foemine filium se esse daturam, qui beatissimæ Dei genitrici ex voto deberetur, Benedictus uir pius, & planè uir cum uo-

re consentit, nuptiarumque abiectio consilio, susceptum Virginis dono filium ei esse reddendum censet, de cuius manu accepisset, & Ioannæ curam imponit Alberti ad religionem inducendi mater à mongero filio facile impetrat, ut se Carmelitanum fieri velit; qua cognita voluntate parentes filium ad monasterium Drepanense mittunt, utque illam vestem verè nuptialem sibi quærat, potestatem faciunt: euntem votis, & elogiis prosequuntur. Vadit puer lætus & alacer ad Carmelitanam familiam, quæ virgini sacrosanctæ militat, monasticam vestem efflagitat, id præfectus denegat, haud ignarus, quibus puer parentibus natus esset, quos non audet offendere, non cognita illorum voluntate, Puer re infecta tristis redit ad suos: nocte insequentis consopitis somno parentibus beatissima Dei mater apparens voti solvendi moram reprehendit, ac pœnas graues, nisi puer sibi quam primum reddatur, seuerissimis verbis committitur: parentes voce illa perterriti filium ad monasterium deducunt, visionem exponunt, præfectoque insistant, ut votiuus Albertus monastico amictu quàm primum induatur; his cognitis monachorum illorum Moderatorem maturauit, & coram parentibus multisque aliis ex prima nobilitate, amabilem Albertum religionis insignibus decorauit. Quæ fuerit expectatio tyronis Alberti, quæ sanctitas veterani, & quibus eam miraculis testificatus sit docet historia non minus vera, quam dulcis: illud ego tacere non debeo, quod valet ad Virginis pietatem vehementer excitandam. Quo tempore Siciliae Prouincialis rector Albertus suæ ditionis monasteria visitabat, quendâ fratrem sanctissimæ Deiparæ perstudiosum, cultorem, & veneratorē fuisse, Deo indicante cognouit, de qua tamen pietate multum detraxerat, postea, quam malo dæmone lenocinante, sceminæ cuiusdam amore capisset ardere, qui tam longè processerat, ut

Serius August. Baptista Mantuanus carmine saphico.

de po-

de potiunda primò quoque tempore puella iam ageretur, quam vel precio, vel precibus ad suam pellere rat voluntatem. Erant hæc quidem occultissimo tractata colloquio, nullo teste, nemine internuncio. Vix tamen sacrilegi stupri fœdera miserrimus frater merat, Alberto patefacta & referata sunt diuinitus, quam fratrem accersit, quid cum clam delinita muliere perpetrare se statuisset, non latere, fœdissimi pacti fauor exprobrare, & monachum paterna charitate corrigere: obstupefactus ille procidit supplex ad genua petitaque venia emendationem pollicetur. Seruati admonitus, tum ad similes casus probè instructus munitusque dimittitur, deprecanteque Alberto non solum grauitatem morum, sed pristinam etiam erga Dei matrem religionem sibi esse restitutam monachus experitur. Quòd puellam seductam, deceptamque non tetigit, quod tempestiuè interuenit Alberti quod monachus non nimis serio respicit, sacrosanctæ Virgini attribuendū censeo, quæ antiqui obliquè non immemor, suæque faulrix Carmelitanæ famulæ ægrū fratrem, amoreque sauciū persanauit, libidinisque face restincta ignis castissimi flammæ rursus accendit. Quidam puer in medios sæuientis incensæ æstus inciderat, illoque in periculo beatissimam virginem beatumque Albertum inuocauit, haud inanis spe; siquidem ab igne intactus euasit, clamans sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, eiusque amatoris Alberti meritis nullas se flammæ esse perpersum. Præclarum Deiparæ amorem, cuius efficacitate ab animæ & corporis incendio liberamur. Aliud Albertus monachus, hoc puer laicus effugit.

DE QVADAM PVERPERA.

QVADAM mulier difficultate partus iam de septem grauisimè cruciata, cum præ tortoribus nigrum induta colorem desperaretur a medicis

medic
confid
dormi
humani
agnos
dū Dep
se respo
rar, lic e
se forma
antiphon
sta, salua
cem exp
lebrem
inque vo
tris tui n
chellum
ricordiaz
pietatis V
libi potes
D
L
An
sus
vel
tisque &
membra
dit, vt nul
matrona
cum gau
dium incl
que feciss
tissima D
aduentu
Bogitta i
quidem
gita col

medicis, D. Franciscum qui iam diem suum obierat, confidenter inuocauit, votique promissione facta dormiuit. In quiete B. Pauperum Patriarcha vidit se humanissimè consolantem, duoque illa percontantè: agnoscis me? & canticum Salue Regina ad implorandū Deiparæ tenes auxilium? cum illa se vtrumque nosse respondisset (nam Franciscum vel de facie, nouerat, sic eius vixit ætate, vel vulnera prodiderunt ea se forma ostendentem, qua fingitur) exordire igitur antiphonam Salue, Franciscus ait, qua nedum perfecta, salua & incolumis Partum effundes. Ad hanc vocem expectata mulier, & admonitionis memor; celebrem Ecclesiæ cantum Salue Regina pronunciat, inque verbis illis, & Iesum benedictum fructum venteris tui nobis post hoc exilium ostende, puerū pulchellum doloribus liberata peperit, ac Regiæ misericordie gratias egit, quæ D. intercurrente Francisco, pietatis Virgineæ vel post mortem magistro, manum sibi porrexit salutarem.

Ex hist. S. Francisci autore B. Bonauent. c. de liberatis à periculo partus.

DE SANCTA BRIGITTA.

LABORANTE in partu Brigitta illa, cui tā multa sunt ostensa diuinitus, matrona quædā serica veste albi coloris induta ad eā venit, parturientique & foetum educere connitentis blandissimè membra tractauit, corpusque omne flexibile reddidit, vt nullo negotio ventris fructus exiret: abeunte matrona facilis sequutus est partus, prolesque in lucē cum gaudio & gratulatione edita, quæ in aluo tam diu inclusa latuisset, & puerpere negotium, doloremque fecisset. Neque verò est dubitandum, quin beatissima Dri mater illa fuerit, cuius & beneficio & aduentu pariendi est sublata difficultas. Id enim Brigitta ipsa Deipara patefaciente cognouit. Et quidem misericordie matrem religiosissimè Brigitta coluerat, coluitque dum vixit, suumque maritum

Surius de vitis sancti Iulij.

terium iam diem acerbis doloribus differebatur, nihil proficientibus remedijs. Viro eius venit in mentem, Dei matris paruulam effigiem quam à nostris acceperat, admouere laboranti, res mira, simul contactum corpus, & partu solutum est. Vagata tota vrbe miraculi fama exciuit certamen mulierum petentium subsidia partus.

FAMI ET INOPIÆ DEIPARÆ

*promidet, atque huius vitæ bona
suppeditat.*

CAPVT II.

*De S. Godefrido Episcopo Ambianensi, deq;
Viuetâ religiosa fœmina.*

GODEFRIDI parentes B. Marię deditissimi, eius nomini dicatum cœnobium Nouigenti suorum parte prædiorum non mediocriter ditauerunt, ipseq; Godefridi pater in hoc monasterio Deiparæ sacro, Monachus aliquandiu vixit præclaræque posteris sanctitatis & religionis reliquit exempla. Huius eiusdē cœnobij Godefridus electus est Abbas, quod tam infrequens, desertumque suscepit, vixit sex monachi, & duo pueruli duntaxat habitarent. Frumenti & vini nihil omninò supererat, angusta cubilia & viminibus, virgultisque contexta; spinæ, tribuliq; succreuerant, quod fieri necesse est, vbi rarus est incola, bouile potius quam templum crederes, in quo monachi Deo immortalis sacrificia & preces offerebant. Godefridus exciso euulsoq; dumeto, domicilia monachorū cōmoditatibus conuenienter extruxit, templū Deo dignū apparauit, domus quoq; edificata ad pauperes alendos ægrotosque curandos, quam Godefridus suis ipsius terris, vineisq; dotauit, & honorū, quę à locupletibus suis parentibus acceperat, hæredem instituit. Nouum hoc, quod fundat

*Nicolaus
Monachus
Suessonen-
sis in vita
S. Godefri-
di.*

& valetudinarium & xenodochium, quotidie bona pater obibat, egentium pedes abluebat, nudos vel operiebat, vita sanctos sepulturæ mandabat. Hocmore ac duce, Monachorum, incredibiliter auctus est numerus, duoque Abbates suis præfecturis pollicentibus Godefrido se in disciplinam dederunt. Ad hoc Godefridi nomen extulerat, & templi fama Virginilis remotas terras impleuerat, vbi manu Deiparæ modò cœlestia, sed hæc etiam terrena darentur, quibus nostra mortalitas sustentatur. Sanctus hic Abbas suos Monachos hortabatur, vt tria illa semper asserent, vnde, quæ, & quorsum, quæ nõ Pythagoræ tribola, sed vitæ religiosæ capita nominabat. Non modicos eum progressus esse facturum, qui ex maris fluctibus ad monasterij portum se appulisse cœtiteret; quibus aut vestigijs & gradibus ad perfectionem quisque tendat intuumdum esse cuique, & ne desiquæratum iter, magnoperè prouidendum. Cupiditates vt frangerent, cordis puritatem, oris, sermonumque veritatem, corporisq; munditiam tum adhibendam perpetuam perennemq; seruariet, identidem adhibebat, vtque in acie stantes tanquam inuicti manus ab hostium se telis defenderent, suadebant. Fratrumque charitatis, & concordia non minus serendæ, quæ retinendæ author erat Godefridus. Ægrotos vique eo miseratus vt in eis alleuandis, sanandisque sumptibus parceret, nullum laborem reculeret. Eodem tẽpus nobilis scœmina Viueta nomine, ac nobilissimæ Dei matris Ecclesiam se contulerat, quæ præ Sueffiones recēs extracta, propter inaudita miraculaque miracula toto orbe terrarum celebris habebatur, ibique de Godefridi consilio, cui se regendam commendandamq; permiserat, sanctimonialium velam sincera pietate suscepit, tresq; filias pariter conuertit. Viuetam probatæ iam religionis scœminâ quæ monast.rij Antistite grauissimis de rebus mittit. Teo

Teuro
Viueta
sto patri
tanta
uigent
comper
polline
moniti
missa, f
defridi c
excursio
religion
vires hor
tico dire
longi itin
firutam
Nonigen
verenti q
sullimè l
consolati
poni. Nes
ablata re
vnaque r
præbidem
curus in
contiger
sanctissim
mebund
altare di
tibus, per
diæ fores
Viueteq;
arctissim
fractus
quæ hye
gentum

Teutones, quorum linguam patriumq; sermonem Viueta colebat. Sed ne Godefridum veterē in Christo patrem, cuius verba Viuetae pro oraculis erant, res tanta lateret, cum socijs totoq; itineris apparatu Nouigentum venit, nam viæ flexum cum tali mercede compendium esse ducebat. Legatione cum suo Apolline Godefrido communicata, sanctique Abbatis monitis & præceptis instructa, ad Teutones, quod erat missa, festinat. Sed cum in syluam non longè à Godefridi cenobio latrocinij infamem deuenisset, in excursorum, & grassatorum manus incidit, qui & religionis & humanitatis immemores, socijs captis viuis honestissimis, famulisq; ad carcerē arreptis, viatico direpto, Viuetam solam atq; desertam, & omni longi itineris & solatio & instrumento priuatā ac destitutam reliquerunt: gemens persusaque lacrymis Nouigentum remigrauit, suoq; Godefrido nihil tale verenti quid sit passā recenset, clademq; suam mortuam lamentatur. Ægitudine tabescentē S. Abbas consolatur, cibumq; defessæ, ac defatigatæ iubet apponi. Negat Viueta se quicquā gustaturam, nisi prius adata recuperet: Tu, inquit, bone Pater, orato Deū, vnaque misericordiæ matrē loci huius custodem, ac præsidem appellato, beatum quoq; precare Nicolaū, cuius in ferijs hæc mihi dictu grauiā, perpeffu aspera contigerunt: vadit ad oratorium Godefridus, & ante sanctissimæ Virginis Mariæ sacratam aram sese gemebundus tristisque prosternit; idem Viueta facit ad altare disunctū, vbi Christi erat imago. Illis precantibus, perseverantibusque, nocte illa carceris, & custodiæ fores, Dei Deiparæque beneficio vtrò patuerunt, Viuetæque comites & famuli soluti vinculis, quibus ætillimè tenebatur, per condensam syluam, & anfractus viæ, perque superatas aquarum alluiones, quæ hyeme intumuerant, sæliciter elabentes Nouigentum salui & incolumes Christo duce perueniūt.

Captiuorum aduentu inopinato, quæ & quanta Godefridi & Viuetæ gaudia fuerit, qualis gratulatio, quæ effusa lætitia, superuacaneum foret exponere. Godefridus, qui Viuetæ lætitiā solidam atque integram eiusdē dono Virginis fieri cupiebat, die postero cum dilucesceret, ad latrones abit, eosque grauissimis verbis reprehendit, quodque ademerant Viuetæ liberæ feminae, vt quamprimum reddant, Deum solorum ultorem testatus imperat: illi obiurgationis impatientia, recurrunt ad carcerem, vt captiuorum supplicio reprehensionis iram vlciscantur; sed nemine reperto, vacuoque, quod minimè putabant, cystulo, ad Godefridum alio vultu, alioque sono vocati reuertuntur. Mox sceleratæ rapinae supplices veniunt petunt, & ablata restitunt, equos, captiuorumque stragula, nummos, suppellectilemque; vniuersam Godefrido reddunt, nihilque retinent eorum, quæ recuperant, vno excepto cultello, quem immemorati atque imprudentes reseruarunt. Viuetā suos tam liberos quàm itineris administratos, iterum iterumque læta complectitur, bona recuperat, actisque gratis immortalis Deo sospitanti viatores, & omnia secūda Virgini Dei Genitrici, & diuo Nicolao miracula antequa repetenti, resalutato insuper & collaudato Godefrido, inceptum est iter prosequuta. Alia quædam matrona (hoc inferam, quia de Godefrido dicebatur, & si iam argumēto de adiuta per Virginitatem inopia factum est satis) potens & nobilis ac Vicoimitatus titulo decorata, eiusdem Godefridi instituta præceptis, tum liberalitatis, tum maxime castitatis præclara dedit documenta. Insignem hæc ipsa matrona tabulam, quæ visitur Nouigenti, in beati Dei matris altari fabricandam ornandam pingendamque curauit. Sub idem tēpus religiosam quædam mulier, quæ Emma vocata est, castissimam vitam agens viduas & orbas alebat, nudos vestiebat, egrotis propi-

erat,
Deo
ad Be
niel
ciola
comp
nenle
dit, si
tām r
Deum
re pat
terre
vim t
bus, m
lem ip
fridus
uit, sol
mentis
gratul
gentes
que en
exitus
fectib
tue V
loco d

DE

H
perato
temp
pitide
deest
ta, su

erat, & operosæ ac misericordis vitæ operibus intèta Deo & hominibus gratiosâ viuēbat. Nouigentum ad Beatissimæ Dei matris Ecclesiam creberrimè veniebat, in ea cereos incendebat, de quæ suis rebus preciosâ munera altari Virginis offerebat. Vbi autem comperit Godefridum, cuius erat discipula, Ambianensem electum esse Pontificem, dolore ista cecidit, sui que patris desiderio, quem autorem sequuta tam multa, & tam præclara faciebat, immortalem Deum exorat, ne prius Godefridum Nouigento exire patiatur, quàm suum corpusculum illius manu terræ mandetur. Mira profectò viua ardentisq; fidei vim testificatur & probat. Emmæ has preces morbus, morbum mors, mortem sepultura est talis, qualem ipsa optauerat, consequuta: nam multa, & Godefridus vbi eam & Nouigenti esse, & ægrotare cognouit, sollicitè inuisit, periculosè decumbentem sacramentis impertit, cum lætitiâ & voluptate morientē, gratulatione prosequutus, mortuæ cadauer in Nouigentiensi monasterio, quod Emma optauerat, à Deoque enixè petierat, honorificè sepeliuit. Nimirum hic exitus esse solet eorum, qui Deiparam & factis & affectibus amauerunt. Sed de amatorum Mariæ perpetuæ Virginis fortunatissimo genere moriendi suo loco dicemus.

DE MONASTERIO HIEROSOLYMITANO Deipara sacro.

HIEROSOLYMIS Monasterium fuit beatissimæ Virginis nomini tutelèq; deuotum, Monachis & hospitibus celebre, atque imperatorum liberalitate clarum. Sed rerum tamen ac temporum mutatione factum est, vt nō modò hospitibus & peregrinis, sed etiam Monachis necessaria deessent. Id eam semel & iterum audissent Cœnobitæ, sunt facti tristiores; nam penuria mœrorē, mœorē

Gregorius
Turonensis
Episcopus
li. in honorem pluri-
mo. Mar-
tyr. cap.

querimoniam, querimonia vociferationem peperit
 religiosis moribus alienam: ergo ad Abbatem coe-
 curritur, ab eo cibos exigunt tumuituosius, quam de-
 ceret, & famem extremamque; esuriam vultu, & voce
 clamorosa testantur: aut provide, inquit, aut si non
 potes, quemque nostrum egredi finito, ut alius alibi
 ad vitam alendam cibaria perquirat; minas admo-
 tionibus iungunt, ac se, ni fores laxet, Abbate inco-
 sulto recessuros denunciant; necessitatis immen-
 tis, ut priora, sic etiam potiora esse iura debere, liberi
 naturae imprimis esse occurrendum, frustra dispo-
 nam requiri, ubi discrimen est vitae. Desperantibus,
 atque ex famis rabie, quae malorum extremum est, in-
 sanientibus bonus Abbas ita respondet, oremus pu-
 cemurque; charissimi, & Dominator ille summus acce-
 ret; neque enim fieri poterit, ut nos triticum in eas
 monasterio deficiat, quae mundo pereunti vitale gra-
 num ex utero protulit Virginali: vigilatibus ex pre-
 scripto Abbatis, ac tota nocte psallentibus, mane bo-
 rea monasterij usque adeo tritico redundarunt, ut
 ostium aperiri granari posset. Longo post tempore
 eiusdem coenobij incolis similiter cibi defecisset.
 Monachi suum Abbatem importunius increpantes,
 preces & vigiliis Abbas indixisset, inque tem-
 nei pavimento strati noctem in precibus, hymnis &
 canticis exegissent, post matutinas preces & re-
 ligiosas excubias fessi fatigatiq; dormissent, ecclesia
 Dei Angelus vim auri ingentem super altare con-
 tuit, templi foribus obseratis. Cum autem Abbas
 sacrificium celebrandum cum suis omnibus sum-
 set, aurumque vidisset, nunquis esset ingressus, do-
 nitore quaesivit: negat ianitor templum cuiquam
 terno patuisse; quo audito, crediditque; (erat cultor
 liminis sacri fide dignissimus) Abbas stupore de-
 titus est, & Monachi vehementer admirari, ecclesiae
 munus, & in extrema inopia tale subsidium
 cecidit.

centes,
 maior
 stentij pa

DE

Q
 viginti,
 stant.
 pretium
 quando
 in cellu
 ad eum
 usque pe
 ter augu
 & quod
 celo mis
 sumam
 dam an
 adducto
 mo orat
 tibus
 mater
 celi re
 nas ut v
 quit, pe
 dignam
 obiurg
 mouer
 inuoca
 in his,
 die &
 panem
 et usq;

centes, Deo ac Deiparæ ingentes gratias agunt, habēt maiores, seque per beatos arbitrantur, quibus monasterij patrona talis obligasset.

DE S. ALBERTO CVSPINIENSIS

cœnobij Monacho.

QVINQVE & viginti annos Albertus in sua *Surius de*
 cella permansit, ex quibus viginti duos sine *vitis Sanct.*
 pane traduxit, herbis radicibusq; contentus: *Aprilis.*
 viginti, quod mireris, nullum omnino potum degu-
 stavit. Quæ fuerit reiiciendi panis occasio opera-
 pretium est scire. Ex perpetuis imbribus tanta ali-
 quando, tamque metuenda tempestatas intumuit, ut
 in cellula Albertus velut obsessus teneretur, cumque
 ad eum alendum pascendumq; continentibus plu-
 uis penetrare nemo posset, Alberti animus duplici-
 ter augebatur, & quod panis deesset vitæ alimētum,
 & quod rem diuinam audire nō posset, & panem de
 celo missum adorare nequiret. Quamobrem beatif-
 simam sempiternamq; Virginē Mariam nocte qua-
 dam anxius & moriens appellavit, utq; sibi in tantū
 adducto discrimen, subueniret, supplex humiq; stra-
 tus oravit; dumque fatis animo precibus fessus ac
 tristis obdormisset, ecce per visum adest benefica
 mater cum virginibus pulcherrimis, quas taraen
 cœli regina & forma & proceritate vincebat. Fœmi-
 nas ut vidit, humana credulitate ductus, si vos, in-
 quit, præsensissem, ex monasterio repulsiem. In-
 dignantem, & quod introgredi ausæ essent acriter
 obiurgantem diuina mater interpellat, desine frustra
 moueri, ego sum Dei genitrix, quam tam amanter
 inuocasti quid me igitur vis? tum ille, succurre mater
 in his, quibus me vides eger. Hoc audite misericor-
 diæ & benignitatis fontes, ex fonte Christo Deipara
 panem in os Alberti potterxit, quo ita recreatus, refe-
 ctusq; est, ut domesticum hūc panem, quo viuimus,

nunquam deinceps requisierit, illa etiam de Sacra
auditis, quæ animum angebat, consolante Virgine
cura confedit. Rei diuinæ diebus festis audiendæ
cessitatē temporibus metiendam, & casibus
pentinis, qui si incidunt, curandum esse, vt vitæ
citas quoddam sit altaris, ac Missæ supplementis
bertū ita viuere debere, vt eius actiones quædam
sacra videantur. Virginis & ante & post hoc beneficium
studiosus venerator Albertus, ceteris genu flexione
bus diebus singulis utebatur, quoties autem genua
curuabat, toties salutationem Angelicam vultu
pictatem religionemque composito proferebat.

DE QVODAM VIRO BONO
& egente.

*Vincentius
Mainardus
in vita san-
cti Antoni
ni Archie-
piscopi Flo-
rent.*

FLORENTINO cuidam egenti, multarum
nobiliū filiarum patri, Antoninus eius viri
dignus Antistes autor fuit, vt Annūciatæ Vir-
ginis templum, non in ciuitate Florentia modo, sed
in vniuersa etiam Italia notissimum, opem à Deo
petiturus frequentaret: fecit ille quod monebatur,
& ante lucem virginalē sanum nō minus pie, quam
diligenter inuisit. Quadam autem die homines
duos oculis captos, in ipso sacri tēpli aditu, de
dicato lucro certantes ac colloquentes audiuit,
que scitu iucunda contentio, vter vinceret conat
fœlicitate colligendi. Alter in eâ pallioli sordid
tebra, auersoque fundo, quo obnubi caput
interdum à viatore, ventum aut pluuiam auerente
(cuculli monachorum quandam habet res ca
ficiem ac figurā) ducentos nummos aureos se
gloriabatur; succinebat alter, in capidulo sese
centos condidisse. Hæc inops ille cuius Antoninus
ridens dolensque renunciat: is corrogatores
cæcos, & mendicitatis nomine improbos fraudatores
ad se accersitos vehementer obiurgauit, quos
indigen
ma veri
que ipsi
cū præ
cui erat
viginti q
ex illo v
non mag
tem & m
beralitas
ille pater
uocarat.
Caninus
fanz nec
veneno i
oblatra
plurimis,
plicita eor
liber expe
abrumpe
Petrum t
cūrnis e
los pertra
& exorcis
bicalo pu
figi iubet
verò pon
Theolog
perilles
(erat eni
carmina
in flam
bro arde
crepanti
lucidum
prorsus

indigentia simulatione venditioneque fecidiffi-
 ma veris pauperibus misericordiam abstulissent. Ita-
 que ipsis consentientibus, & culpam fatentibus, san-
 cti præfulis arbitrio commissa res est; qui cum alteri,
 cui erat collectæ stipis maior summa, triginta, alteri
 viginti quinque scutata reliquisset, quod erat reliquū
 ex illo vtriusque furtiuo thesauro, cui ærumnoso
 non magis prudenter, quam iuste contribuit ad do-
 tem & matrimonia filiarum; Diuæque Virginis li-
 beralitas illa fuit, quam præfulis sancti consilio bon^o
 ille paterfamilias quotidianis & percursationibus in-
 uocarat. Idem Antoninus Medicum, qui Ioannes
 Caninus congruo moribus nomine dicebatur, & ne-
 fariæ nectromantiæ deditus erat, & hæretico hausto
 veneno in Deiparæ Virgini (proh immane scelus)
 oblatrabat, quamuis reclamantibus in vrbe quam-
 plurimis, publico damnatum iudicio cremavit. Sup-
 plicia eorum, qui Deiparæ irreligiosi fuerunt quintus
 liber exponet, sed Diui Antonini, quam cœpimus
 abrumpenda historia non fuit. Cuiusdam viri, quem
 Petrum tonsorem appellatum accepimus, libri no-
 cturnis exagitati terroribus, ad varios domus angu-
 los pertrahebantur: id vbi Antoninus rescivit, preces
 & exorcismos in membranula scriptos in eorum cu-
 biculo puerorum ad Deiparæ Virginis imaginem af-
 figi iubet, quo remedio infanti conqueuerunt. Cū
 vero pontifex, mali causam inquirens, librum à patre
 Theologiæ imperito imprudenter legi solere com-
 perisset, in quo bonis ad vulnera curanda remediis
 (erat enim chyirurgus) cantiones & exciendorum
 crimina demonum miscebantur, librum coniecit
 in flammam, publico rogo in eum finem extracto, li-
 bro ardente, & chyirurgi considerantiam flammis
 crepantibus arguente, cœlum quod serenum erat &
 lucidum, atis est nubibus obscuratum; illo tamen
 profus exulto, prior cœli lætitia rediuit. Moriens D.

Antoninus illud frequenter iterabat, Sancta, & immaculata Virginitas quibus te laudibus efferao nescio, incertum, videretne Deiparam sibi apparentem, quam coluerat, amaratque constanter in vita, an letus & gaudens, quod ad illum vsque diem corpus ab omni libidinis contagione purum integrumque seruasset.

DE QUADAM FOEMINA

*Franciscus
Bencius in
Annal. Societ. in hist.
mexicana,
iisdem ver-
bis.*

MVLIER quaedam duodecim iam annis morituro absente in magna inopia, & cognatione affiniumque magligentia miseram vitam agebat, despiciebatur in calamitate, nec erat qui opem ferret, Cum daemon interea eius castitati conuersa dolos intenderet, illa antequam resoluere pudicitia iura, mori destinauerat. Hiscie in angustiis nocte una, qua tempestates solitudo & tenebrae, intendunt altissimum molestiis, cum diurno confecta lectu sese commisisset in lectum, & iaceret in somnis. magis quam peruigil, dolore victa & conquirens solatia exurgit, & cubile egressum in apertum locum, suspensis oculis caelum, vnde illi spes omnis, anxia suspensa. Nox erat illunis & nubila, omnibus stellis extinctis, mærori augendo, in cubile se recepit, iterum non in somno medicinam quaesitura, quam fessa curarum. Tum, quoniam pridie vesperi de nostris dum mirantur exempla, audierat, beatam virginem cognoscere afflicta, nec inuocari frustra, praesentiamque in aërum nosae cuidam foeminae ostendisse, haec deum volutans animo, lacrymoso vultu Dei genitricem laudat apprecatur. Regina caeli, Dei mater & virgo, mater misericordiae, ne me solam ac desolatam relinqueris. Tibi quidem est hominum cura, quos filios noscitur dignaris, quos amantius foues, & complacere quam mulier quaelibet partus suos; quod si qua me genuit, haec videret, iam mei credo, miseresceret. At tu mater mea (ita te appellabo, quoniam tu mater mea)

iam voca-
bus pote-
non succ-
bis: si m-
nam neq-
rumna si-
patrocini-
feceros.
felicis fo-
dinem in-
tuor, filia-
plura, sed
Vbi redii-
las, cum e-
tit, mirab-
mulieris v-
tur, eius a-
resanimu-
mnes cur-
dare respo-
sum audir-
quo dura-
strem la-
debis, nu-
trituæ est
splendor
re capien-
det in ob-
decrescen-
conspicit
narrat au-
vt nefas
DE C

O

liam vocas) tu inquam, quæ plus humanis parentibus potes, pollesque, dissimulabis mœrorem meum? non succurres egentibus ad te recurrentis voces repudias? si me deseris, quæ mihi vaica spes & consolatio? nam neque mortalis vita agi sine ærumna, neque ærumna sine patientia rectè ferri, nec patientia sine tuo patrocinio parari potest. Et memorabat hesternò die sacerdos. Te filiorum non obliuisci, & illius in dolore felicis scœminæ miseriam. Quod si tuam consuetudinem in filiis tuendis perpetuo seruas, & ego destitutos, filia non sum. Miserere mater, miserere. Dixisset plura, sed lacrymæ spiritum & vocem intercluserunt. Vbi rediit spiritus, ianuam prospectat, per eius rimulas, cum esset infusum lumen quasi auroræ exorientis, mirabatur tam citò diluxisse, ea versant, ignorans mulieris vocem exaudit, à qua nomine compellabatur, eius autem dulcitus sonus ita permulcebat aures animamque, vt omnis dolor pelleretur à corde, omnes curæ à pectore euomerentur. Cum vellet reddere responsum verbis impar præsentis gaudii, rursum audit: bono animo esto filia, non ego te derelinquo duram, & præsentem tristitiam futuræ in postitum lætitiæ expectatione consolare, ego faxo, videris, nunquam te maiori curæ, quam mihi sis, matrituæ esse potuisse. Cum sine huius orationis cœpit splendor imminui: Illa cura humani ingenij aspice-re cupiens, cuius fuissent ea verba, illicò accurrit, videt in obscuro aere candidam lucem, quæ paulatim decrefrens in tenuem defuit lineam, cuius postremò conspectum tenebræ abstulerunt, & iam nunc læta narrat audisse se vocem Mariæ virginis; illud restare vt nefas sit eiusdem faciem intueri.

DE CIVITATE, QUAM VOCANT
imperiale in regno Chilensi.

OBIERAT plagæ Chilensis Regius Prætor,
vir strenuus & illo dignus officio, qua Indi
ocasio-

*Ex literis
patris Ro-
derici Ca-
bredi pro-
vincialis So-
ciet. Iesu in
regno Per-
uano.*

occasione vsque adeo cristas erexerunt, vt de pe-
 dis & prorsus extinguendis, Hispanis sedulo egere.
 Itaque ciuitatem, quæ imperialis dicitur, vna
 duodecim, quas illa in regione possidemus, ar-
 ma obsidione pressam, vnius anni spatio ex-
 quæque perpeti coegerant. Et cum Chilenes
 bellicosi natura omnes vrbs aditus occupassent,
 que spes esset nostris vlla subsidij, in cælum suspi-
 tes Deiparæ Virgini sese verissimè commenda-
 misitque mater inuocata præsidium, & obsecra-
 mirabili ratione prouidit, Nam quodam tempo-
 minutarum auium vim ingentem, idoneo pulu-
 tra vallum misit, quibus illaqueatis inedia fa-
 rebant; hoc non contenta misericordiæ parera, ho-
 dulas dedit prædæ maioris, quarum aucupio
 alebant, & cum barbari omnia tentantes & quæ-
 ditionem extorquētes vicinum fluuium auertit,
 quo vno ciues siti, cuius est patientia perdifficilis
 currebant, eadem diuina parens intra muros
 putei, qui multos iam annos ficcus erat, mirabili
 repentina aquarum affluentia suos Christicolæ
 curæ esse monstrauit. Nam cum siti tantè reme-
 perquirerēt manantem puteum inuenerunt, cur-
 rat inanitas ignorata nemini: ergo in illa Indorum
 sæuitia, nostrorumque miseria cunctis cisterna sub-
 cit, Miraculi tum veritas, tum granditas clare
 cum hoste auersi fluuij irritum esse consilium ap-
 cente, imperialibus sine eius vsu, potuque salua
 in vrbs defensione perstātibus, ideoque detor-
 men solito alueo sinente recurrere, qui fluxerat,
 iam necessarius non erat, exhaustus est puteus,
 solitam rediit siccitatē: itaque diuina parens &
 & siti exorata subuenit, cibique & portionis, quæ
 hominum vita continetur, peroportuna reme-
 comparauit. Non fuit quod iam dicam beneficia
 minoris: erant finitimi Hispani de imperialium oc-

tanto peri-
 pellandi,
 bem obsi-
 si cymba
 in mare d
 ceptionis
 neret. Itaq
 fragmenti
 que comp
 aditus om
 quam que
 quidam v
 diu sub ter
 videtq; vi
 conuersur
 accipienti
 bonum is
 nitur hum
 ctibus, t
 cente, cu
 mille peri
 appulsuri,
 nis vibem
 incendio
 hostili gla
 qui in vrb
 suorum in
 re, quod r
 ad op
 nis

tanto periculo faciendi certiores, & ad auxilium appellandi, vnaque reperta via est in tanta hostium vrbem obsidentium tum multitudine, tum vigilantia, si cymba fieret, vt in fluuium demissa vicinum, qui in mare dilabitur spacio non longo, Valdiuiam, conceptionisve ciuitatem attingens discriminis admoneret. Itaque scapham ex dissolutis arcis, arborumq; fragmentis efficiunt; deerat pix, quæ rimas fissurasq; comprimeret, & aquæ influentis, peruadentisq; aditus omnes obturaret: nec aliud in promptu erat, quam quod ex vini picatis vtribus quisque radebat, quidam vero memor, duos se vini vtres plenos iam diu sub terram infodisse, curriculo adit ad latebram, videtq; vinum omne, in illud bituminis genus esse conuersum, sine quo fatiscentibus nauigijs, & aquâ accipientibus tuto nauigari non potest. Hac igitur bituminis tum commoditate, tum copia linter illinunt hamerisque portatus in flumen iacitur, sex vesticibus, tribus Hispanis, tribusque Indis, Virgine ducente, cursus incipitur, superatisque tempestatum mille periculis, iam Valdiuiam, quæ propinqua erat, appulsuri, vento arrepti benefico, versus conceptionis vrbem prora dirigitur vitata Valdiuia, quæ hostili incendio illo ipso tempore conflagrabat, & incolæ hostili gladio corruiebant: quamobrem admoniti, qui in vrbe erant Conceptæ Virginis decora nomine suorum imminente exitio metuentes, terrestri itinere, quod mare clausum esset, ipso vrbis rectore duce, ad opem ferendam festinarunt. Decebat enim, vt quæ virgini dicata ciuitas esset ei Vrbi foret auxilio, quæ se virgini commendarat.

VIRGO

CAPVT III.

De Constantinopolitanis.

Sozomenus
Hist. lib. 7.
c. 1. & 5. Et
Metaph. in
vita S. Mar-
tiani Pres-
byteri.

GRATIANVS Catholicus imperator, A-
cenaë synodi defensor acerrimus, legem
mulgavit, qua testificatus est, velle se, vici-
cam religionem agnoscerent & agnitam reuocare,
quam Princeps Apostolorum Petrus Romana
tradidisset, quamque illa ætate Damasus Roma-
næ antistes Ecclesiæ, & Petrus præsul Alexandrinus
obseruarent, illique Catholicæ solum Ecclesiæ re-
ferentur, qui sanctissimam Triadem honore partici-
picerent: reliqui & hæretici dicerentur, & supplicium
impietati debitum sustinerent. Paulo post Constans
Constantinopolim venit, & Ecclesias ab Arrianis Demo-
lo antesignano occupatas offendit; Gregorius
illis præsidebat, qui tres diuinas personas vnæ
naturæ, atque substantiæ Catholico more sentiens.
Et hic quidem Dei Ecclesiam vna cum orthodoxis
in parua domuncula præcandi causa constructa, hoc
exemplo pastoris congregabat, quæ domus ornata
quæ in vrbe erant, templorum gloria & splendore
ingens facta basilica superauit non modo ædificatio-
nustate, sed miraculorum etiam salubri gratia
nam plurimorum morbi sanabantur indigentium
subuentum, beatæque Mariæ virginis benignitas
la fuit, quæ sua multos præsentia recreabat. Ea
Ecclesia Anastasia dicta est, quod Niceni dogma
Concilij hæreticorum fraude sepultum, & diuina
agricolæ semen, erroris lolio succrescente oppres-
sum, in illa æde reuixerat, & vera vides surrexerat Grego-
rio prædicante. Sunt qui existiment ob prægnantiam
mulierem, quæ ex illius Ecclesiæ pergula sublimis
lapsa, & mortua filium præcatione reuixerat, & *ita*

incolum
nus. Met
gusta fue
prædixit
tum esse
nus ad in
tus hoc C
Anastasia
mum qu
nitudine,
molition
tionem in
iota cta re
bandum,
nimum a
Sphæricu
que claud
lum natu
quitos la
tem, auri
nimo, qua
dicatio est
tum quæ l
se præbui
nes expul
genera rei
peruenit,
la edidit,
liud esse
tini, vtr e
quentis &
uo Marti
in quo t
lem, satis
fecit, part
fastigium

incolumi dictam esse Anastasiam. Hæc ita Sozomenus. Metaphrastes hanc Basilicam, quæ brevis & angusta fuerat, Gregorium cognomento Theologum prædixisse ait, multò maiorem amplioremq; , quam tum esset, in posterum esse futuram, & cum Martianus ad immortalitatem & gloriam sempiternam natus hoc Gregorij vaticinium memoria repeteret, ad Anastasiæ hoc templum dignius exornandum animum quamprimum appulit, neque operis vel magnitudine, vel sumptibus retardari potuit, quo minus molitioni manus alacriter admoueret. Eam porro rationem inuit, vt antiqui templi forma integra atque intacta remaneret ad Theologi vaticinium comprobandum, nouum siue tum maximum. tum pulcherrimum ab ipsis fundamentis excitaretur, quod Sphæricum & rotundum, atria, porticus, vestibulaque clauderant, ac veluti lunam stella cingebant. Cœlium proceritatem, splendorem, colorem, exquisitos lapides materiæ præstantiam, orbis dignitatem, auri vim, picturas, vasa, donaria, facilius erat animo, quam oratione complecti: sequuta templi dedicatio est, magna sacrorum cæremonia, Byzantinorumque lætitia. In hoc templo Deipara hominibus se præbuit salutarem, morbos enim fugauit, demones expulit, veneficia sustulit, omniaque malorum genera relegauit, eoque diuinæ parentis beneficentia peruenit, vt quæ in hoc templo Deipara vel miracula edidit, vel beneficia præstitit, enumerare nihil aliud esset, quam immensum mare cyatho velle metiri, vt ar enim Simeonis Metaphraste verbis & eloquentis & vera dicentis historici. Neque verò diuo Martino hoc Anastasiæ Deiparæque templum, in quo tam se præstabat Mater & Virgo mirabilem, satis fuit: multa præterea vir inclytus partim refecit, partim à primis inchoata lapidibus, ad finem fastigiumque perduxit. Quas verò ædes ædificasset,

casset, earum mirabilis erat extractio, operosa species & pulchritudo singularis, & ipsis inspectoribus stuporem iniiciebant.

Cum inde oculos ad alia conuertissent, infinitis partibus meliora, quæ noua aspicerent, quam quæ paulò antè vidissent, iudicabant, Pueros studiosè docebat, egentes benignè subleuabat, petenti aliquando eleemosynam, cum nihil aliud tunc esset, quod dare posset. tunicam dedit, qua se vnâ tegebat. Ad altare autem sacrificium solas sacerdotum vestes adhibere visum est tamen iis, qui aderant pulcherrima quædam veste Martiani corpus intus ornari, qualem Reges induere solent ad dignitatem muneris declarationem, quæ tum maximè fulgebat, cum Christi sanctissimi corpus ad altare venientibus dabat, diuinissimam dispensatione cibi fidelium animos mentesque placebat. Noctu ciuitatis plateas obibat, si quem mortuum reperisset, lotum & liateis inuolutum humebat; interdum præ amore cum illo ipso loquebatur, quem sepulturæ mandabat, ipseque mortuus (ita mirabilem illisque dignam & moribus & temporibus) gratias suo vespilloni agebat Martiano, quem complectens valereque iubens, iterum mortis somno sopitus ruebat in terram. Apud quendam argentarium noctu permutabat aurum, vt leuioribus minoribusque monetulis hæc misericordie negotia transigeret, & ad illa coemenda, quæ quotidianis suis efflagitat, pecunia ex ære suppeteret. Ad argentarios nocte venientem Martianum & popularè plussum fugientem pondere ac pretio fraudabant, neque minoris monetæ tantum, seddebant, quantum æquum numismata Martiani valerent; Martianum frans occultauit, sed scire dissimulans permutare perseueabat, & in cadauerum sepulturas monetam ab improbo argentario inæquali pondere acceptam liberaliter rependebat.

At m
nocturn
punctu
ripuit,
ret. Dei
potius,
recuper
Mere
vitam n
Si feli
fi Matri
religio,
rogabat,
ipse ex d
tullent.
enpuit, e
alias Hie
co profeq
vt morbo
lerent, &
minimè
param ta
sponte m
authorer

DE

B
En
si
pi
taretur e
ante De
sumus a
se in m
ctus ob
cofini

At nummularius Martiani per certum hominem nocturna illa benefacta explorans, sic est animo compunctus, ut venia petita quidquid doloso furto subripuit, Martiano Dei oeconomio cumulatè persolveret. Dei enim amantium hic mors est, ut expectando potius, quam exigendo ablata repetant, perditaque recuperent.

Meretrices ab illo questu miserimo abductas ad vitam meliorem reuocabat.

Si festus ageretur dies ille præsertim, cui⁹ ob Christi Matrisve memoriam maxima sanctitas esset, atque religio, venales has mulierculas, uti se continerent, rogabat, multoque plus illis donabat, quam quod ipse ex detestabili nefarioque flagitio comparare potuissent. Ex his plurimas è lupi faucibus in perpetuū eripuit, ex quibus aliæ in monasteria se includebant, alias Hierosolymam peregrinantes Martianus viaticoprosequabatur: multæ eò sanctitatis ascenderant, ut morbos ex hominum corporibus oratione depellerent, & dæmones quibus aliquando seruiuerant, ut minimè mirandum sit, in illo templo Virginem Deiparam tam beneficam & salutarem fuisse, quæ & sua sponte misericors est, & ad fabricæ interdum respexit auctorem.

DE S. BERNARDO ABBATE

Clarauallensi.

BERNARDO doctori, confessori que præclaro, ipsique hæreticis admirando, sic olim molesta pituita fuit, ut perenni distillatione morti putaretur esse vicinus, ipseque penè deficiente spiritu ante Dei tribunal sibi visus est sisti. Aderat mēdacissimus accusator diabolus, qui tamen, Bernardo profuse in maxima corona causam dicente fractus & abiectus obmutuit. Rursus in illo quasi mortis & vitæ confinio ad littus maris non corporis passibus, sed

*Wilhelmus
Abbas sancti
Theodorici in
vita S. Bernar-
di li. 1.
cap. 12.*

peregrinæ & attonitæ mentis gressibus, iuit: ubi
 nauem, qua transuehi posset, sibi visus est expectatam
 quæ ad littus applicita in aquas regressa est, fundit
 atque Bernardus pedem parauit inferre. Iterum
 ac tertio ad littus maris appulsa introeunte Bernar-
 do retrocessit, & conscendete parantem ludificans.
 Demum relicto Bernardo nauis ire visa est, & non
 quam remigrare, ex quo viso diuinus doctor intel-
 lexit, suæ nauigationis tempus nondum aduenisse,
 cumque dolor indies augeretur, eoque plus affertur
 molestiæ, quo minor ex superiori visione Bernardi
 exitus ostendebatur spes, & fratribus de more ad
 lutarem lectionem adeuntibus duo tantum non
 nerent, vt in valetudinario iacenti Bernardo presen-
 essent, dolore faces admouente, atque ægrotum
 superante, vnum ex illis duobus precatum iussit
 re; se indignum profitentem, ac vitæ maculas casti-
 santem obedientiæ iure compellit, quæ imperatoris
 grauissima autoritas est, iuit ergo, & ad
 na sacelli preces fundit altaria primum Deiparæ
 alterum diui Laurentij Martyris, tertium sancti Be-
 nedicti, qui occidentales terras monasterius, id est
 lestibus plantariis omnium primus ornauit. Non
 mora, Bernardo misericordiæ Mater adesset Lau-
 tio & Benedicto comitibus; Reginam, Reginamque
 ministros, vel primo aspectu Bernardus agnos-
 uit, ea quippe se figura ostenderunt, quæ digito
 strari posset, multoque negotio dignoscere-
 rō suis quemque nominibus appellare cupens
 affectam dolore partem manibus leuissime
 indulgentissimè Regina & aulici tractauerunt, ma-
 bumque omnino depulerunt. Itaque pestilentia
 ille riuus exaruit, sequutaque felicitas
 est, & ex siccitate sani-
 tas.

A

luce mo-
 mo sple-
 qui non
 que dese-
 discutit,
 ma ægr-
 tatem re-
 neficenti-
 nihil imp-
 bum, neq-
 quam pe-
 vigilia, &
 splendore
 mus pro
 obiecta ba-
 quibus da-
 necessitat-
 diuina et
 do potui-
 pulchritu-
 posse mo-
 & Agner-
 ius val-

F
 et
 ran
 Maris sc
 tam & la

DE SANCTO RADBODO EPISCO-
po Traiectensi.

AEGROTANTI Radbodo deque vita des-
peranti, benignissima Dei omnipotens mater,
Thecla & Agnete comitantibus, multa se-
lute monstravit, omneque domicilium augustissi-
mo splendore complevit. Ille visione perterritus lo-
qui non potuit, exanimatumque cordis virtus ordo-
que defecit; sed quæ salutis est porta animi timorem
discuit, & corporis morbum ereptura verbis confir-
mat ægrotum, illam se esse, cui preces obtulisset, pie-
tatem remunerari, memoriæ præsentiam, amoris be-
nificentiam se velle reddere; ponat proinde timorem
tibi impendere discriminis, brevi sanatum iri mor-
bum, neque tamen vitam, quæ restaret, fore longin-
quam: pergeret igitur qua cœpisset, & in Christiana
vigilia, & pontificia specula permaneret. His dictis
splendor ille diffugit, & gratissimus atque suavissi-
mus pro illo relictus est odor, qui nares incredibiliter
oblectabat. Episcopus excusso morbo, surrexit è lecto
quibusdamque amicissimis imposita quoad vixit,
necessitate silendi, non solum visionis historiam, sed
divinæ etiam parentis formam & speciem quomo-
do potuit explicavit. Negabat virginum Virginis
pulchritudinem animo comprehendendi; nedum voce
posse monstrari, Sanctas verò pedissequas Theclam
& Agnetem & ex vultu & ex vestitu aliquanto faci-
lius valuisse dignosci.

*Survus de
vitis sanct.
Novemb. 1.*

DE FVLBERTO CARNOTENSI

Episcopo.

FVLBERTVM literis, prophetiæ dono, & sancti-
tate conspicuum meritò ac iure commemo-
rare debemus, qui librū de laude diuinissimæ
Matris scripsit, hymnosque multiplices in eiusdē glo-
ria & laudem concinnavit; templum eidē à funda-

*Vicēti Bel-
luacensis in
speculo lib.
22. c. 15. Pe-
trus Cani-
sius li. 5. de
mentis B. virg. c. 22*

mentis eductum miro opere consummauit. Hic
 tur ægrotans singularem à beata Virgine sibi appo-
 rente consolationem & leuationem accepit. Hanc
 ait quidam, ille est cantus in Ecclesia tam frequens,
 sancta Maria succurre miseris, iuuua pusillanimes, re-
 uoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clemens,
 tercede pro deuoto fœminco sexu, sentiant omnes
 tuum leuamen, quicunq̃ue celebrant tuum nomen.
 Sed cum hoc idem in D. Augustini concione qualiter
 reperiatur, sequitur aut hunc hymnum non esse Ful-
 bertum, aut homiliam illam Augustino falso attribui
 fieri potest, vt Fulbertus huius modulãdã Antiphona
 nã, & in ecclesiis vsurpandã sit autor. Illa ex qua
 Fulberti propria concione non displicent, fratres
 toto mentis affectu beatissimã Virginis nos in
 cessione committamus, omnes eius patrocinia
 nisi imploremus, vt dum nos supplicii eam
 quio, frequetamus in terris, ipsa nos sedula precor
 mendare dignetur in cœlis, nec enim dubium, quod
 meruit pro liberãdis offerre pretium, eam possit
 omnibus liberalis impendere, suffragium.

*Serm. de
 Assump.*

DE S. WILHELMO EREMITA, & quorundam
 Pictauiensium Comite.

VILHELMVM Pictauiensem Regulum virum
 flagitiosissimum, & crudelissimum, quod
 ab adulterino illo Põfice, qui se anacleti
 vocari ausus erat, contra Innocentium stabat
 legitimumque Pastorem, diuus Bernardus Christus
 lucrificat. Cum enim turbulentum hunc factio-
 que tyrannum semel atque iterum conuenisset,
 nihil orando profecisset, tertio tandem congregato
 Christi que sacratissimum corpus, quod sacrosanctum
 Bernardus manu tenebat, contestans, horribile
 pœnas nisi resipiscat, Dei nomine, qui præfens
 denunciãns ac minitans, obstinatum Comitem

*Theobaldus
 Episc. io eius
 vita.*

animu
 igitur a
 quam c
 & qui
 ter opp
 qui W
 mentit
 qui te g
 deserere
 deliter;
 ditan, p
 seruire,
 cepta p
 nit, part
 ge tenu
 uitamqu
 thoricat
 cet, vel, v
 corum, &
 species, t
 sectã isti
 proderu
 moniã
 Cinitus
 leret, sed
 lum inte
 quã ad
 let occu
 sti mi
 certare
 ad men
 tulit sup
 fraudes
 nis, in
 agmine
 patris

animum mirabiliter inflexit, à sententiaque deiecit: igitur agnus ex lupo eremiticam vitam elegit, ad quam dum se apparat, malo dæmone, cui solitudinis & quietæ vitæ consilia non probabantur, vehementer oppugnari cœptus multa sustinuit; nam patris, qui *Wilhelmum* procrearat, habitum & faciem ementitus, his verbis Dei tyronem aggreditur: noli qui te genuit, eum iam senem relinquere, cognatos deserere, & nepotes meos, tuosq; liberos orbare crudeliter; video te inutilē fugam, ne dico stultam meditari, perinde quasi duo illa pugnent inter se *Christo* seruire, & prædia minime furtiua, sed à maioribus accepta possidere, quæ ipsi partim prælio iusto pepereunt, partim testamenti, donationis, emptionisve lege tenuerint. Licitum est eritque semper, patriam avitamque domum, & gloriā nobilitare præsentia, auctoritate tueri, proferre, & amplificare prudentia, licet, vel, ut melius dicam, decet, in propinquorū, amicorum, & ciuium tuorum luce ista versari. Dignitas, species, maiestas, pompa, virtuti aduersa non est; perfectæ istius vitæ, quam cogitas, cō magis exempla proderunt, quo & plures, & grauiores nouæ sanctimonix testes spectatoresque collegeris. Non rogabat *Christus* patrem suum, ut discipulos de mundo tolleret, sed ut à malo seruaret, quod non de morte solum intelligendum est, sed etiam de ista solitudine, quæ ad frugem meliorem se recipientibus prima solet occurrere. Cuius hæc essent machinamēta, *Christi* militem latere non potuit, neque tamen verbis certare ausus, silentium pro responsione reddidit, & ad mentientis diaboli voces cautus obsurdit. Non tulit superbix pater iniuriam, seq̄ue contemni dolēs fraudes conuertit in furias: quare extractis cellulæ ianuis, intra quam se nouus anachoreta continebat, agmine facto dæmones multi, & ille inprimis, qui patris *Wilhelmi* personam induerat, irruerunt, & se-

uissimis plagis impositis penè extinctum reliquit.
Post dæmonum fugam tres de caelo delapsæ vir-
gines ad curanda vulnera cum pretiosis vnguentis
guenti Wilhelmo se demonstrarunt, è quibus na-
quæ forma, dignitate præstabat, Dei militè sum-
ma consolatione mulcebat, hæc erat Dei mater, &
domina mundi, vt ex ipsius Wilhelmi competentis
est ore, qui visionis huius historiam vni dicitur
memoriæ causa narrauit; neque enim com munit
fuit, vt tanti miraculi notitia nos fugeret. Ille igitur
virgines ignem scdulæ succenderunt, & cremat
pus concalcfactum, & vnguentis: quæ attulerant
tum & litum celeriter sanauerunt, Deique san-
consalutato ac confirmato recenserunt.

DE MAGISTRO REGINALDO.

REGINALDVM eruditionis ac scientiarum
notissimū, diuina intus vox ad aspersionem
ctuosiorisque vitæ genus inuitabat, cum
terea sancti Dominici nouus ordo peroptatum
lapsis mūdi rebus illuxit, quem dum Reginaldus
gitat, morbo opprimitur ita graui, vt medici
Reginaldi diffiderent. Hoc ipso tempore Dominici
Reginaldi consiliorum, & secretarum cogitatione
sciens, in Deo spem fiduciamque reposuit, & se-
tum precibus dedit. Eo igitur orante Reginaldus
qui ardore febris æstuebat, sanctissima Dei mater
bus iisque pulcherrimis comitata virginibus
uit, vtque peteret, quæ vellet, blando ore permit-
ad postulata facilem fore: deliberanti quid posceret
vna ex comitibus certum quicquam, vt ne petere
tatur, remque omnem Deiparæ voluntati relin-
fatius esse; paret ille tam saluari consilio, seque
beneficentissimæ matris permittit arbitrio. Post
Virgo virginum ægri oculos, aures, nares, et
nus salubri, quod ferebat, liniuit vnguento,

*Theodoricus
de Appol-
dia in vita
sancti Do-
minici.*

lasque
illa prec
quam v
dixit re
prapa
loquuta
tis. Om
mōstran
ecce que
re, visio
qui Regi
grauiss
cum latu
do diuin
Reginald
celestisq
fuit virge
to recessi
appetitio
libidin
replevit.

Quod ter
te dixim
visebat
beatissim
huic de
bertus
preluxe
ve imp
madit
reculati

lasque vnctiones propriis verborum vsa formulis, illa precabatur, quæ ei corporis parti conuenirent, quam vngebat: cum verò ventum esset ad pedes, ita dixit: perungo pedes istos ad Evangelicam pacem præparandam; renes cum attingit, in hunc modum loquuta est: attingantur lumbi tui cingulo castitatis. Omnem quoque prædicatorum familiaræ demōstrans amictum, ecce inquit, tui ordinis insigne, ecce quæ tibi parantur vestimenta, Hoc absoluto opere, visio ex oculis manauit, admirantibusque medicis qui Reginaldum negabant posse viuere, morbo est grauissimo liberatus. Nihil horum diuum Dominicum latuit, cuius & meritis & precibus illa Reginaldo diuinitus euenere, quæ diximus. Triduo post à Reginaldo cum diuo loquente Dominico, ac noua celestisque vitæ negotium transigente, iterum adfuit virgo sanctissima, Reginaldoque denuò delibuto recessit, tantaque medicamenti vis fuit, vt sedatis appetitionibus, atque compressis, ne exiguus quidē libidinis sensus in Reginaldum, vt ipse fatebatur, irrepserit.

DE QVADAM FOEMINA.

QUIDAM miles, eius nomen prætermisit historia, vt vitæ prioris errata corrigeret, ad sanctissimæ Dei genitricis templum ire constituit, quod templum Antij (Galliæ ciuitas est, de qua & ante diximus & post dicendum est aliquid) religiose uidebatur, gnarus omnia illis prospera cadere, qui beatissimæ Virginis ope patrocinioque nituntur; huic deinde vitæ perfectionis magister obtigit Robertus Abbas, cuius sanctitas iam inde ab ipso ortu præluxerat. Cum enim matre, vt ferè fit, vel absente, vel impedita negotiis, cuidam mulierculæ lactens maditus esset, vbera respuit, refugitque puerulus; reculationem illam satiætat non fuisse, matris

Laurentius Suri⁹ in vita S. Roberti primi abbatis Casa Dei de vitis sancti. Aprilis.

declarauit aduentus, cuius lac auidè suxit. Non tamen
 tò post mulierem illam, cuius infans Robertus de-
 spexit vbera, meretricem esse apparuit, cuius turpitu-
 dinem paruuli, lactentisque pueri fastidium, quæ-
 lata sententia damnarat. De Roberto adulto tam
 corroborato multa narrantur, nos illud vnum huius
 riæ nostræ haud alienum dicamus, fœminam me-
 bris omnibus dissolutam cum Roberti sacrificio re-
 terfuisset, & concionem de perpetuæ Virginis lau-
 bus (agebantur annunciantis Angeli feri) iambibus
 attentis & beneuolis excepisset, restitutam san-
 Dicamus quod sancti opus Virginis Mariæ fuit, san-
 ægrotam miserantis, mixtasque Roberti preces
 dientis.

DE DVOBVS MIRACVLIS PER VIRGINEM MARIAM EDITIS.

*Marsilius
 Ficinus lib.
 3. de relig.
 Christiana.
 4. 10.*

PVELLA quædam, quæ membra neruorum
 contractione torpida mouere non poterat,
 quod ingrediendi vsus liber illi non esset, p-
 sterioribus sui corporis partibus, quas natura
 dendum instituit, pro cruribus utebatur. Item huius
 Florentinus, nomine Bidellus, qui obtusis, obtur-
 que faucibus loqui non poterat, cum se Virginis
 ius est Anconæ celebre templum, serio commente-
 sent, sanitatem impetrauerunt. Notus erat ante
 populo morbus, nota puellæ debilitas, notum
 delli ex linguæ impedimento silentium, alteram
 serè reptantem ciuitas sæpissimè viderat, altitudi-
 fantiam millies fuerat miserata, idemque illi
 pulus Mariæ sanantis ope. fœminam solutè p-
 tem aspexit, Bidelli que linguam expeditam
 rectè loquentem est admiratus. Tan-
 tum virginis inuocatio va-
 let fidenter emif-
 sa.

D

C

mauit,
 visitaret
 pressa g
 In tanta
 me form
 sarius H
 uit. Mari
 xit, qua
 quedam
 deret sit
 ope voti
 voto; na
 puer pa
 Coletam

DE

Q

colibus f
 paralyfi
 se open
 Virginis
 fleq; fer
 venire
 xerat, a
 Virgo
 virginis
 pectu c
 creatu

DE COLETA SACRA

Virgine.

COLETA sacrarum virginum quandam familiam, Christi & eius matris imperio, ac D. Francisci primi institutoris regulam conformavit, & cum aliquando suum quoddam cœnobiũ visitaret, lingua ita retorqueri cœpit, vt in imum depressa guttur, loqui non posset, atque adeò respirare. In tanta anxietate humanissima quædam; & maxime formosa puella subuenit, quam Coletæ confessorius Henricus Virginem Deiparam fuisse affirmavit. Mariam Dei omnipotentis matrem Coleta dilexit, quam vicissim Dei patens amavit, & cum soror quædam in remoto cœnobio Coletæ videndæ arderet studio, Mariam Virginem imploravit, cuius ope voti se compotem fore sperabat, resque cessit ex voto; nam scœminam formosissimam vidit, quam puer pulcherrimus sequebatur dictitans, illam esse Coletam.

*Stephanus
Iulianus in
eius vita.*

DE QVODAM FRUMENTI

molitore.

QUIDAM Belga ex illorum numero, qui tritici grana fluuiatili machina conterunt (molendinarios vulgus appellat) moribus ita factis fuit, vt omnibus esset ordinibus gratiosus; hic paralyticus toto triennio passus, laborare, inque suis se operibus exercere non poterat; quare beatissimæ Virginis opem assiduis precibus implorabat; molestoq; ferebat, sanctissimæ Matris serijs in templum se venire non posse, membra enim morbus ille contraxerat, ac se domi tenebat inuitus. Huius cubiculum Virgo purissima nocte quadam ingressa est plurimo virginum comitatu: Mariæ Matris, virginumque aspectu cæterarum dici non potest, quàm sit homo re-creatus, tantaque ei oborta lux est, vt Virginis Mariæ

*Tilmanus
Bredenbachius lib. 2.
sacrarum
collatio. ca.
30.*

socias agnosceret, & quod cuique nomen esset, placidè perfectèque sciret, in hoc gaudio vxorem incipit, ut vigilans tantæ voluntatis sit particeps, dormiens nihilominus, somnoq; astricta grauiore, Dei matris præsentiam non videt, quam fortasse videri nocebat: ægrum diua Mater alloquitur, suspiria & gemitus audiuisse ait, voti compotem fore, si ad sanitate deportetur. Multa etiam de cladibus Belgio impendentibus huic paralytico cœlorum Regina dixit, vetâs nē arcanum illud cuiquā aperiat, tunc ad pœnitentiam cunctos adhortetur, quæ Dei ira mitigare solet. Ille integerrimæ matris & voce & aspectu mirabiliter recreatus rogat se ad Ecclesiam adduci; vbi in templo fuit, ijs qui se gestauerat, misit me inquit facitore; dimissus quindecim ipsos gradus per quos ascendebatur ad altare virgineum, solus peruadit, aræ assistit, & ex Virginali promisso tributorū optatam sanitatē solidatēq; consequitur, ut tam molendinarius illo ex die minime malam tantat in melius, templum Virginis frequentat illud sibi seque penitus ac totum Deiparæ dedit, suæque generos homines ut voluntarijs pœnis Deum irati placare ex præscripto Virginis admonere non desinit. Reuoluntate libenter, vel genibus nixum atque reptantem se profitebatur esse aditurum, dum modo vel ad punitum temporis pristina sibi visio redderetur. Hæc quæ Thoma narrauerat, vir in primis doctus, & fidei pro concione testatus est, ad Mariæ castissimæ religionem in hominum animis ingenerandam, multas hæc memorans ab auditoribus lachrymans, letitia & pietatis testes preffit.

DE QVADAM RELIGIOSA
virgine.

Ludovicus
Granatensis
de symbolo
fidei, part.
2. sect. 10.

IN cœnobio Lusitano virginum, quæ D. Hieronymus
dum ducem antesignanumq; sequuntur, quædam
tales in

Cozi. A
mus cu
nasterij
in graue
atque t
mis epil
miserum
ceteris
que la bo
virgo in
bat. Cæ
uitas, a
vique ac
tus exer
sinato c
nabula p
quo puer
decumbe
tanti par
tante n
et, annue
poterat)
cuis illa
tenenda
que con
tu tibi t
rit, qua t
etiam at
rum al
in terrar
mali su
quibus
alium p
geque p
virtute
tales in

Cozi. Alcobossanæ ditionis, hæc quæ iam narrabimus euenerūt. Ineunte Octobri quædam huius monasterij nouitia nondum annum egressa duodecimū in grauem morbum incidit, cuius dolores, cruciatus, atque tormēta enumerare longum esset; nam inprimis epilepsia laborauit, aliaque inualetudinis genera miserum puellæ corpusculum tentauerunt, id quod cæteris sacri illius chori virginibus miserationi fuit, quæ laborum dolorumque testes essent, quos misella virgo indies noctesque sine aliqua leuatione perferēbat. Cæterum doloris in longinquo illo morbo grauitas, à festo diui Martini Turonensis Episcopi die, usque ad ferias Christi nascentis, nouitiam vehemētius exercuit, quo tempore religiosæ fœminæ in destinato quodam monasterij loco Christi Iesu incubula posuerunt, ac præsepè de more fabricarunt, in quo pueri Iesu nostræ salutis authoris pulchra imago decumbebat; aderat sanctissimæ Matris effigies, quæ tanti partus lætitiâ præ se ferebat. *Quæ* runt de egrotante nouitia sacre sorores, velletnè ad præsepè deducant, annuentem brachijs (neque enim ingredi pedibus poterat) manibusque deportant, puero Iesu sistunt, cuius illam ipsam imaginē morbosæ, puellæ manibus tenendam tradunt: illa ad Virginis figurâ effigiemque conuersâ, non antè, inquit, Mater clementissima tuū tibi filiū reddam, quàm mihi sanitatem restituerit, qua tibi seruire queā, & sedulò famulari, quæ verba etiam atque etiā tum sponte sua, tum hortatu sociarum alacritate iterabat: paulò post sese ægra deiecit in terram, ibique aliquantisper sopita permanfit. Sociæ mali suspicionē grauioris, puellam euigilare cogunt, quibus illa quid me, inquit, excitastis, aliam Reginā, alium puerum, aliudque præsepè longè melius, longèque præstantius intuentem? his dictis, pueri Iesu virtute mirabili, misericordisque matris auxilio, quæ tales in tam tenera ætate, tamque noxarum experte dolo-

dolores miserata est; è terra ita valens & firma facta
 xit, vt pristini doloris vestigia nulla remanerent, nec
 eam priùs ægrotasse, rem nescientibus probabile
 ret. Obstupescunt sorores, gratiasque certatim agunt
 ob tantum & tale miraculum, quæ porro morabun-
 rio præerat, vni ex sororibus mandat, vt rei historia
 cum ipsa dierum & personarum notatione per-
 bar; fecit illa verè ac fideliter, historiamque re-
 temporibus, & grauissimarum mulierum confes-
 ne & iureiurando testatam. Ludouicus Granzierus
 id est, Hispanus Chryostomus se legisse confirmat.
 Cùm autem Cardinalis Henricus, ac postea Portu-
 galliæ Rex inclytus, suæ ditionis monasterium illud
 inuississet, nouitiam hæc à sanctimonialibus de-
 stratam, quæ in natalitijs Christi salutem diuinitus
 recepisset, gratulabundus aspexit.

*Scriptore
 Nicolao
 Orlandino
 in Societa-
 tis annali-
 bus 1584.*

DE MEXICANIS.

NON sileri patiar, quanta sint Indorum
 uersus ægros officia, præcipua enim hu-
 gentis laus ea nimirum est, quæ in eorum
 cebat Episcopo, charitas singularis aduersus morbo-
 ægros: itaque nunc valetudinarij, & hospitium
 ædium summa cura est, nullum oppidulum, vnde
 ter xenodochium, quo summa humanitate cum
 regni omnes, tum maximè sacerdotes, ceterosque
 recipiuntur, nosocomium aliquod promptum
 tumque non sit ex ædificijs omnibus nobilissimis
 sæpeque sua amplitudine superans oppidum. Nam
 hæc valetudinaria reditus habent, & tamen multo
 quam multa ex optimis Hispaniæ nosocomia
 ministrantur. Eius rei causa institutæ sunt sodalitates
 quædam ex ijs hominibus, qui suam operam
 ægrotis; his pro vicis oppidi in singulas hebdomadas
 das agrorum ministerium curaque diuidunt. Illi
 igitur sua cuique viro recurrit hebdomas, excu-
 rantur.

ædibus
 mesticis
 quibus
 eos pra
 impend
 quem su
 ex efcule
 mantilib
 ab eiusde
 stodi, ac
 suam qu
 tur ab ec
 tempus
 materia
 syluæ no
 hora, sex
 tendunt
 rebus sim
 apparat
 turde ac
 madæ m
 nusque v
 tum dap
 mundifi
 quam su
 rit, aut æ
 deprehe
 enim a
 conuol
 sella æg
 bonis d
 Expiat
 omnib
 noctefc
 rum ne
 az late

ædibus omnes viri, sc̄eminæque cum liberis, ac do-
 mesticis, obferatisque foribus ea secum ipsi deferunt,
 quibus per hebdomadam pascant ægros, nihil vt in
 eos præter id, quod sodalium charitas domo attulit,
 impendatur. Est suus cuique vico præpositus, apud
 quem sua quisque deponit, quæ parauerit ægris, non
 ex esculentis modò, sed ex mappis etiam, toralibus,
 mantilibus, cæteroque cultu mensarum, quæ omnia
 ab eiusdem vici sodalibus in commune collata cu-
 stodit, ac dispēiat dux ille, quem dixi. Sed antequam
 suam quisque vicus hebdomadam incat, præmone-
 tur ab eo, qui præest, septem antè diebus, quod illi
 tempus in conuehenda lignorū strue, atque ignium
 materia consumunt: & quamuis propè oppidum
 syluæ non desint, tamen quum sint ignis pabula me-
 liora, sex octouè millia passuum materiæ causa con-
 tendunt. Sc̄eminæ in quærendo frumento, farina, &
 rebus similibus occupantur, tum ad nosocomiū quæ
 apparauerint deferunt, eaque certo in loco condita
 tunc ac diligenter asseruant. Qui verò suæ hebdo-
 madæ munus expleuerint, cæteris locum dant, alte-
 riusque vici sc̄eminæ cura suscepta cōficiendis ægro-
 rum dapibus, coquendisve se dedunt, easque quam
 mundissimè præparant. Viri aut cæduam syluam,
 quam superioribus diebus apud se quisque congesse-
 rit, aut ægra corpora, quæ in oppido vel extra oppidū
 deprehenderint, in nosocomium conuehunt; cum
 enim quispiam ægrotat, vel nutu sodales admoniti
 conuolant, & quaterni seniuè, impositum lecticæ vel
 sellæ ægrum ad nosocomium deferunt, sed confes-
 sionis & Eucharistiæ causa ad nos prius deportant.
 Expiatus sacramentis collocatur in lecto, ei que rebus
 omnibus opportunè consulitur, in nosocomio dies,
 noctesque: viri per noctem vigiles assident, vt ægro-
 rum necessitatibus quam celerimè pareant, sc̄emi-
 næ latent, & quieti se dedunt. Si quis ab extremo pe-
 riculo

riculo non procul absit, exeuntem sacramento curam
 vngendum, eiusque exitum pijs precibus adiuvant
 & oratione cōfirmant. Vt hominem mors extorret
 coguntur omnes, ac si mortuus inops fuit, suis
 opibus curant funus, non sine pompa. In moribus
 leuissimis, antiquissima cura est, mederi arum
 cramentis, priusquā admoueat corpus medicamen
 durū enim putant ac formidolosum, accedere me
 bo medicinam animi non præcipere. Quod si quæ
 prius opprimat mors, quàm aut cōfiteri peccata
 ritè inungi potuerit, nihil æquè cōmiserant, atq
 iusmodi casum. Hæc omnia hodie quoq; tam
 studioseq; seruantur, quàm si nūc primum instituta
 essent, tanta vis fuit tum exēpli, tum doctrinæ
 pastoris Vasci de Quiroga, qui anno huius seculi
 præpositus nouis hisce Christianis Episcopus est
 annos duodetriginta Mexicanam rexit Ecclesiam
 hoc omnis salutis initium, & instituta adeo salutaria
 vt in his locis stet hodie Christiana religio
 tantum legibus institutisque seruandis. Itaque
 mirum si ita se declarat his hominibus Deus, vt
 rissimè sermocinari cum simplicib* videatur, quæ
 genere ea nostri viderunt, & acceperunt, vt nisi
 firmis testibus niterentur, vix ea crederent sapienter
 Ægris solitam esse cœli Reginā solati & auxilium
 se spectandam offerre, nimirum vt eorū erga se
 tatem (semper enim in suis calamitatibus hac
 fugiūt) ac quasi mercede cōpenset, sequenti ex
 liquet. Inda in valetudinario graui affecta morbo
 mni humana ope destituta, amissa omni cupiditate
 cibi, vidisse dicitur admirabili splēdore mulierē, quæ
 cibos præberet ægris, duabus comitatum pedissequis
 quæ lances, prandiumque suis manibus sustineret
 cumq; ea propius accessisset, tum vehementius mu
 lieris pulchritudinē admirata, indignumque sibi
 visum tali dignitate fœminā tali in loco versari, re
 nazca

nitamq
 eam eni
 ret, se au
 tharina
 mum co
 disse ma
 riam Vir
 rabiliter
 hæc eade
 ob rem r
 vbi que fa

D E

V E
 B.
 en
 plus effig
 ptor Eua
 sifusius ex
 lebratur, b
 tum, cui
 facendos,
 mam Virg
 faus Facit
 videt se in
 ordinem a
 bant vol
 amia pulc
 specie, par
 duci deu
 stia, vbi
 aduertent
 aduut ter
 tum se fa
 spali do

nitamque à duabus esse comitibus, ne quid timeret, tam enim esse celi Reginam, quæ suos ægros inuifere- ret, se autem eius esse comites & ancillas, alteram Ca- tharinam, alteram Magdalenam, quæ cum eius ani- mum confirmassent, postea mundissimam præten- disse mappam, velut ad mensam, accessisseque Ma- riam Virginē, & cibum in os inferuisse, quo illa mi- rabiliter recreata ad sanitatem est repente perducta: hæc eadem visâ multis euenisse cognouim⁹, & hanc ob rem magna sit nosocomij religio, est enim hæc ubique fama, sedem in eo suam B. Virginem elegisse.

DE QVIBVSDAM SA-
nitatibus.

VENEFICIA commutata cum inuocatione B. Virginis, & patrocinium illa erga suos cli- entes rebus affirmat. Nostro in templo est i- plius effigies ad eius quâ fecisse dicitur B. Lucas scri- ptor Euangeliorū exemplar efficta; succumbā oneri, si fasius explicare aggrediar, quæ de hac miracula ce- lebriatur, breuiter aliqua meo more percēsebo. Ægro- tum, cui nulla ab hominibus spes vitæ, admonebat sacerdos, vt votis precationibusq; fatigaret sanctissi- mam Virginem, à qua secundum Deum est hominū salus. Facit quod erat admonitus, consopitur somno, videt se in opacum duci nemus, quod dispositæ in- ordinem arbores, patulisque diffusæ ramis ostende- bant voluptati dicatum: hic sceminam conspicit ex- imia pulchritudine, in cuius gremio puer consimili specie, pat eius exemplū in eade nostra. Hæc inter tam dulci deuinctus est voluptate, vt absterfa omni tri- stitia, vbi solutus est somno, solutum etiam se anim- aduertent ægritudine, qua tenebatur, vix diluxerat, adiuu templum, gratisque actis Mariæ hospitali, sa- tum se sacerdoti miranti ostendit; Duo alij in ho- spitali domo correpti erant eo morbo, è quo pauci conua-

*Franciscus
Bencius in
histor. sedis
Pascuaren-
sis & Ma-
rillana, ijsdē
verbis.*

conualefcunt; alius diffolutis manibus ac pedibus veluti truncus affixus in lecto, vt non poffet in latus fe vertere: debilitate indies inualefcente, deducti funt in templum, expiati animæ fordibus communicarunt, humiles preces fuderunt ante aram beatæ Virginis, non multo pofft pedibus fuis falui reuertent. Erat inde mulieri puer, quem quot noctibus cum cubaret, abripi fibi à latere sentiebat, deinde reponi, quod raperetur ignara; ipfe puer interea vitali fpiritu indies egefto lenta tabe properabat ad finem. Hinc etiam puero à deductione in ædem, à lustrali aquæ afperſione, à comprecationibus facris remedium quaeritum.

DE QUIBUSDAM MIRACVLIS.

*Idem in
Annalibus
1588 in hi-
ſtoria do-
mus noſtra
Neapolita-
na, iſdem
verbis.*

IN multis maiestatem auxit Virginis non frustra eius imploratum imminente morbo preſidium. Matronæ nobilis, quæ à nobis erat alieniore animo, filius lethifera lue comprehenſus, per omne corpus graſſante, & irrita remedia ſentiebat, & medici deſperantes. Accerſuntur ad extremum ſacerdotes è noſtris, ad quorum genua mater peruoluta cum lechrymis, en meus, inquit, filius me miſeram reliquit, intercedite vos, & veſtris apud Deum precibus abeuntem retinete; admonent noſtri ſpem in Deo omnem ac Deipara collocandam. Fecit nihil hæſitans: mirum dictu, eo ipſo temporis puncto retro agi morbus cœpit, & alleuari adoleſcens, ſic proſeſ, vt non multo poſt apparuerit, qui humanis conſiliis non poterat, diuina ope ſanatus. Pari nobilitate mulier altera ægrotabat, ſalutis incerta, alloquium expoſtit vnus è noſtris, à quo erecta eſt in ſpem valetudinis, ſi Virgini ſe commendaret; at illa poſt eius abſiſſe exire omnes à cubiculo iubet, tum ad Mariæ imaginem manus tendens, Dei mater, inquit, ſanitatem petenti reſtitue, vt valenti corpore & animo valeam

tibi imp
animum
mia pulc
ſam ma
bono ead
eptam: n
nis firma
patriam r
adminiſtr
bitum abe
ruit ſolatio
decumben
neis incon
dine orauit
deſulſa. Is
pore, vt aliq

DE

A No
ta la
num
tatem, adm
Virginis du
adoleſcentiu
miorum ſe
regioſorum
nus ſaſto &
rum. Adole
nis inanibus
ſuſpicionem
mitteret, ab
patis, vbi ip
herculam, cu
coneratam m
aliceret. No
menis imb

tibi impofterum deferuire. Hęc cum dixiffet, vti egrū
 animum folet, fomnus cepit; videt per quietem exi-
 mia pulchritudine ſœminam, quę leniter apprehen-
 fam manu obuertit in alteram lectuli partem, dein
 bono eam animo effe iubet, quali quod ſperaret ad-
 ceptam: nec vanum fuiſſe ſomnium, fides valetudi-
 nis firmavit. Ex ſodalium numero vnus ægrotus in
 patriam remittitur, addidit ſe collega comitem illi, &
 adminiſtrum quamuis ignoto. Ita noctu etiam cu-
 bitum abeuntibus reliquis ægrum ſeruabat, nec ca-
 rit ſolatio, viſa vt dicitur Deipara præbēs potionem
 decumbenti, qui tamen cum morbi pertinacia, & iti-
 neris incommodo fieret deterior, ſimul pro valetu-
 dine orauit virginem, in ſpem vitæ redire cepit febrī
 deſuſa. Is nunc Neapolim reuertit confirmato cor-
 pore, vt aliquando ad noſtrum ordinem aggregetur.

DE DVORVM SANITATE.

ANNO 1586. vnus noſtrum iam ſerè deſpera-
 ta ſalute, cum hortatu præpoſiti Prouincialis
 nuncupaffet votum ad B. Virginem Laure-
 onam, admirabiliter perſanatus eſt. Sodalitas Marię
 Virginis duplex, externorū vna, ſtudioſorum altera
 adoleſcentium, è qua proximè academia effloruit, è
 maiorum ſodalitio vno anno viginti ſe lectiſſimis
 religioſorum familijs addixere, decem noſtrę. Ex v-
 trius facti & alterius diſcetur, quę ſit virtus ſingulo-
 rum. Adoleſcēs ſatis ampla familia, cum abiectis cu-
 ra manibus totum ſe ad ſeria conuertiffet, venit in
 ſuſpicionem apud ſuos, nè rebus humanis nuncium
 mitteret, ab hoc ſtudio, vt auocaretur illecebrā volu-
 ptatis, vbi ipſe meridiari ſolebat, eo immiſerunt inu-
 terculam, cui nihil erat boni præter pulchritudinem,
 conſeruatam magnis promiſſis, ſi animum adoleſcentis
 auerteret. Non potuit illius ſcorti delinimētis capi, nec
 venenis imbui pudicum pectus, ſed os illud ſerenum

ijs conuicijs verberauit, vt premortui quanquam pudoris scemina magno cum rubore discesserit. Deorum etiam adolescentium tentata pudicitia euentur. Dextra cuidam intumuerat, in eam modice excrecente indice, vt ne totum corrumpere magis, esset ignis adraouendus: indicauit hoc tunc cum inuisentibus, molestiaq; sibi ait accideret, quo ad sacerdotium perueniendi (erat enim sacra minister) aditus præcluderetur, vnum solum restaret fugium Deiparæ patrocinium; nec spes irrita commendatus sodalibus eo ipso die, quo dignus exurendus, sanus & gratulabundus ad sodalium accessit. Hæc Bencius, quæ nos & si non omnia sanitate corporis, in vnam tamē classem coalescentibus ne Scriptoris diuideretur historia. Extrema quoque argumenti propria fuerunt, media castissimis capitibus omittere nolimus, vt scita prodigia ponendi tam sæpè nouas historias onere leuauerit. Neque verò in his capitibus distinguendis tantas nobis leges imponimus, vt quæ ab his scriptoribus mutuamur, eodem referti volumus: tamen enim apta ducimus, quæ Deiparæ commotionem quomodocunque habere videantur. Quod si men nē ipsa aberratio doctis & sapientibus conturbetur, operam dāmus.

DE QVIBVSDAM MIRACVLIS
Virginis Lauretana.

Bencius in
Societ. An-
nalib. 1590.

PLVRIMI annorum omnium nosse multi ad concordiam reducti, reducti numeri ad sanitatem mētis, & probitate; Sanctissimum est enim templum, iustitiam gione celebre, & miraculis illustre. Recentissimum proferentur: quidam contractis totius corporis uis subalarium ope adminiculorum ad natiuitate Mariæ domū fiducia plenus petrepsit, in

effigiem p
lium, rei d
liar: Sacer
verticem
per artus i
nam in pri
quo strepit
strum, cu
quibus in
numento
bus saluus
ipso Virgin
vehement
infocund
fuit, partu
dem natali
preces ad m
se voti dam
magnitudi
nis iudfre
acribillim
relerè vex
tem specie
adductum
actioni datu
numen ad
inde redit
fugit, eius
peregrinat
votum nu
tux rega
stendam e
animum
eo morbo
domestic
Deiparā v

effigiem piè veneratus, Virginisq̄ue implorans auxili-
 um, rei diuinæ intererat, quæ tùm fortè fiebat : cùm
 licet Sacerdos, venerandumq̄ue Christi corpus supra
 verticem attollit, ægro primùm sudor, dein' frigus
 per artus iit, nec ita multo pòst sibi visus recalescere,
 tum in pristina redeuntibus integris nervis cùm ali-
 quo strepitu valens surgit, dein' per sacerdotem no-
 strum, cui rem totam exposuit, suspensis fulcris,
 quibus in veniēdo vsus sustentando corpori, vt mo-
 numento essent recuperatæ valetudinis, suis pedi-
 bus saluus reuertit : Alius vir honestus ac pius, cum
 ipso Virginis natali Lauretum attigisset, Deiparam
 vehementer orauit, vt ex coniuge multos iam annos
 insecunda prolem impetrare dignaretur; auditum
 fuisse, partus ostēdit; vertente enim anno nempè eo-
 dem natali Virginis die, eademq̄ue hora qua fuderat
 preces ad matrem Dei, pater est factus, vt intelligeret
 se voti damnatū. Audite postremum, quod propter
 magnitudinē est in plures vulgatum. Ioannes Anto-
 nius Iudæus ex veneta ditione, miserabili morbo,
 acerbissimoq̄, cruciatu membrorum dies noctesq̄ue
 miserè vexabatur; auxerat dolores corporis per quietem
 species menti obiecta : viderat se ad Dei tribunal
 abductum, eoq̄ serente sententiam, iam mortis ex-
 actiō datum. Nec propterea animum despōdit, orat
 numen ad delictorum expiationē prorogari vitam;
 inde velut emerfus somno ad iudicis Matrem con-
 surgit, eius patrociniū enixè inuocans, vouetq̄ue
 peregrinationem Lauretanam, si suppetat vita. Vix
 votum nuncuparat, cùm in medijs doloribus Dei ge-
 nitrix regali cum corona pariq̄; vestis habitu ei se spe-
 ctandam offert, mox procumbentem in genua bonū
 animum habere iubet, productam sibi vitam, neque
 eo morbo moriturum : statimq̄; homine appellante
 domesticos, hortanteq̄ue, vt vna secum supplices
 Deiparā venerentur, abiit sublimis, vniuersis qui iam

accurrerant, ingenti stupore defixis: Non ludibria oculorum fuisse probavit euentus; exemptio expeditus morbo Lauretum cōtendit, vt se videret. Cæterum vt contemplatus est simulacrum virginis, quod nunquam antea viderat nec sanum viderat, quale esset, affirmavit esse imaginem quam conspexerat domi, vt facillè agnosceret tantum beneficium Lauretanæ sedi offerendum.

DE QVIBVSDAM ALIIS
miraculis.

*Ibidem de
histor. colle-
gij Neapoli-
tani, iisdem
verbis.*

FORVM, quæ de hoc Collegio miri post magna pars vtrique congregationi aliàs scriptū debetur. Ex vna octo fecerunt fieri ad nostros, nouem ad alias familias regiorum. Ex altera exceptis quatuor, viginti sex in cœnobia ingressi. In his vnus capucinos adiun- quibus cum domicilium struxisset, suo sumptibus etiam additus, decem aureorum milibus fructibus. Reguli cuiusdā auertere eum conantis a- sito, eludit blanditias, & verba contempsit, non- pta contumacia, sed causa meliore. Tum ad scripsit gratias agens beatissimæ Dei matri, se nouæ institutionem vitæ, & in ea constanti- ferre acceptam. Vtriusq; porro sodales vt in per- dis laboribus Christi causa, & aliorum salutis iam in perpetendis iniurijs inuicti. Cum ex- vnus à propinquo ducentos aureos sibi debita- sum primò, dein contumelias, ad postremum- bera æquo animo tulit. Alter percussus alia- percussoris nomen detulerat. Vt eum reducere- amētia, nostrum admonitu remittens offensio- stitit ab incepto. Et ostendit Virgo esse sibi con- rum religionem. Id adeò patebit his paucis ex- nocte vnus Sabbathi inter dormiendum pugna- titus ab inimico est, sed aberrante manu, an

Deiparæ m-
cendit, ho-
inter nauis
pessus to-
cidissent a-
cimur fluc-
ne vt mari
tempestate
nus se perfo-
lud, quod
quo calu a-
disset, (fact-
beret lesun-
nauit) ost-
in ius defe-
tricus illustr-
pugionis in-
re atque im-

DE S

COn-
pie-
im-
alter, cum
ne ingressu
desperata v-
Preceptor.
eius man-
sibi, post p-
ceps ad p-
cientiæ vi-
eius inter d-
lecentium
nos ad scri-
paratus ex-

De

Deiparæ nutu, obliquum vulnus in viscera non descendit, hoc facilius ipse ad ignoscendum. Alter cum inter nauigandum (Melitam contendebat) graui oppressus tempestate, vt increbrescentibus ventis concidissent animi nauatarum, nec restaret aliud, nisi decimus fluctus mersurus nauem, in vltimo discrimine vt maris stellam inelamauit, salutarem agnouit, tempestate sedata: eiusdem auxilio Turcarum manus se persequentium effagit. Non minus mirum illud, quod sequitur: vehebatur alius rheda, is nescio quo casu an succussantibus rotis, cum è latere decidisset, factum non caperet fidem nisi authorem haberet Iesum & Mariam, quos ille in periculo nominant; post earum transitum incolumis surrexit. Ita in suis defendendis terra marique Virginis hospitalitatis illustre præsidium fuit. Enituitque mira sanatio pugionis in vno, totarum in altero, præuento vulnere atque impedito.

DE SANITATIBVS ANIMI

& corporis.

Congregatio Parthenia duplex, atque vt de pietate aliquid dicamus; adolescens puella improbitatem sapienter coercuit, ægrotus alter, cum à præceptore monitus vouet pro valetudine ingressum in congregationē, reualuit. Sed & alius desperata valetudine conclauatus ferè iacebat, orabat Præceptor, qui eum inuiserat, iusculum accipiat de eius manu, noluit is se otari frustra, accipit vim faciens sibi, post paulò quasi excitus somno, ad se, ac deinceps ad pristinam valetudinem redit, medico obedientiæ virtutem extollente, quam in nostris curandis interdum esset expertus. Ex hac institutione adolescentium duodeviginti priore anno inter Capucinos adscripti. Reddam nunc pauca, que in posteriore pietatis exempla. Iactabatur puer sibi per aliquot

Idem de histor. collegij Dolani Provinciae Lugdunensis, ijsilem verbis.

menses, quæ ei videbatur mortem allatura. Venit
 mentem votû dicandi se misericordiæ Matri in
 sodalitis, idq; die ipso nunciati auctoris nocte
 tis, statimq; mortis periculo, & continuatione
 liberatus est. Neque Dei genitricis beneficium
 continebant parentes, in quartanam cum
 esset vis morbi, recurrente die sacro inuisenti Vap
 Elisabetham, placuit matri memori eius, quod
 antè mense euenisset, puerum adducere in
 sacellum, confessioni faciendæ; fecit, sanatus reu
 remanserunt tamen puero vires ita attenuatæ, ut
 mouere vix posset, itaque cogitauit religiosa
 perfectricem eam fore mirandi operis, quæ fuerat
 cœptrix, & ad montem Rolandini (nomen eius
 pli, vbi multa miracula propter mœnia vrbis) iu
 cendum statuit; igitur equo vectus, ipsamq; imp
 fus ædem scipione vtrique innixus, aucto
 (mira res, sed vsitata benignitatis patet) reli
 pionibus, vt monumentum essent beneficii, imp
 eos vltra requirens, suis pedibus redijt domum, v
 tate cum diuinis laudibus ad spectaculum accu
 te. Non minus mirû, quod sequitur: vito
 erat fili' dissimilis patri, etsi enim v̄taret ad
 scholas, tamen difficile erat vincere naturam. Co
 humana remedia irrita essent, vt diuinum exp
 tur, parenti cedit: sanctè expiatus, perceptis
 ristia rem multis precibus Deo commendat.
 tus est eo ipso die puer Christum Dominum
 visus increpantem, ac ni patri statim pareat
 viuendi ratione, atrocia minitantem, illicoq; cu
 ptus est grauissima febris, quæ annum durauit. E
 cunque releuatus, cum Dolam ad litterarum
 rediisset, oblitus Dei minarum nescio quomodo
 congregationis p̄fecto oratus est, vt describere
 dalium nomina, nō sine diuino nutu, cum ipse
 lecto numero non esset: hoc dum facit atterit

dite mira
 ro affirm
 beatissim
 cis, nec ce
 tatusq;
 longam p
 obiectam

DE

DE

mium qu
 ferè quin
 tos, cōcub
 luerunt. I
 fuit Labo
 perisep̄ eg
 ad multa
 sed nihil
 borando
 bar labori
 endotes
 alia faciū
 sacerdos
 etione à
 cebant p
 zgotian
 que t̄m
 montib
 mediu
 rum; in
 tanda, e
 paroch
 bantur
 periten

dite miraculum, quod nostri audisse se de eodē puero affirmante perscribunt) offert se ei spectandam beatissima Virgo, hoc age, inquit, rem mihi gratā facis, nec ego vsquam tibi abero; hoc viso territus, lætaturusq; auidē adscribi in sodalitiū petit, nec nisi post longam probationem admissus. Non vanam fuisse obiectam speciem, vocemq; rebus ostendit.

DE QVODAM ÆGROTANTE.

DE fructibus Potosini Collegij multa ad patrem Prouincialem scripsit pater Robertus Armonius, è quibus pauca seligentur. Ac primum quoad grassata est pestis se vno audita hominū frē quinque millia, de omni vita circiter quingentos, cōcubinas ablegarunt alij, vxores alij habere maluerunt. Ita in rem, bonumq; multorum pestilentia fuit. Labor non contemnendus aut paruus, cum luce persepe egrediebamur domo, nec regrediebamur nisi ad multa noctē, ieiuni quidem vti discesseramus, sed nihilo magis defatigati, tanto minus satiati laborando: fructus enim apparens subinde extinguebat laboris sensum, & in voluptatem mutabat. At sacerdotes nostri nō contenti adhuc reb⁹ effectis, dum alia faciūt, ad faciendum mox alia properabant. Itaq; sacerdotes idem cum socio ad 50. leucas, aut 60. profectio nē a moderatore collegij impetrauit. Equum ducebant pharmacis rebusq; dulcibus conditisq; ad ægrotantium vsus onustum, ita factō erat opus. Neque enim vsquam maior, aut latior necessitas. In vijs, montibusq; misera strages cadauerum, dum ad remedium videlicet properant vitæ morte interceptorum; in oppidis magna ægrotorum vis æquē miseranda, quibus adiuuandis in necessitudine extrema, parochi nō satis essent. Quod si aliquorum, subleuabantur animi, derelinquebantur corpora, vt fame perirent. Igitur sacerdotis nostri hoc consilium fuit,

Ibidem de historia collegij Potosini, in Prouincia Peruanā.

quando non licebat dare operam omnibus, ijs datur qui in grauiore periculo erant. Urgebant tamen etiam valentes, & quasi distributis temporibus diuine horum ægrotorum essent propriæ, nocturnas sibi depulabant, quod si se postulante ut sæpè, in aliud oppidum se conferret, multorum agmina sequebantur, ut nulla quies daretur. Ardebant enim omnes cupiditate incredibile faciendæ confessionis, quam accendebat visus viri ægotantis. Affirmabat visam sibi nocte mulierem eximia pulchritudine in candenti veste, præ dixisse de aduëtu sacerdotis auxilio multis ac solam futuri; cum hoc ad communicandos sermones non fore opus interprete, cum eorum linguam calentem, proinde eluerent apud illud conscientia labes, cuius consilio vterentur. quisquis enim hoc fecerit, non multo post conualiturum. Ægroti somnium viderunt cum vicina circum oppida fama vulgasset, expectatum faciebat sacerdotis aduentum, quem viderunt nisse nunciatum est, mira omnium lætitia, & clamore promissum consolatore & magistrum adesse, qui omnibus opem ferret. Igitur cum populus promotione edoceret, ita probata est concionatoris lingua, ut dicerent externum hominem ita intelligen-tem expedite loqui, non carere admiratione. Viri denique ille æger, & ut sibi dudum persuaserat, breui valitudinem recepit.

I N S A N A B I L E S S A N A T
morbos.

*Ibidem de
historia col-
legij Basai-
ni, ysdem
verbis.*

ANNO postremo instituebatur quidam in fidei, is cum ferè ageret diem extremum, a sacerdote sanctè abluitur, nec mora; assurgit, sine cuiusquam ope ambulare incipit toto personante templo Dei laudibus, ac Virginis matris, in cuius ius etiam laudes Sabbathinæ preces instituta; vocatæ sonorum

sonorum
vitam an
bus depu
multa a
duxerat c
uorum; L
morbo la
dos salut
impositis
huc access
perseuerat
cepit. Mul
neque stan
tiorò poi
valetudine
lus opem

M E M B R

De sancto

IOANNES
malcer
quæ fa
nem profe
prium, ut i
dena præ
veretur, e
ore omni
perator eo
ceps in se
Angelos
diam & tr
na placet,
toritate.

sonorum suavissimo concentu. Quin & tribus aliis vitam animi tribuens aqua, morborum è corporibus depultrix fuit. Quanquam à matre gratiarum multa alia beneficia profecta sunt. Virum vxor adduxerat captum omnibus membris resolutione nervorum; Lusitanus attulit puerum infantem ancipiti morbo laborantem, super hunc atque illum vt sacerdos salutare pronunciauit Euangelium, manibus impositis, bene habuit vterque, Lusitani alterius puer huc accessit, quem destituerat facultas loquendi, cum perseuerasset triduum, linguæ nodus solutus loqui cepit. Mulier ita debilitato corpore, vt neque ingredi, neque stare posset, nisi à quatuor sustentaretur, cum crebro portaretur ad templum, in pristinam restituta valetudinem suis aliquando discessit pedibus nullus opem requirens.

MEMBRA ABSCISSA RESTITUIT.

CAPVT IIII.

De sancto Ioanne Damasceno Ecclesia scriptore mirando.

IOANNISILLIUS, qui à sua ciuitate Damasco *Ioānes Patriarcha Hierosolymitanus.* Damascenus est appellatus, quanta fuerit sanctitas, quæ sapientia, quam singularis conditio, neminem profecto fugit, cuius etiam illud est valdè proprium, vt in veneranda, oranda, & à calumniis defendenda præpotentis Dei matre Maria sæpe, multumq; versetur, de eius foelicissima infœlicitate hæc est in ore omnium historia. Leo Isauricus Byzantinus imperator eorum omnium, qui sacras imagines deinceps insectati sunt, antesignanus & tartareus lucifer Angelos perdens atque præcipitans ad suam perfidiam & tutandam & propagandam, Synodi, si superi placet, adulterinæ, ac falsæ, se suosque assecelas auctoritate, vel, vt melius dicam, vanitate ac furo inepitissimo

tissimo tegere ac dissimulare constituit, ingentisque turbas secta pestilens excitauit, & Ecclesia ac vera religionis causa damnum leue non fecit sacris imaginibus flamma, ferroque deletis. Rugientis Leonis hos impetus & furores noster Damascenus magna ex parte compressit, sceleratissimeque imperatori natus præ cæteris illius ætatis, memoriaque honoribus retardauit, cõsilia fregit, & machinationes impediuit. Nam Damasci in patria tres libros pro sanctis imaginibus, picturisque conscripsit, & cum magna Catholicæ causæ bono peruulgauit, quo opere monachorum animos vehementer irritauit, quæ cum dolerent Damasceni potissimum opera sua fraudes eludi, consilia patefieri, conatus ad nihil succedere, telas denique retexi, quas factorum insidiarum manus compegisset. Itaque qui insanissimi errorum magistri erant, immanissimi etiam teterrimique honoris magistri esse uoluerunt, siquidem innocenter Ioannem apud Saracenum in Arabia Principem innotatæ prodicionis accusauerunt, & mendacissimis insinuationibus suspitiosi Reguli aures oppleuerunt. Ad rumpenda cum externis regibus, cumque Constantino Constantino imperatore inita foedera Leonis manu exarata, consignatasque literas esse epistolam subiectores ita adulterauerant, ut Damascenus esse uideretur illum hostem patriæ, & pacis inimicum, qui literis Leonis animu sollicitum Damascu inuitasset, uenienti portas se pandere professus esset, Saraceni iram augebat Leonis imperatoris altera epistola se Fabricium simulantis, qui perhibent medico non assensisse, qui Pyrrhæ regem, quo cum erat Romanus bellum, uenisse se esse necaturum promittebat. Negat Isaacus esse, qui quos semel in amicitiam receperat, proinde cauere eius, quem domi haberet, & præfectura honoribus

*Plutarchus
in Pyrrho.*

cuius n
stolam
sancta r
ius ex
lis liter
bantur,
rat, ita
stiat epi
tiam pre
rograph
tuerunt
Damasce
que illar
credebat
& eos pa
chicanti
mo e ini
storiam
cemque
gloriam
cili man
tneretur
abrupta
beat, vic
te tyran
tim, ita
cui conse
cenus in
matris i
& suam
Mater c
niti, en
sanctis
nis Le
est pro
cepit, q

cuius nomen ex epistola condiscere liceret, quam epistolam à perfidioso proditore missam imperator fide sancta remitteret, non quidem auctori, sed ei, in cuius exitium faba cudebatur. Damasci regulis binis illis literis acceptis & lectis, & quæ Ioan. falsò imponebantur, & quas Leo pestilens fraudulentè immiserat, ita excandescens Ioannè accersit, vtramque môstrat epistolâ, se defendere parantem, atque innocentiam probare cupientem (neque enim subiecti chyrographi, & artificio expressæ alienæ manus doli latuerunt) furore præuentus anticipat, & immorantè Damascenum publico iudicio condemnat, dexterâque illam abscindi iubet, quæ epistolam, vt ipse falsò credebat, in patriæ perniciem ad externos Principes & eos pacificos exarasset. Sed quæ barbarus ille machinantibus hæreticis in Ioannem Damascenum temere iniustèque constituit, ad orthodoxæ fidei victoriam nobilissimam, & ad veritatis claritatem, lucemque multò splendidiorem, & ad ipsius Ioannis gloriam & triumphû valuerunt. Principio cum præcili manus barbari sententia in medio foro suspensâ teneretur, eâ sibi Damascenus licet à cætero corpore abruptam dari rogat, solatij fore genus, si domi habeat, videat, contempleturque quotidie: haud grauatè tyrannus, cuius vt intermittebat iracundia paulatim, ita inconsiderati, præcipitisque iudicij & supplicij conscientia magis ac magis repungebat. Damascenus in suum sacrarium ingressus ante virginis & matris imaginem prouolutus, lacrymisque perfusus & suam & totius Ecclesiæ calamitatem deplorauit. Mater dementissima, quæ Deum immortalem peperisti, en, inquit, tuncata manus est dextera, quæ pro sanctis imaginibus pugnat. Cuius rei causa immanis Leo sæuiat, ignotum tibi non est; tu subueni, & esto propitia: illa altissimi dextera, quæ de te carnè accepit, quæque tam multa, & tam præclara patrauit,

hanc

hanc meam manum te deprecante restituat, am-
 famque cetero corpori, vt erat antè, coniungat, ac
 còglutinet, vt & tuas, & eius imprimis, què saluo
 dore genuisti, laudes, miraculaque perscribat. Veniat
 te auspice faciat, de rebus diuinis disputationes literas
 mandet, atque orthodoxi cultus, & religionis admi-
 nistra sit. Post pias preces, & amicas querimonias
 etus Ioannem complexus est somnus, viduque
 quiete sanctam illam Deiparè imaginem, in qua
 suspiciens tam multa defleuerat, clementibus ad-
 dentibusque oculis se intuentem, atque ita dicens
 ecce sanata manus est tua, iam fuge pigritiam, siquid
 ex hoc tempore ista dextera calamus scribæ vobis
 scribentis, id quod mihi paulò antè promisisti. Sa-
 gilat Damascenus, manum somni memor aspiciens,
 cum se omninò curatum videt, vehementer exul-
 tat: ergo bene merenti Deo, atque eius sanctissimæ
 matri quam gratisimum se verbis factisque, quæ
 vixit exhibuit. Manum repositam Saracenis etiam
 que Damasci Ioannes ostendit, quo Dei præpotens
 virtus atque diuinitas eluceret, suamque ipse immo-
 tiam, quod Religionis Christianæ maxime interem-
 testaretur. Admirandæ sanitatis, & nature vires longè
 superantis fidem augebat rotunda quedam linea
 magnæ pulchritudinis, quam manus Damasceni
 restituta redditaque seruabat antiquæ sectionis ar-
 mentum, quæ armillæ instar eam partem, quæ
 brachio deuincitur, mirabiliter exornabat, quæ
 barbarus ipse veniam petiit immaturi præcipiti
 iudicij, ac se errasse confessus, Damascenum tempus
 est veritus. Hac quasi comedia peracta sanctus Ioan-
 nes posthabitis mundi rebus monachus factus in
 nem austrium incidit, à quo vehementer exco-
 sportas publicè vendere, proque eis immane pretium
 exigere iubebatur, quin & cloacas eodem imperio
 conuertit, & sine nausea perpurgauit. De sacerdotibus

cui ad V
 reddita
 De Leo
 nullis
 no tacta
 ad anim
 exorasse
 tam esse
 cenfet et
 Damasc
 tilatus e
 nie verit
 Deipara
 isthec, q
 etani co
 li penit
 similitu

MOR
 iam

De sancto

IN F
 unisa
 v
 ginis d
 religio
 quam
 puer, d
 perauit
 valens
 silque
 vinee

cui ad Virginis gloriam Sabbatho sacrificanti lingua reddita est, quam hæretici auulserant, lib. 2. diximus. De Leone Papa sanctissimo simile quiddam à nonnullis scribitur, manum osculo mulieris quasi veneno tactam, priusquam libidinosa contagio pervadit ad animum, sibi præcidisse, pro restitutione Deiparæ extorasse, eaque à Virgine reddita Pontificis duplicatam esse lætitiã. Sed has nugas, aridasque fabulas censet esse Baronius: quod enim, inquit ille, Ioanni Damasceno contigit, cum ab iconoclasta Leone mutilatus est dextera, & sanatus à Virgine, inuersa historiz veritate Leo Papa præcisus manu iactatur, & à Deipara restitutus asseritur. Sed facessant commenta isthæc, quorû imago picta iussu Clementis Papæ octavi consultis viris doctis abradi iussa est, quod nulla penitus reperta sit veritate subnixa, vel saltem veris similitudine colorata, sed leuissimè in vulgus sparsa.

*Annal. lo. 6.
in Leone
magno.*

MORBORVM, AVT VVLNERVM VI
*iamiam morituros Virgo Maria ab ipso interi-
tus limine retrahit.*

CAPVT V.

*De sancto Adalberto Episcopo Pragensi, & Martyre
glorioso.*

INÆNTEM puerum Adalbertum, cum ex gra-
uissima ægitudine penè mortuus iaceret, eiusq;
vita desperaretur à medicis, parètes ad altare Vir-
ginis deportatum Deo, Deique matri sanctissimæ
religioso voto, siquidem viueret, sponderunt; ad
quam parentum pietatem puncto temporis reuixit
puer, & deploratã valetudinem dono Virginis recu-
perauit. Obligatam parentum fidem filius sanus &
valens egregie liberauit, qui literis excultus, Pragen-
sisque electus Antistes cum Bohemos in officio con-
iungere non posset, in monasterium se abdidit, vbi
strenuos

*Laurentius
Syrus de
vitis Sanct.
Aprilis.*

strenuos quosque nouitios tum claritate parendi, tum rerum humillimarum tractatione superauit.

Foco & culinæ sedulam operam nauabat Episcopus, lances tergebat, domum verrebat, aquam laboriosissimè comportabat. Nihil à malo dæmone immissum cogitatione pulsabat animum, quin statim monasterij præfecto detegeret. Inde se ad Bohemos retulit precibus euocatus, cumque iis Euangelicam lucem ostendisset, ad Sarmatas in fide instruendos profectus, tandem à barbaris, de quorum salute laborabat, occisus, pontificiam dignitatem, & monastici gloriam martyrij laurea cumulauit. Vitam Deipara debere præ se tulit Adalbertus, cuius illa prædicta sententia est, pontificatus insignia gestare haud est difficile, pontificij muneris ante Christi tribunal rectam rationem reddere, & æterno iudici officium probare pastoris, hoc opus, hoc summi ponderis negotium. De hoc ipso Adalberto cum sacra quædam virgo familiariter quæsiuisset, cur ex hilari & admodum prono tam seuerus factus esset & mortuus, persistinosque ludibunda mores in memoriam reuocaret, desideraretque; iste, inquit, breuissimi temporis usus, & illa, quæ mihi quondam & tecum, & cum illius sermonis iucundioris consuetudo fuit, luctum meo oculis diuturnum peperit.

DE QUADAM MULIERE.

Leader Adalbertus in uita lordani Dominicana familia secundi magistris generalis.

PVELLA quædam nobilitate formaque præstans à patruo, cui erat à parentibus iam mortuis testamento commissa, incesto uoluntate concubitu, bisque ab eo grauida, bis partum miscamentis abegit, illo ipso, qui pudicitiam eripuerat, sua sorte. Tertio prægnans facta scelus agnouit, nequeque conscientia facinoris, cum neque foetum necesse, neque se cuiquam indicare auderet, ad uoluntariam necem confugere statuit; dumque unam necem re-

formida
gladium
scinderet
diz ma
ut sibi for
mater, &
buta, vel
peraret, a
Cisterciens
tae finem
beatissim
param re
beatissim
ferentis, i
nit ad ten
ueniret ter
aia proce
tition? al
monache
put de m
nare, & c
impertire
DE

IN sur
cense
quino
maluol
sua pont
num in
gium ap
fex verb
reiectis o
restitui
ris, ac se
tannian

formidat, duas execrabili consilio machinatur. Itaq; gladium in ventre ita violenter infixit, medium vt scinderet, durissimoque vulnere sauciata misericordiz matrem inuocat, ac voce supplice comprecatur, vt sibi solita benignitate succurrat. Adest illicò Dei mater, & corporis immanissimo vulnere sanitate tributa, vel Iordanis propediem venturi consiliis obtēperaret, admonuit: id ipsa studiosissimè exequuta, Cisteriensi familiæ Iordanis iussu se dedicat, & ad vitæ finem in proposito perseuerat. Hunc Iordanem beatissima virgo diligebat, Iordanisque virginē Deiparam religiosè venerabatur. Quamobrem in feriis beatissimæ matris Christum filium ad templum deferentis, in matutinarum precum exordio (Ecce venit ad templum) sanctissimam Deiparam cum filio venientem Iordanis aspexit: quæ cum ad maximam aetate processisset, atq; in throno cum filio sedisset, qui thronus altari imminebat extructus à fratribus, visa est monachos ad aram conuersos, & ad Gloria Patri, caput de more demittentes apprehensa filij dextera signare, & choro vniuerso conformata cruce salutem impertire.

DE S. WILFRIDO EPISCOPO

Eboracensi.

IN summa rerum, ac temporum varietate Eboracensem Britanni regni Ecclesiam Vuilfridus annis quinque & quadraginta gubernauit. Semel & iterum maleuolorum inuidia & regum Britannorum iniuria sua pontificia sede pulsus Romani præfulis supernum in terris iudicium, & orbis commune periculum appellauit. Cuius causam cum summus Pontifex verbis magnificis approbasset, aduersariorumque reiectis calumniis Vulfridum cum summo honore restitui debere censuisset, acceptis de hoc ipso literis ac sedis Apostolicæ mandatis, Vuilfridus Britanniam versus iter intendit, reditumque ad suos matura-

*Beda in historiæ Eccles.**Anglicana lib. 5. c. 20.*

maturauit. Reuertentem morbus grauisissimus occu-
 pat: quo indies ingrauescente, suorum manibus, (e-
 quo ire præ infirmitate non poterat) amantissimi
 deportatur. Ventum erat ad Galliarum urbem nomine
 Meldum, vbi aliquandiu subsistere necesse fuit, in
 euentum expectaret. Ibidem sanctus Episcopus mo-
 ti vicinus quatrinduo sine vlllo sensu iacuit, quino-
 tem illucescente die, quasi de graui somno expro-
 ctus, cum suorum luctus acerbos, & lacrymas aspi-
 cisset, presbyterum Accam (hoc illius nomen) con-
 siliatorum, consiliorumque participem aduocantem
 vni, cæteris exclusis, visionem his verbis exposuit.
 hi in extremis agenti quidam adfuit candidissimus
 amictu, qui se Archangelum Michaellem esse pro-
 fessus, ideo, inquit, missus sum, vt te à morte reuocem,
 cuius iam rapacibus vnguibus tenebare. Dostem
 namque tibi vitam Deus, Mariæ Virginis suæ pater-
 nis precibus ac meritis, neque tuorum non lacrimarum
 lacrymæ valuerunt. Quamobrem ex isto morbo
 quamuis grauissimo sine dubio conualesces, in patriam
 peruenies, pristinam sedem, & possessionum maiori-
 mam partem recuperabis, quas Regum iniquitate
 eripuit vis, & aduersariorum extorsit inuidia, deinde
 in tranquilla pace, & in tuo lectulo vitam quam
 terminabis; sed te tamen paratum volo; eiaque
 quadriennio reuertar, ac te reuisam moriturum. Nil
 horum prædictum, ac præuisum esse temeritate
 cessus ostendit; sanatus enim Episcopus est magis
 gratulatione suorum, continuatoque itinere in
 tanniam venit, lecto pontificio diplomate, & Con-
 stanti vicarij incorrupto iudicio cognito, suæ sedis
 restitutus est, & bonorum pars maxima restituta, quam
 que illos vitæ annos pacatè traduxit, quibus
 vitam, vt erat ab Archangelo Michaelle prædictam
 glorioso fine conclusit.

G
 rebus, a
 tum pro
 stris firm
 tione, v
 victum
 thardo
 men pac
 minibus
 Quate
 profana
 stium
 lo dedu
 mira san
 Ganteru
 tem roga
 vt Chris
 tiam sep
 confirm
 therus,
 virginis
 caput, o
 bitione
 loquam
 que firm
 aliquam
 cuncto le
 non im
 sibi fieri
 bio, de c
 habitan
 cit inuit
 nis con

GVNTERVVS ex Thuringiorum nobilitate *Laurentius Suri⁹ in vi-
ta S. Go-
thardi Epif-
cop. sed que-
dam præ-
mittuntur,
qua scitu sa-
lubria sana-
ta puella hi-
storiã red-
dunt clari-
orem.*
prima, vt adolescentiã errata corrigeret, cor-
rectaque bonis operibus compenlaret, suis se-
rebus, ac possessionibus abdicauit, easque ad Dei cul-
tum promouendum templis, templorumque mini-
stris firma donatione permisit: sub ea tamen condi-
tione, vt factus monachus bonorum particulam ad
victum & cultum retineret. Et hæc quidem cum Go-
thardo transiit viro ætatis illius sanctissimo, cui ta-
men pacta illa minimè placuerunt, quæ religiosis ho-
minibus ad perfectionem vehementer obliſtunt:
Quare monasterij petiti remouatur ingressum, &
profana veste adhuc vtentem ad Altabense mona-
ſterium, in quo religiosa disciplina florebat, eò consi-
lo deduxit, vt rudis illius militis animum fratrum
mura sanctitas, vel primo immutaret aspectu. Ibi
Gunterus paulò iam animosior Gothardum Abba-
tem rogat, vti Romam peregrinari sinat, fore enim,
vt Christi Apostolorum ad nouam incundam mili-
tium sepulcri veneratione, auxiliiq; inuocatione
confirmetur non abnuente Gothardo, reditque Gö-
therus, ac denique coram altari beatissimæ Mariæ
virginis cingulum militare deponit, barbam radit, &
caput, oratq; de more fratribus, ac petitis casta am-
bitione suffragiis, omnium voluntate recipitur, & a-
liquam diu ex regulæ præscripto exercitatus, facto-
que firmitatis, ingeniiq; periculo, monachi tandem
aliquando suscepit insigne. Vbi se professione, de-
curſo legitimo spatio, Guntherus obligauit, pacti
non immemor Abbatem adit, petitque potestatem
sibi fieri in patriam redeundi, & in Gelligensi cœno-
bio, de quo in pactione nominatim, quoad vellet,
habitandi, professionem illam Gothardus permit-
tit inuitus, ac temporis expectata medicina, ratio-
nis consilia, quæ sanari volentem sanare citius so-
lent,

lent, consultò prætermittit: nam in perturbato monachi animo nihil tum effectura credebatur. Multa pertulit in illo patriæ cœnobio aspera, aduersus Guntherus; laborisque & paupertatis insolentia in nobilissimas curas incidit, Dæmone ad monachi preciam occasionibus abutente. Illud tamen bono finem quod Abbatem crebrò consulere, & malorum remedia petere solebat: cum autem Guntherus quidem non posset, & quasi in ærumnoso falo nauigare, Gothardo molestus esse cœpisset, vir Dei iuliorum census ardore, lenitate prætermittit, qua tam Guntheri querelas ineptiasque pertulerat, seuerius adhibuit, & in hunc loquutus est modum; videbiter, & effice, vt non in ea, quam Deo pollicuitur obedientiæ stabilitate permaneat, & diuinæ mandata religiosè perfecteque seruias: aut, si ita tibi viuendum est, abiecto monachi habitu pristinas voluptates in bolo suadente, & magistro registes.

His verbis sane quam duris, & hoc sono vocatior, quæ salutariter dicebantur, surdaster audierat, agnitoque errore pactionem malorum causam diraruit, & cupiditatis fibris euulsis ad Altaberis monasterium, in quo cœnobarum, vt diximus, dilectissimè florens vigeat, remigravit, vbi tantos fecit in vitam progressus, vt tertio post anno solitariam vitam cepit. Et quamuis literarum omninò rudis esset, tamen scripturæ sensus callebat arcanos, ac multa non inaudientium tum admiratione, tum salutaris exhortatione ac lacrymis perorabat. Gothardi, qui & Guntherum, & alios multos ad pietatem eruditissimè in Deiparam amor, & pietas non ex altari solum, sed quo monachorum quasi inaugurationes fieri intelligi potest, sed etiam ex his; quæ gessit Epiphanius, templum enim in sanctissimæ Dei Mariæ honorem, sanctique Epiphaniij Ticinensis Episcopi, quod præ nimia vetustate vitium faciebat, multo

renouat
strius.

Ipsaq
tuum,
partem
matrona
mira pu
altare Vi
beatissim
ella: salu
ueria fan
quinto p
diui Got
nar, mur
linata fui
simplicite

DE

S E O
sed t
Gra
scriptor,
ca suscep
emplo, cu
pone no
gebat, ei
videm
pe quart
bus fuit
ellam ge
xit: adde
nar. In h
lore, atq
ne metu
debat) ad
cno cons

renouatum monasterij accessione multò fecit illustrius.

Ipseque beatissima Deipara Gothardum ià mortuum, muneris memor & obsequij, in miraculorum partem & societatem aliquando vocauit. Cum enim matrona quædam Mindensis diocesis fratris filiam mira pulchritudine à medicis desperatam plotans, ad altare Virginis Deum prepotentem, eiusque matrem beatissimam; sanctum quoque Gothardum pro puellæ salute nuncupatis votis obsecrasset, domum reuersâ sanam reperit, & bene valentem: quam obrem quinto post die ad sanctissimæ Dei Matris aram, & ad diui Gothardi tumulum cum illis, quæ spondere, muneribus puellam sistit, & quemadmodum sanata fuisset, adhibitis multorum testimonis, verè simpliciterque narravit.

DE CATHARINA THAIDIA.

SEQUITUR miraculum nostri quidem tēporis, sed tantæ tum veritatis, tum magnitudinis, ut Granatensis Ludouicus grauis nostræ ætatis scriptor, vel hoc vno, si ethnicus esset, Christiana suscepturum se fuisse fateatur, Naamani Syri ex-
 templo, cuius elephantiasim curauerat Elifeus. Olyssipone nobilissima matrona Catharina Thaidia degit, eius familiæ domina, quæ oppidum Villam vniuersam possessione tenet antiqua. Huic annum prope quartum decimum agenti infestus valde morbus fuit, cuius dolor horribilis, atque iactatio puellam generosam ad mortis limen aditumq; pertraxit, ad eò, ut moribundæ funebre linteum pareretur. In hoc virginis periculo, domesticorumque dolore, atque luctu Catharinæ nutrix tã sibi, quam alûnæ metuens (egebat enim & ex Catharinæ vita pēdebat) ad quandã Mariæ sacrosanctæ virginis ædem cecidit confugit, ibi collacrymans, & ingemiscens pro-

*Ludouicus
Granatēsis
de simbolo
fidei. part. 2
sectio. 10.
Reg. 4. c. 5.*

Catharinæ vita sanctissimæ parenti supplicavit. Hæc
 irritus miserorum orandæ patronæ labor. Si quidem
 ad pias (quod credere par est) mulieris ærumose pro
 ces inclinante Deipara virgine, paulatim ac sensim
 examinata, ac penè mortua Catharina, reuertitur,
 melius habere cœpit, cum menses propè quatuor
 grotasset. & verò morbus quanquam remissus
 est factus, tamen eius reliquæ manserunt. Læta
 nistri sæua paralytis, & brachij tanta mobilitas,
 qui illud firmare vellet, brachium statim ei com
 meret. Hæc nouem menses inaudita plaga dura
 quibus optimi quique vrbis Olysiptone, medicæ
 artem frustra tentarunt. interim Catharina ad
 munem omnium Dominam suspiciebat, cuius
 mortis faucibus esset erepta. Mariæ Dei genitricis
 neficia imperfecta non esse, quæ vitam dedisset
 tegram, valetudinem eiusdem esse beneficio & gra
 ritate venturam. itaque ad cœnobium in cuius
 Catharinæ castello situm se deferri postulat. ad
 cœnobij templum Deiparæ sacrum Mariæ Religi
 rû appellatur Religiosa domus hæc est, & perpetu
 rum celebrata concursu. simulatque veniunt
 ac se ante perpetuæ virginis imaginem suppliciter
 nerabunda demisit, anum à tergo audiuit argenti
 lio salutem enixè deprecantem, & clementissimam
 ginæ opem & auxilium intenta supplicatione,
 gnisque gemitibus, & claritate insolita vocis
 rantem. hinc Catharina suæ præcationis summi
 dium; non equidem dubito, quin mihi medicum
 faceres, virgo sanctissima, si huius vetulæ mihi
 esset: oro supplex, vt quæ remedium dare soles
 dum etiam remedij adipiscendi concedas. hæc
 cum pietate & mentis ardore loquuta, misericord
 parentis dono sanatur, & molestissima illa
 quæ corpus magna ex parte contraxerat, repe
 beratur. Catharinam stupor alienat à sensibus

ratioque
 it è terra,
 stæ & co
 turbata
 quæ vero
 gebatur
 uenerat,
 clamauit
 veritate
 iusque m
 Deum la
 cerdotes
 celebraru
 celebrant
 auxiliari ba
 dem facer
 soleat, san
 ex calce. ac
 qua simil
 de manu
 Ludouicu
 tæ lucis e
 to secus f
 non fatig
 nobilissim
 valetudin
 Virginis
 borat, ato
 festis die
 nuo labo
 Ecclesia
 pulan se
 Carmeli
 tro iure
 pagis qu

ratioque suspendit, Dein' nemine sustentante surrexit
 in terra, suisque ingressa pedibus ad matrem Dyna-
 stæ & comitis vxorem, quæ in templo erat, gaudio
 turbata se confert. Matrem similis stupor occupauit:
 quæ verò turba non infrequens (Dominicus enim age-
 gebatur dies) in templum rem diuinam auditura cõ-
 uenerat, miraculum, miraculum magnis vocibus ac-
 clamauit. Hæc cum audissent monasterij patres, rei
 veritate nullo negotio comperta, immortalis Deo e-
 iusque matri largissimis modulatisque vocibus, Te
 Deum laudamus, cecinerunt. Die postero castelli sa-
 cerdotes publica gratulatione, pompaque miraculū
 celebrarunt, Catharina pedibus sacrum Triumphū
 celebrante, quam constabat nouem ipsos menses sine
 auxillari baculo, & fulciete famulo ne vestigium qui-
 dem facere potuisse: & tamen ita conualuit, vt dicere
 solet, sanitatem, quam Maria sanctissima donauerit
 ex calcæac petra componi, cæmentoque durissimo;
 qua similitudine firmissimum sanationis esse genus
 de manu virginis ostēdebat, cuius argumentum est.
 Ludouicus ait, Catharinam nunc à templis à matuti-
 nae lucis exordio ad vndecimam horam, aut nō mul-
 to secus flexis genibus obdurare solitam, non sedere,
 non fatigari. In huius portio beneficij memoriam
 nobilissima hæc matrona quotannis ipso recuperatæ
 valetudinis die ferias ad honorem bene meritæ de se
 Virginis agitat: quas cuncta simul familia concele-
 brat, atq; à seruilibus vacat operib⁹. Non aliter atq; in
 festis dieb⁹ fieri à Christianis solet, quos à non inge-
 nuo labore, & à functione famulari immunes fecit
 Ecclesia prodigij testes castelli incolæ sunt, Villā po-
 pulari sermone dicimus, Matronæ tota domus, &
 Carmelitani Patres, qui in illo religioso cœnobio sa-
 cro iute commorantur. Fama miraculi ex finitimis
 pagis quā plurimos euocauit, quibus generosæ vir-
 ginis

ginis à virginum Virgine salus & medicina graui-
ma fuit. Amat enim Deipara sui similes : amat
Agnus ille niue candidior , quem virgines , quae
que pergat , prosequuntur.

DE ALIA NOBILI PVELLA.

*Ex Annal.
Bécianis de
reb. collegij
Turnonens.
ij. s. d. verbis.*

DOMINI Turnonij non tacenda in nobilitate cum matris liberalitate certavit. Illius filiae valetudo cum planè esset deploranda, stinus quidam sacerdos noster Anicium in Virgini Sanctuarium mittitur, ad sacra vota que pro sua grotante facienda. Vix hic ingressus erat, cum res cepit melius illius valetudo. & paucis post diebus mirum in modum confirmata est.

DE DVOBVS NOSTRIS.

*Ibid. de hist.
collegij Bil-
lomensis in
Gallia Lug-
dunensi. po-
sterior hist.
4. libri est:
sed quia iu-
gavit au-
thor, disso-
ciari non
placuit.*

CV MVNUM è Professoribus ciuitate adhaec columi oppressisset pestis, ita seua atrox, vt praecisa spe salutis seorsum ei traditus, omniaque necessaria funeri comparata essent, tum apud Deum, beatamque Virginem, qua colitur, potuerunt à nostris, exterisque vota pro valetudine suscepta, vt tertio denique mensis omnium opinionem conualuerit. Mirum hoc, quod illud, nostrorum nemini, qui cum eo familiariterque versati, contagionem nocuisse videtur huic vita producta quo augetetur laborum numerum, & spacium laborandi; est enim iuuenis, qui multis iam annis processerat, vita crebra, is Pater Ioannes Belmesius multiplici vir eruditus, linguarumque peritia, & quae utilior multo est scientia, sui contemptione insignis. Eximia semper ratione sacrosanctam Eucharistiā prosequutus, & supremo tempore ostendit. Tantus enim pietatis sensus, itaque animum penetravit, ut hoc diuinæ consolationes, vt, vbi semel per-

difficile
Medi
mus, ing
alideb
Beatissim
coluit. in
te, seu di
sinistrum
ret, rogat
postero c
quali mi
ta. sorb
cherrim
nimè ter

DE S

V
ni conti
numero
amico n
menter
ilo, prop
interea c
pergrau
tuit toll
occupat
sepres
is, quen
sit. Per
vnaque
dus era
palam
quae cu
luis se

difficile premantur) vt lacrymas tenere non posset.

Media nocte ea, quæ vltimum diem præcessit, eamus, ingeminat, eamus quo patet? excipit, qui ægro assidebat, sanctum inquit, Baptistam, & Virginem Beatissimam video. vtrumque miro honore semper coluit. interrogatus iterum ab eodem non exaudiēte, seu dissimulante, eadem respōdit. Nec multò post sinistrum brachium indignans retorfit; cur id ageret, rogatus, aut quid esset, respondit esse diabolium: postero die, cum oblatum iusculum abnueret gestu, quasi minimè necessarium, vt admonitus est obediētiæ, sorbuit illicò, quantulum potuit, vt ferè in pulcherrimæ illius virtutis, cuius fuerat viuus quàm maxime tenax, significatione spiritum daret.

DE QVODAM IVRISCONSVLTO.

VTRAQVE Dei matris congregatio indies magis efflorescit; minor quatuor peperit nostræ Religioni, aliis plures; maior quibus vtrius consistet, colligitur ex vnius exemplo. Ex eorum numero Iurisconsultus insignis vita, fama; dederat amico mutuam pecuniā. Cum differretur solutio, clementer repetebat, nec quicquā recipiebat. Cunctante illo, propter implicationē fortē rei familiaris, egregiè interea debitor cum desperaret reddere debitū, quod pergrauabat, vt omnia se molestia liberaret, constituit collere creditorem. Captato tēpore incuriosum occupat, domum eius cum sica ingreditur, hac illum septies perfoissum velut mortuum relinquit. Sed is, quem beata Virgo protegebat, vim ferri non sensit. Penenato ferrum vestimento in cute hæserat, vnaque tantum plaga strinxerat de corpore. Vocandus erat vulnerarius; noluit accersī, ne ea res, si fieret palam, vulneratori obesset. Seruum iubet parare, quæ curando vulncri erant opus. Sed cum res ipsa sua se mole prodidisset, nihil æquè ægrum habuit

Id. de hist. collegij Perusini ijsdē verbis

eius animum, quam vt ne crimē deferretur ad læcē, ac ne quid grauius homini accideret. à quo herat vulneratus. Erat ex ea schola, quæ orandum dicitur pro inimicis, & malum pro malo reddendum. hæc noster. Sed occurrat aliquis, & exemplum bonū eodem, sed ad caput, de moribundis à virgine sanatus, minus esse conueniens obijciat. Quali vero secum hominis insidiosa percussio septeno ictu mortifera non fuisset, nisi percucurrisset virgo Deipara sanatis, genere digniore. Plus enim est, vim & aciem ferre, quam letalia inflicta vulnera perferre.

DE QVODAM SACERDOTE
nostro.

*Ibid. de reb?
collegij vil-
nensis in Po-
lonia, ysdē
ferè verbis.*

ACCIDIT aliquando, vt vnus è sacerdotibus nostris, qui, reliquis peste absumptis, solus erat superstes, cum daret autem consecratus in templo, graui aliquo afflatus odore à subleuato cideret moribundus. Aduertit ille casus mulieres oculos, & accurrere trepidæ mulieres, virique exto clamore, qualis solet in improuisa morte. Cœstetere omnes sacerdotem compoſe mentis, ac letalem expiranti: Vellicant corpus, aqua aspergant, & clamant nominatim; at nostro nec vox, nec sensus. Hæc inter sacerdos quidam externus enixus genibus ante imaginem Virginis, in cuius sacello hæc acciderant, votum concipit peregrinationis Castochoensis, si Pater reuiuisceret. vix preces ediderat, cum subleuatis parumper oculis sacerdos noster ad se redire, & inde animus, mox etiam corpus vigorem suum recuperare cœpit, communi gratulatione, & lætitia, naturaliter, ac si restituta vni anima, omnium corpora uata essent.

*Ibi virginis
est celebre
sanctuariū.*

*Id. de hist.
collegij Bre-
ani ysdem
verbis An-
ni 1590.*

DE QVODAM ALATRONE BVSGALLI
uissimè sauciato.

ADIICIAM postremò prodigium memorandum. Septembri mense Galli duo hœ-

nes adol-
tam dat
mitti cu
nerunt
Patribus
quid, vt
tentibus
Mediolan
set, certu
& si forti
nos ciuit
sed fide
rum volu
pungebat
adolescen
portentare
veneret cr
Peruenit
nactus in
poestate,
nis non h
procurato
na simul
peruenierat
affecto, c
ditu cum
peus est à
bus cōfōs
bus in vic
lactus est.
mans ad
rem, & P
oraret, ad
n, quanti
pandum
eum ab f

nes adolescentes missi in Italiam Iurisprudentiæ operam daturi (quanquam mulò antè in Societatem admitti cupiebant, nec erant voti compotes effecti) venerunt Mediolanum, multisque expressere à nostris Patribus quod orabant. Vbi parentibus innotuit aliquid, ut fit, fama addente, viris potentibus, & impotentibus iræ, Diuione nostros ad eunt, liberosque sibi Mediolani periisse fremunt. Vt rescuere quid rei esset, certum hominẽ cum literis & mādatis ad filios, & si fortè ad eos non pateret aditus, ad viros primarios ciuitatis mittunt. Erat hic haud magna cum re, sed fide plenus, nostrorumq; amantissimus, de quorum voluntate iter suscepit. Stimulabat interea & pungebat scrupulus, ne offenderet apud Deum, si adolescentium animos eius obsequio addictorum tentare vellet. Igitur illum precabatur, ne hoc sibi vereretur culpæ, si exequeretur mandata mittentium. Peruenit Mediolanum, vbi adolescentem alterum tactus in Domo professa: facta cum eo colloquendi potestate, ut ex eius ore audiuit, studium perfectionis non hominum suafu, sed Dei instinctu sedisse, ex procuratore factus preuaricator sanctus, cœpit acriores stimulos addere, sanctisque admonitis incitare ad perseverantiam. Idem agit cum altero eodem modo affecto, quem Aron habebat. His transactis in reditu cum ferè abesset ab vrbe viginti millibus, exceptus est à latronibus, tribus octodecimque vulneribus cōfossus, excussis nummulis, ac sarcinulis omnibus in vicinam sœpem proiectus, proque mortuo relictus est. Cùm ipse tacens inter vulnera animo clamans ad Deum, & comprecatores adhibēs Dei matrem, & B. Bernardum tutelam patriæ suæ, id vnum oraret, ad tantulum sibi cōcederetur huius lucis vsu, quantum satis esset ad animum confessione expandendum. Plus etiam obtinuit, quàm sperabat. ut enim ab se mortem depulit opinioneq; mortis, hoc

ipso errore iacentem cædere latrones destiterunt ipsa
 discedentibus surrexit, & non aliter, ac si vulnerata
 non fuisset, ad pagum quendam se contulit, (ab ea
 aliquot millibus passuum) vnde proximè discessit,
 ita saucius cruentusque admirationi omnibus trans-
 ferationi fuit. Igitur vulneribus ligamenta, & me-
 camina, quibus sistitur sanguis, cū apparassent mu-
 ti, postridie ad nostras ædes Mediolani reuertit, omni
 itinere suis pedibus confecto. Acciti vulnerarij plures
 quinque lethales pronunciarunt, in quarum curatio-
 ne, necessariaque attrectatione membrorū, qui ne-
 gando vulnere, qua inserendo scalpello nullum è do-
 lorem sentire asseuerabat æger, perinde quasi san-
 tus non esset. Ita obstupescunt medicis breui
 ualuit. Et factum ab omnibus tribuebatur Deus
 &, voluerit ostendere, improbari sibi cōsiliū pæ-
 tum auertentium filios à religione suscepta, nec
 miserit alienam imprudentiam nocere alteri, qui
 permanisset in innocentia sua.

VENENO HAVSTO SVCCVRRIT
veneficiaque dissoluit.

CAPVT VI.

*De sancto Theodoro Archimandrita, id est
 Prefecto Monachorum, qui in spelun-
 cis habitabant.*

*Gregorius
 presbyter in
 vita, quam
 de suo ma-
 gistro Theo-
 doro scri-
 psit.*

MIRABLEM Theodorum, quo
 erat indignus, perditissimi quidam
 perimere statuerunt; quo ille impudens
 è potu triduum sine sensu iacuit, ita vt de eius
 rumor increbresceret, quæ inimicis lætitiæ, et
 numero pluribus sententia melioribus mor-
 ingentis causam erat allatura. Extremo die terræ
 animi Theodoro beatissima Dei mater apparuit
 sceleratissimis insidiosissimisque patricidis com-

comm
 reuocat
 fecit, vt
 piscen
 ceret. Q
 medica
 bilem p
 relidibi
 Theodo
 uatori C
 nis cura
 deliquij
 spargen
 viciscere
 assiduis
 les enim
 Dei beni
 & ante, &
 lebat hor
 tio, quan
 risset, ve
 pecces fu
 Et cum a
 fiero su
 rtilius ha
 defecisse
 vasculū
 tēplo. T
 precatus
 plurimi
 quas ext
 nam. De
 vasculū
 Deus no
 tabit ali
 tat, 30. C

comminata Theodoro à mortis faucibus ad vitam reuocato, & morbi causam, & veneni authores patefecit, vt eos vel vitaret, si nocere persisterent, vel respicientes, flagitiijq; pertæsos ad saniora consilia traduceret. **Quin** etiam terna Theodoro aduersus toxicū medicamēta porrexit, quibus quasi pillulis affectam bilem perpurgaret, comede, inquit, & nihil mali residebit in venis, quod te magnoperè turbare queat. Theodorus mortifero somno solutus grates egit seruatori Christo, atque eius Parenti, funestę agritudinis curatrici. Amicis, qui gratulatum deinde venerāt, deliquij causam morbiq; detexit: Veneni tamen spargendi artifices nequaquam nominauit, quos vt viceretur, tantum absuit, vt eorum potius salutē assidujs precibus immortalī Deo. commendarit. Tales enim eos vel esse, vel fieri necesse est, quibus se Dei benignissima mater ostendit, quam Theodorus & ante, & post hanc mirabilem sanitatē, summis colebat honoribus, in eiusq; vel monasterio, vel oratorio, quantū poterat, morabatur. **Quos** autem vel curaret, vel curaturus esset, in Marię Virginis sacello preces fundere iubebat, & gratulabūdos permanere. Et cum aliquando **Quadragesimā** in Deiparę monasterio suo more traduceret, Monachus nomine Dionysius horrei custos, ad eū venit mcestus, q̄ triticum defecisset. Cui Theodor⁹, farinae (inquit) reliquias in vasculū coniectas, atq; collectas affer ad me, facit extēplo. Tum Theodor⁹ animaduersa ciborū paucitate precatus est Deū, vt & monachis, & hospitibus, qui paucissimi cōuenire solebant (agebantur ramorū ferię, quas externi frequentabāt) præbere dignaretur annonam. Deinde ad Dionysiu conuersus, farinae (inquit) vasculum super altare sanctissimę Virginis ponito: Deus nobis (remitte istā curam de pectore,) suppediet alimenta. Postridiē q̄ hæc Theodorus prædixerat, 30. Cyprię naues onustę frumēto ad monasteriū appu-

appulerunt. Eidem Sozopolitanam Mariæ virginæ ædem ingressuro, ybi diuino munere oleum excellentissimæ Dei parentis manabat imagine, dæmone energumeni paralytici ore conuicta querelis multastabat. Ille, dæmone obiurgato, paralytico in templi aditu & signo crucis, & oratione sanauit. Post in celeberrimam Christi Matris ædem intrauit, de fluentis fama pernobilis: ibi manibus in crucis figuram expansis suas sacrosanctæ Virgini precosupliciter offerebat, & in salutari atq; oliuifera Demotris imagine oculorum aciem defingeat, cum repetè oleum efferuescēs in Theodori oculos iaculatus resiliuit, orantisque faciem, luminaque conspiciens qui viderant acclamantibus, magnum Dei esse lauum Theodorum.

DE QUADAM FOEMINA.

*Leander
Albertus in
vita Iordanis Prædicatorū Ordinis, securi Magistri generalis.*

MULIERCVLA, quæ corpus sepe uenerat, & contrà, atque apud animum laetare solebat, relabebatur in cenum, deterrata emendatione araneam ad se interimendam uorauit. Cumque hausto illo veneno facti peccati animi & corporis formidaret interitum, cœlestis nam, cui nullum est, neque serum remedium, vulnus insanabile, supplicibus lamentis appellata, ac, ne se in tanto periculo desereret, obsecrauit. Cœlestis precas Dei mater exaudiuit, cœlitique vox est, monens, vt ad Iordanem Dominici facerem adiret, peccata eidem fateretur; saluam fore, crederet. Id, cum mulier sedulo perfecisset, cum vomitione virus etiam euomuit, & vtramque cepit lætabunda sanitatem.

Ex Annalibus Bencij de historia collegij no-

DE QUODAM PVERO
infante.

IN cruendis animis à faucibus diaboli periclitatum est, magnum enim prouentum

eorum hoc biennium tulit, è quibus licet aliqua prout scribenti occurrerint, degusteris. *Ædes* viri nobilis nocturnis infestè terriculis nostrorum aduentu, & efficace prece in posterū liberatæ. Amplius viginti millibus passuum abest ab vrbe vicus, in quo domus erat huiusmodi terroribus infamis, & interdium quidè data luce volitabant sedilia, comminuebantur vasa, fragmina passim spargebantur, concutiebatur suppellex, discubebatur, disturbabatur, diripiebatur loco, nemine comparente: noctu cubantibus stragula detrahebantur, culcitrae subtrahebantur, interdum cædebantur ipsi citra noxam, vt adesset timor, dolor ab esset: & si longior ille timor nõ carebat dolore. Missi huc duo de nostris, quibus prior cura & potior fuit, vt familiam abstergerent sorde peccatorum; sentire hoc visus dæmon, interquieuit ad tempus, sed sacris deinde asperatus precationibus nostros horifico circum strepitu territare, hoc vehementius, quo minùs temporis vsque ad lucem supererat. Postero die habita est opportuna concio, solenni que cærimonia populo comitante, & ad precante lustratæ ædes rite que purgatæ. Puella claris natalibus ad depellendum grauem corporis morbum, medicis nihil proficientibus muliercularum veneficia adhibuit, inter quæ cum magnoperè vapularet cæco ictu, claro sensu examinata iacuit diu, accitus sacerdos aqua lustrali ægram aspergit, vbi ad se redijt extrudit sagas vt erat iussa, nec multò post sanitatem adeptæ. Cæterum comprehensi, damnati que venefici viri, mulieres que plures viginti. Atque horum è numero aliquot nobiles, & opibus potentes, qui omnes ad iniuriam in homines addiderunt ex præscripto carminis nefandi affirmationem perfidiæ aduersus Deum. ita impuris exortationibus velut furialibus stimulis actæ mentes ad omne scelus, omnem que libidinem impellebantur. Huius atrocitatem culpæ cum eorum aliqui essent suspen-

*stri Treu-
rensis, quã
à principio
ordiri ne-
cesse fuit,
quo planior
esset intelli-
gentia fa-
cti, pleni-
oremq; affer-
ret cum v-
tilitate la-
titiam, ijs-
dem ver-
bis.*

suspensio expiatur, alij flammis, nostrorum adhibita
 tate effectum est, ne toti morentur. Præcessit enim
 salutaris peccatorum confessio, quæ intersectis corpore
 ribus animas liberaret. Puella quædam ex honestis
 milia, annos nata circiter quatuordecim, à matre
 matre inducta est, vt magicis artificijs cacodæmonia
 initiaretur, eam mater ipsa, q̄ postea igni tradita est
 in quæstione habita flagitij consciam, sociamq; re
 minauit, excusabat ætatis imprudentia, pericula
 puellæ, vt abiuret diabolum, apparet ille hoc pariter
 iræ plenus, ac, ne desciscat, multis onerat promissa
 minis terret. Sed omnis inimici conat⁹ ludibrio
 ipsa in cœnobium Deo famulantium mulierum
 concessit. Adolefcens erat rusticus peracri ingenio
 tra quintum decimū annum, hic non semel
 rat ad feralem locū, vbi permisti fœminis matre
 ætatis teneræ maioribus demone magistro equitibus
 tur, noctis licetia omni discrimine pudoris extirpata
 Ipse tamen nondum Deo, Deiparæq; renuncians
 Execrandas nondum preces fecerat, dormiens
 præeunte: felis tantum cerebrum cum summo
 cibum, decrefcente luna sentiebat sibi mœrem
 nui. Vbi hanc ingressus est urbem, quam nunc
 antea viderat, eo nimirum ducente ad supplicium
 duxerat ad maleficium, vt fanaticus deducendo
 ædes principis, vt seorsum ab aliis certa in
 parte curatus à nostris diabolum excuteret. Sed
 ei nulla noctu daretur quies à demone, conuul
 que, à quibus sæpè deuerberabatur, vel cetera
 sacri agni, quam ad collum habebat, auulsa. Ant
 piscopo placuit mitti in collegium, nec hic quies
 fuit misero pax, nisi soleanni ritu cubiculo
 Pretium erit, quædam ex his memorare, quæ
 narrabantur. Ita enim ipsimet Antisti. Cum eni
 retur nostra comestatio, fuit vnus è tua cohorte
 gloriatus est, quadã nocte (indicabat eã, quæ fuit
 dormiens)

dormiens
 perto ad
 rus cubi
 si paulo
 Et certe
 ita infir
 cumbere
 rona nob
 quin &, i
 pixidula,
 bine, & n
 ligebat (f
 reum co
 exorizat
 lace, quod
 interrogat
 inde, cu n
 (Dominu
 demone
 manu mil
 si mutem
 prestigijs
 rat sanita
 necidisse d
 illa, acerr
 equos diffi
 dentes, ita,
 rant, & re
 laruras ait
 Conueni
 borum c
 sim esset
 co cum p
 applicuiss
 quuit vlc
 ignoratã

dormienti tibi potionem pestiferam ingessisse, re-
 pto ad te aditu ex occasione Agnus Dei, quem itu-
 rus cubitum reliqueras imprudenter in mensa, quod
 si paulò capacior fuisset calix, mortem non effugisses.
 Et certè ipse Archiepiscopus dixit se post illam noctè
 ita infirma fuisse valetudine, vt per aliquot dies de-
 cubere cogereetur. Cùm hæc dicens in magna co-
 rona nobiliù non faceret fidem, ad præfectum vrbis,
 quin & inquit, nostræ lamiæ bis inuaserunt, sed ab ea
 pixidula, quam fers continenter, vbi sunt imagines
 binæ, & nescio quid consecratum (Agnum Dei intel-
 ligebat) sunt à conatu repulsæ. De harum gestatione
 rerum confessus est præfectus. Idem adolescens, cùm
 exoritur in templo, obstipito capite oculis in specu-
 lare, quod erat altare iuxta, defixis, hæsit aliquandiu.
 interrogatus, ecquid videret, dissimulauit primo; de-
 inde, cum vrgeretur, video, inquit, Dominum meum
 (Dominum suum isti mente capti, cui obtemperant,
 dæmonem appellant.) En illum, in sambuco stat,
 manu mihi, & oculis loquacibus atrociter minitans,
 si mutem fidem. Adolescens alter similibus illusus
 præstigijs ante trienniù nobis traditus, redditus fue-
 rat sanitati, & si mobilitate ingenij, & versutia hostis
 recodisse dicitur vnde surrexerat. Hic non secus, atque
 illa, acerrima esse retulit dæmonum odia in Iesuitas,
 quos dissimillimos esse fatentur sibi, ac diuersa vö-
 lentes, ita, vt oës ad eos opprimendos artes conqui-
 rant, & receperunt quædam dæmonum amicæ, sub-
 tilarum aliquot veneno, sed tentata res est nullo exitu.
 Conuenerunt etiam non pauca ad exhauriendam
 horum cellam vinariam; sed, quod in dolijs expres-
 sum esset Iesu nomen prohibita. Vna ex his à venefi-
 ca cùm puerum infantem rustici filium in osculum
 applicuisset, in tenero eius crure digitorum pressu re-
 liquit vlcera, quorum lues quotidie inualecebat, ad
 negotiã mali causam, medicina nequicq̃ adhibita.

Vbi

Vbi hoc patuit è contestata, & publica, earum confessione, sacerdos vnus è nostris patri autor fuit, vt ad ædem Dei matris, quæ hic religiosè colitur, deferret infantem, sacrumque pro eius salute curaret celebrandum, factum est, puer conualuit. Ita Bencius, qui me per anfractus scitu dignos tandem deduxit ad sententiam, qua nunc pergimus, de virgine veneficijs resistente, vel medente. Talis enim hæc fuit història postrema. Quæ verò præcesserant sine graui piaculo taceri non possent.

DE QUADAM PVELLA.

Ibidem de rebus collegij Eborensis, iisdem verbis.

PAGELLÆ, in quibus imago beatæ Virginis ad sex millia distributæ, tanta veneratione accipientium, vt earum tactu morbi depulsi. Quædam puella per annos ipsos quatuor falsi criminis suspecta, eamque ob causam septies veneno appetita, quod semper, cum se Deiparæ commendasset, illæsâ euomuerat, parenti reconciliata.

A LATRONIBVS LIBERAT, ITI-
nerumque periculis.

CAPVT VII.

De Cartusiano quodam.

Sylvanus Rarzius Monachus Camaldulensis, qua ex Italo latinum fecit Hercules Vincemala, iisdem prope verbis, de miraculis Virginis Maria, li. 2. c. 15. quædam mutauim⁹.

VIR nobilissimus, cuius vxor in virginitate dem, & clientelam sese dederat, cum nullum haberet liberos, Deum suppliciter obsecrans, vt prolis dulcia præmia nosse sibi liceret. voti compos filium ad Christianam disciplinam, & pios mores erudiuit. Iam infans esse desierat, cū ab alijs parvis floribus & rosas ferta contexti videt, idem iugiter, illisque cum magna pietate virginei cultus simulacri frontem exornare, neque vllum vnquam diem intermittere. Natu grandiozem parentes matrimonij vinculis impedire cupiebant. At ipse, qui

Deo eiusque matri virginitatem factam testā, quod aiunt, integramque seruaturum se voto promiserat, in cœnobium migravit eorum, qui sanctum Brunonem sequuntur autorē. Vbi quotidie magis, magisque proficiens, firmiora in dies sanctitatis fundamēta iaciebat. Quod verò neq; in illam vitæ rationem conueniens esset, neq; flores & rosas hyems dura progigneret, institutū coronādę imaginis intermitteri oportuit, aliud tamen pro re ac tempore consilio sui moderatoris remedium iniuit. Qui, vt alij scribunt, tacente Syluano, huic adhuc nouitio, quoddam rosę in propectu non essent paranti recessum, desperantiq; virginis caput à se redimiri iam posse, saluti fuit, monens, vt pro rosas quinquagenas salutationes offerret Angelicas, ac denis quibusq; Dominicam subiiceret precationem: eam coronam Deiparę fore gratiorē. Puer, obtemperatq; nouitius manendi iam certus, ac florum vice, ex Christi oratione, & Angeli Gabrielis alloquio, rosea floridaq;serta virgineo capiti quotidie componebat. Progrediente cum ipso tempore huius religiosi virtute factus est cuiusdam illius familiaris præfectus ac rector, pro muneris autem necessitate commissi faciendum iter aliquando fuit, eundemq; peregre satis. Ex obliuione tamen obruentibus animum curis, piam illam quinquages, vt multo, centies, vt Syluanus scribit, salutandę virginis consuetudinem diem vnum intermisit, cumque in vastam syluā ingressus suę memor incuriæ ad salutandam de more virginem à socijs disinctus secessisset, repente latro erumpit à latebris, qui precanti monacho manibus infectis, equū, resq; omnes ademit, vitum etiam haustrurus, nisi virginis misericordia imminens periculum depulisset. Iam latro telum intendat, vt inermem occideret, cum puer formosus interuenit, qui ex Monachi ore prodeuntes 100. rosas collegit, ex quibus cum textā coronā suo capiti imposuisset

posuisset in cœlum reuolauit. Id ubi latro animaduertit, & homicida nefarius ad præfecti se pedes abiicit, & ijs quæ puer ille cœlestis egisset, sigillatam expositis veniã postulauit; quin & excursor ipse eisdem se & instituto, & cœnobio libenter addixit, & reliquã vitæ partem cum sanctitate traduxit. Hæc ita Syllanus, Vincemala Mediolanensi causidico interprete, quin in huius libri Proœmio ingēs se animi lucrum reportasse scribit ex peregrinatione Lauretana. Sed si Dominicanis quibusdam Rosarij scriptoribus credimus, non vnus tantum latro fuit, sed multi & multoties facinoris, & miraculi testes. Neq; Cathulino huic priori manus allata, ademptum ve aliquid, pocul venientem, quod est credibilius, explorarunt, secedentem à socijs obseruarunt, ubi precari genibus inflexis cœpisset, formosissimam astitisse matronam, quæ ex Monachi psallentis ore tot albas rosas educeret, quot ille salutationes recitaret Angelicas, candidam ex denis quamq; rubicunda vnâ sequentes, quæ Dominicæ precatiõnis index esset. Ex vtrisque ab illa pulcherrima virgine coronam esse contextam, ubi capiti imposuisset, subito esse dilapsam. Latrones vero exterritos ad priorem supplices adijisse, de virgine illa percontantibus, nihil se scire dixisse. tum à latronibus expositam ex ordine visionis historiam, infundisseque in omnium animis, Deiparam fuisse cœlestem, quæ suum viatorem defendere voluisset. Illi ex tempore Rosarium latronibus cordi esse cœpisse, rapere & occidere desijsse. Hanc esse suspicor tantquam historiam, minimeque falsam, sed vetustissimam, vt scriptorum discrepantia demonstrat, neque potest, vt hoc factum, & hæc antiqua nimis et verisimilis pictura Rosario nomen dederit, quod in Benedicti nouum familia natum Diuus Dominicus, vt diximus, adoptauit.

O
ibi me
noto vi
agere ce
stituit.
egenis p
tos in in
condit,
nri circu
poro ve
que sub
antiquis
credebit
fer, cum v
lis fore. E
catoribus
ponam in
di causa
quos dix
nouum i
ipse Eccl
zenique se
ueniret,
illa cataba
tum erat
uerunt, at
solum eq
bus exau
corporis
vetat, excu
dat ex ani
essent, pe
llatum a

DE QVODAM MEDICO.

QVIDAM benè cordatus adolescens Lunati
 ortus, quod Brixianæ ditionis est oppidum,
 cum se Lutetiam Parisiorum contulisset, atq;
 ibi medicinam didicisset, à quibusdam ruricolis Car-
 noto vicinis honesto stipendio inuitatus medicum
 agere cepit, pecunijsq; locuples in patriam redire cō-
 stituit. Ut autem, quos illa arte pepererat, nummos
 egenis parentibus pernecessarios portare tuò posset,
 eos in intimo thorace consutos callidè & astutè re-
 condidit, dissimulationisq; gratia lineam vestem tho-
 raci circumdedit, quæ nudo corpori solet hæerere, illa
 porò vestis beatissimæ Virginis subuculam attigerat,
 quæ subucula à Carnotensibus religiosissimè inde ab
 antiquis temporibus asseruatur. Syncera namq; fide
 crederet, qui tunicam à virginis tunica tactâ induis-
 set, cum virginis ope tutum & incolumem à pericu-
 lis fore. Ergo quadragesimæ tēpore cum tribus mer-
 catombus versus Italiam iter arripuit, cumq; ad Cau-
 panam in Mediolanensium terris sitam cibi capien-
 di causa diuertisset, itineris socios mercatores illos,
 quos diximus, carnibus in longo & sacro Christia-
 norum ieiunio vescentes palam coarguit, piscibus
 ipse Ecclesiasticæ legis custos fame saturavit, ve-
 rumque se dixit, ne quid illo die mali mercatoribus
 eveniret, propter legem Ecclesiæ violatam. Sed surdis
 illa cātabat. finito prandio dat se rursus in viam. ven-
 tum erat ad pagum, quem licentiosi milites occupa-
 verunt, ab ijs tres mercatores ex medici præfagio non
 solum equis, sed cæteris etiam bonis, atq; ad eò vesti-
 bus exuuntur, ac ne subuculæ quidem parcitur, nudi
 corporis tegumento primo, quod naturalis pudor
 vetat, exuere. Medicus interim sese virginì commen-
 dat ex animo; raptores, cum similiter nudare adorti
 essent, per Deum, perque Deiparam obsecrat, ut se
 libellum abire sinant. milites vocibus flexi, & virginis
 vene-

Scriptore
Antonio
Solerio Car-
pinate Vtri-
usque iuris
Doctore, &
Batocensi
Canonico,
in tractatu
de venera-
tione & in-
ocatione
Sanctorum.

venerandæ appellatione fortasse permoti, equû duntaxat ademerunt, cætera reliquerunt. Ille latus pedibus iter facit, Deo præpotenti, ac illius beneficentissimæ parenti tantas grates, quantas maximas potest, agit, & retractat beneficium, quo mercatores cæuerunt. At verò, cum medicinæ quædam scripta in equi stragulum cautè ac scienter inclusa relicta esse meminisset, ac se sine illis ad curandum morbos imparati fore arbitraretur, dolorique esset studiorû & laborum tanta iactura, ecce à militibus reuocatur. Ille vitum rediret, an fugam arriperet cunctabundus & anceps, tandem Dei matris fretus auxilio, quæ inchoata beneficia consummat, ac perficit, sese ad milites retulit, à quibus commentariola de morbis curandis accipit, vltro & spontè reddentibus. Adeò salutaris est inuocatio Deiparæ cum legis obseruatione coniuncta. Hæc Solerius ab eo se cognouisse ait, cui res hæc cænerat digna narratu.

DE QVODAM IUVENE.

*Bencius in
Annal. Societ. de reb.
Taurinen-
sis colleg.
his verb.*

REDDAM nunc exempla propter admirabilem dignam, quæ libenter audiantur. Iuuenis quidam ex eorum genere, qui arte & minime vitam propagat, relicta patria diu fuerat in hac vrbis. Subijt postea cogitatio patris, redit in patriam cum pecuniola, quam collegerat. Quantum spes homini fallit! hanc in itinere amisit furto, & illum offensus ereptum morte. Non tulit dolorem iuuenis, in furorem vertitur, veluti captus animi Diabolum inuocare, ei dedere se, nec alium dominum velle. Nec frustra se ille passus est inuocari; ad didit se comitem mæstro, eius quacunque ingrederetur, persequens vestigia, nisi quod, vbi plures essent, nemini se daret videntium; quod si interdum pons transendus, aut mons præruptus, suadebat, vt se ille præcipitem daret, in arena inferiùs vireta, & vernantia floribus prata obstantia

& semel
tis in Pac
su. Ex eo
mere ca
ginis pati
iter factu
lia asport
se statim
rula, quæ
nu præhe
Matæ virg
que illa tr
Deiparæ c
admiration
inferno ho
sionem im
septem ann
ac propitiam
viderant a
llus. Con
maque ori
ancho pech
totam corp
ritem face
pes timoris
dres ageba
se ex eius ce
mam, dein
nimo, ac lib
continuos d
ad iustam su
eo deinceps
obecta mer
manantis sp
no lœuit cu
Iugini con
& cme

equū dun-
lætus pedi-
neficentiss-
mas potest,
tores caru-
ripta in equi
esse memi-
os imparū
& laborum
Ille vtrum
es & anceps,
inchoata be-
lites retulit,
arandis acce-
lutaris et in-
coniuñctū
res hæc est

N E.

er admirab-
ntur. Iuueni
arte & manu
at in hac vrb-
patriam cura
spes hominū
illum offendit
uenis, in fas-
abolum inno-
velle. Nec fo-
comitem in-
sequens vbi
ni se dabat
dus, aut mon-
m daret, ane-
prata ostēdit
& semel

& semel quidem proiecit se ille è ponte Calerij mon-
tis in Padum, vnde ægrè extractus multorum accur-
su. Ex eo tempore periculum in consilium vertit, ti-
mere cepit insidias dæmonis, & ad beatissimæ Vir-
ginis patrocinium confugere. Sed cum rursus esset
net facturus, arreptus à dæmone per tria passuū mil-
lia asportatus est in syluam vastæ solitudinis. Obtulit
se statim matrona eximia pulchritudinis in veste cę-
rulea, quæ cum pro imperio arcuisset Diabolum ma-
nu præhensum iuuenem duxit in sacellum dicatum
Mariæ virgini ab eo loco non procul, vbi quotiescun-
que illa transiret, fundere solebat preces iuuenis, vt se
Deparæ cōmendaret. Hic conuersa ad iuuenem præ
admiratione & metu vix compotem sui, quod sese
inferno hosti dedisset, increpat vehementer, confes-
sionem imperat, proq; admissio scelere pœnitentiam
septem annorum; id si faciat, ei semper placatam se
ac propitiam futuram. Redit Taurinum, quæ sibi ac-
ciderant animo cogitans, statimq; ex officina ad no-
stros. Confessionem exorsurum tantus pavor, tre-
morque omnium membrorū cepit, vt confuso ore,
incho pectore, arctatis faucibus, sudore perfuso per
totum corpus, diu hiscere non posset. Confirmat ho-
minem sacerdos, et si ipse quoque non omnino ex-
positumoris, signum crucis digito pingens in fronte,
& res agebatur multis spectantibus. Tum miser ille
ex eius conspectu proripere moliens, retentus pri-
mum, dein' abductus in secretum, postremò solutus
tumo, ac liber dimissus est. Quod cum per septem
continuos dies fecisset, præsentī v̄ginis tutela elatus
ad iustam fiduciam sui ita contempsit diabolum, vt
airo deinceps nec occulta fuerit tentatione vlla, nec
oblecta mercatoris eum ad sibi seruiendum mercede
tantantis specie deceptus. Et nunc profectus Tauri-
no seruit cum aliquo septennium in templo beatæ
virgini consecrato.

*Idem de hi-
stor. collegij
Auenione-
sis, iisdem
verbis.*

NEQVE discipulorum frequentia defuit, in quibus discendi cupiditas cum pietate con-
tinet, in his præcipuè, qui de sodalitate beate vir-
ginis, quod etiam hoc declarabit exemplum. Vnus
ex ijs per sacrorum Ordinum gradus peruenit ad
sacerdotium. ita in patriam, vt inter suos sacrificandi
faciat initium. iam sacra erat amictus veste, iam cum
aliqui in templo præstolabantur. Magno interea im-
petu, conatuque irruunt hæretici, qui ad hoc se com-
parauerant, omnibusq; digressis formidine, sacerdo-
tem circumstant; Rosarium, quod rumore exortus in
manum acceperat, vi auellunt, in ignemque con-
iciunt. Tum quærunt, cui se dederet; respondit ego
me iam diu Christo Iesu, eiusque Matri sanctissime
dedi. quæ cum dixisset, magno animo ita, vi erat,
sacra veste indutus, mirifice ex eorum manibus ob-
pulsus abdidit se quædam in locum, vbi per decem ho-
rarum spacium delituit repertus à nemine, quæritus
à cunctis, quasi obfusis vndiq; tenebris omnium oculi
teneretur. Postridiè quietus sacrificauit, & quo nihil
deesset ad sinceram lætitiã, integrum rosarium re-
pertum in igne. Alius quidam ex eodem cæta cum
iter faceret, incumbente nocte recepit se in diuersorium,
quod postea intellexit à latronibus obsideri; in cubi-
tum, Deum orat ex consuetudine, matremque ad-
bet aduocatam, vt se volens propitiusque tueretur.
Nec vana precatio; nocte enim adulta, quanquam in-
rumpere conati sũt homines malefici in cubiculo,
quod patulum erat, neque vna ex parte peruicax,
nunquam tamen aditum inuenire potuerunt.

Nota.

*Idem de hi-
stor. collegij
Niuernensis,
authoris
verbis.*

DE DVOBVS RELIGIOSIS.

DVOBVS accidit quiddam mirabile, neq; mi-
scendum. Mittebantur certum in locum, qui
vide-

videbat
tarem, c
cula, pro
simus in
cum ore
rentur, d
ad Maria
nec sefel
lo post c
adefque

V
m
p
via multo
plus, quo
berantur
Hoc ille
tus, quon
humana
ponit an
matrem i
tendens, r
nec frenat
suentum
iucus, qu
rem rece
discesserat

D
D
A
V
re
ta stipe fa
genere off

videbatur salubrior: vitabant de industria viam militarem, quod esset suspecta. Quærentes igitur diuerticula, productoque itinere, nox simul & imber scedissimus inuasit. Incerti quid agant, quã insistunt viam, cum omnia deuia, peruiaque eodem numero haberentur, destituti humana ope ad diuinam nimirum ad Mariam stellam, ducemque errantibus confugiunt, nec sefellit; statim lux visa intendi, aperuit viam; paulo post crucem conspicati lineam, inde templum, adæque vicinas, vbi comit excepti.

DE QVODAM VIATORE.

VNus ex ijs, qui pietatis causa sunt nobis familiares, pedibus iter faciebat, multa secum portans non minimi pretij, cum aberrasset à via multo iam noctis, sensit in medios latrones delapsus, quorum etiam voces non longè audiebat deliberantium, parcamus vitæ, dum auferamus bona. Hoc ille tempore cum agitaret multa varius & incertus, quoniã meminerat nos dicere, vbi nulla se dant humana subsidia, suppeditare diuina, quãta maxima potuit animi submissione in vota effunditur, Dei matrem implorat, manus & supplices voces ad cælum tendens, neq; iritus cõspicitur equum, nec stratum, nec frenatum, ad se aduenientem, & ferè inuitantem ascensum; vitur tempore, insilit apprehensa iuba, cõtinuus, quò duceretur. Is concito cursu refert festo-rem receptum ad notas Domini aedes, vnde prius discesserat, geminata lætitia.

Idem de histor. collegij Taurinensis, verbis historicis.

DE QVODAM VIATORE.

AD nobiliorum sodalitatem sub patrocinio Virginis accessere principes viri 12. eorum tyrocinium præcipuè ponitur in subleuandis collecta stipe familijs claro genere ad inopiã dilapsis: quo genere officij defensa virginitas duarum, quas egens

Idem Ben- cius in An- nel. 1590. de Domo professa Neapolit. eiusdè opum verbis.

opum & consilij pater mercatoribus addixerat. Oratoria duo à ducentis frequentantur; magna omnium pietas. Cæterum in vno apparuit præfens auxilium Deipare, cui se quotidie certa prece commendabat. Eum enim cum aliquando egressum domo circumuenissent hostes insidijs, & dispoſu ſcloporum, omnis illorum impetus intra cutem ſterit, parte ſolum veſtitus ambuſta. Addam illud eiufdẽ Beneficij, quod ſequitur, eritque racemus ex ſuperioris capitis vindemia relictus. Hominis, inquit, truculentioris vxori optio data veneni, aut ferri; cum illud obduxiffet, imploratæ Dei matris patrocinium tenuit ſine vlla offenſa.

DE QUADAM VIRGINE.

*Idem de
hiſtor ſediſ
Bruzellenſis,
verbis
iſdem.*

VIRGO quædam expoſcente negotio concedit in ſuburbanum. cum ibi pernoctat, repetitino impetu graſſatorũ manus intrat, rapit, polluitque quodcumque reperit. Ipſa in ſuperius tabulatum aſcendit, virginitatis cuſtodem tacitis vocis ac precibus appellans. Mox inuento culmorum manipulo in rectum aggerato cumulum, vt præberet latibulum, prætendit illum ſibi in quodam angulo, vbi corpus abſcondit, & ve è latuit, oculos enim, quamuis curioſus, omnia ſcrutantium ſefellit.

DE QUODAM NOSTRO.

*Idem de
hiſtoria col-
legij Muſſi-
pont. repe-
titur paulo
altius iſſiſe
verbis.*

SINGVLARI Dei beneficio domi, vt in parum ſmunita vrbe, foris que in peregrinatione multiplici à perfidioſorum inſidijs, armis que noſtris liberatis, ex his pauca ponentur. Menſe Septembri ſuperioris anni muſſi in Picardã duo, Sacerdos & Scholaſticus. Ij cum itinere graſſatorum & hæreticorum manus diuinitus effugiſſent, Metioſedum deueniunt, id nomen oppido eſt in Ambianis, Corbeam appellant. Hic ſacerdos impiger in munerib⁹ nobis

conco-

conciones habere, Christianam doctrinam rudibus explicare, adesse moribundis. Scholasticus in urbis gymnasio ipsius gymnasiarchæ rogatu pueros edocere, magna omnium approbatione, fructu non peritendo. Oppidum interea ab hæreticis dolo capitur, & furor hostilis omnia ferro, prædaque miscet. Non fuit commodum latere scholastico, cuius certa domus, itaque comprehensus rapitur ad patibulum. In itinere (miserabilis oppidi facies) incidit in confortes eiusdem pœnæ, ad quam pro Catholica fide forti animo tolerandam intrepidus hortatur. Ipse enim lætus & spei certus consolabatur se conscientia muneris ex obedientia suscepti, & cogitatione diuinæ voluntatis. Inter cæteros obuium habuit virum primarium, qui & ipse trahebatur, & quod mirum qui erat miserandus, misertus est socij nostri: ad militem enim conuersus, quin vos inquit, Iesuitam istum inopè dimittitis? cur hominem innocentem morte multatis? Absoluite virum, si quisquam est alius, vita dignissimum. Negarunt primum, deinde (mente nempe diuinitus iniecta, neque enim causam aliam fuisse credam) liberum esse iusserunt. Is in Belgicam contendit, cum nauem aliquando conscenderet, incerta luce conspicatur hæreticos appropinquantes, confugit illicò ad preces, ea solita arma. cum vocaret in vota Dei parentem, Prædones vertere cursum, & naues alias inuadunt naues ponè sequentes. Sacerdotem verò hac ratione Deus seruauit. In xenodochio (hoc enim illi diuersorium fuit) rei diuinæ procurandæ duo erant sacerdotes; vtrumque extrudit mulier, quæ præerat gubernationi; Prætoris permissu in vnus vicem nostrum substituit, ignara quis esset, neque operæ pretium erat agnoscere, itaque omni ratione se cauetissimè occultabat.

*Ibid. de hi-
stor. collegij
Diuionen-
sis, ijsdem
verbis.*

DVO sodalitia priore anno instituta, opificum, sacerdotumque: atque vt de vtroque scorsum opificum initia (vt naturalis est hominū ad carpendum aliena facilitas) obtrektoribus non carere. Cessit tamen inuidia virtuti, ac veluti post pestatē confluentium numerus auctus, & gliscit paulatim eorum existimatio religionis, vt saepe, quare aliqua graui premuntur, eorum apud Deum precibus se subleuari postulent. Mulier certē quam in subreptā desiderio à fortilegis consulendis deternat vnus à sodalibus, vbi ijs se commēdauit, paucis post diebus reperit furtum. Mitto de ipsorum pietate dicere, de charitate in ægrotos, de afflictādi studio corporis, de ardore precandi, de incredibili aliquorum intelligentia rerum diuinarum, quas, etsi idioze, tam aptis aliquādo illustrarunt similibus, exemplūque, vt vix credi posset. Diuersis temporibus duo grassatoribus capti, ereptique virginis Dei parentū ope in hunc modum. Vnus iter faciens cum in eos incidisset, semel quāquam atque iterum disphoso sēpo percussus non est, ipse interea accelerans fugam, notum implorat patronæ auxilium. iam spaciū corripuerat; at grassator atrox iræ citato equo in peditem fertur mucrone districto: iam iamque pensamus demessurus reducto gladio caput; virgo atque clienti. prolapsus repente equus sic equitē suo coart impediit, vt se diu expedire non posset: inter hæc belus quæsitā fugienti. captus alter ab hostibus rapiebatur in eorum comitatu tanquam ad cædem. Scenim in Diuionenses expromebantur odia diu colēta. Trahitur primā vespere in vicinū pagum; dum ij cœnant, luduntve militari lasciuia, inuertum ipse dolium subire cogitur, quod lapide congesto occurrant, circundantque semiusta palea, rimis hiancibus

explet
ditur
cum se
certa
ipse in
tollens
opusque
tulit,
caret de
xere, se
titam
ibus a
Hanc a
tati con
exaudiu
ribus qu
soci, &
alio ludi
lim car
Deus, vt
claman

De mir
M
bot. Ex q
iucundit
dulci mi
sunt tant
ho graui
venit Mo

explendis: vt ferè fumus suffocaret inclusum. Ad-
ditur post cœnam importuna saltatio, nempè qua
cum solodolium coibat situ inæquali. Immittitur
certatim cuspis gladiatorum ad pedes petendos, quos
ipse interim defen debat vitandis ictibus, alternis ex-
tollens. Neque alia tota nocte quies. vnum ei solatiū,
opusque, Rosarij percursio. Sed & vnum postea re-
tulit, (vt secura recordatio præteriti temporis non
caeret delectatione) quod non erit iniucundum atte-
xere, scilicet in desperata penitus salute hanc ei repe-
titam sæpius formulam precandi, quam in concio-
nibus audierat: Domine si vis, potes me mundare.
Hanc aptam existimabat esse orationem, & necessi-
tari congruentem. Non vocem, sed voluntatē Deus
exaudiuit. vbi diluxit, eo inspectante, contusi verbe-
ribus qui simul fauerunt; comprehensi vinculorum
foci, & comites viæ, eximius ipse habitus, ac sine
alio ludibrio preciove libertati redditus est, nulla pa-
lram causa, nisi quod Matri hunc honorem habuit
Deus, vt audiret eius famulum in summis angustijs
clamantem.

A BESTIIS ERIPIT

CAPVT VIII.

De miraculis Mariae Virginis in aede Molismensi.

MOLISMENSIS ædes à Roberto edificata Ma-
riæ virginis auspicijs, cuius patrona erat,
multis magnisq; prodigijs in dies claresce-
bat. Ex quibus pauca quædam ad lectoris vtilitatem
lucunditatemque narrabimus. Delectat enim vtile
dulci miscere, neq; tamen Horatiana nobis puncta
sunt tanti. mulier quædam obnoxia comitali mor-
bo, graui insuper inopia premebatur. huic in mentē
venit Molismense templum adire, quod post Roberti

*Surviva in
vita S. Ro-
berti primi
Abbatie
Molismen-
sis, itemq;
Cistercien-
sis.*

obitum

In Art. part.

obitum multò quam antea nobilius & celebrius fama miraculorum, frequentiaque reddiderat. Igitur duobus filiis adhibitis, altero lactente, altero paulò grandiore, sese dedit itineri. Sole autem inclinante, ad quoddam peruenit cœnobium, cuius monachi peregrinantes feminas, vel quomodolibet adeuntes ex ipsis monasterij finibus repellebant, quod ea esset à conditore lata lex, castitatis amator. Ita mulier nuda recedere, in deserto nemore pernoctauit, ibi diuina prouidente manu ignem languescentem à sopitis cineribus, quos offenderat, excitauit. Cuius opportunitate, cœli ac tenebrarum tulit iniurias; in tempesta nocte ecce ibi lupus interuenit, viso pia mater frontis crucis salutiferæ signum imprimit, sequè & suos filios Deo, beatissimæ Virgini, sanctoque Roberto sollicita religione commendat. Paulò post infecto illo morbo corripitur, qui & sensum eripit, & corpus ad terram affligit, ex quo à multis caducus appellatur, quâ velut captata occasione, lupus raptò minore puerulo, sese fugæ mandauit, ubi remisso morbo mulier quasi à morte reuocata surrexit, infantem puerum, quem suo stringebat amplexu, requisit, puerò grandiore, qui vnus restabat, casum nunciante, in maximum luctus incidit, atque inter plorandum has voces iterabat; redde mihi depositum Maria benignissima tu quoque restitue Pater Molisimensis. Hæc subinde vociferanti bellua suæ feritatis oblita puerum saluumque restituit, inque pueruli pulionisque dextero dentium lupinorum impressa signa miraculorum, miraculique fidem ampliarunt. Altera mulier negotiorum causa foras egressa puerum reliquit in curia dormientem; cumque subito casu domus arderet, nullaq; succurrentium remedia proficerent, diligentiam incendio superante, mater reuersa flammaque testis omnia comburentis hæc gemens iterabat; clypeus à facie ignis deuorantis Domina Molisimensis.

lis ad
difficili
loco n
Deip
flam
lum p
hiltori
nen sis
na mo
stum,
nre n
in Mol
tiffima
cereum
sequè g
finit: q
Prima
ponen
quæ p

DE

IN
hor
con
instit
neraba
tus ver
horre
set, vt il
ingente
que col
granari
conren
rem at
dique n
tum gr

sis aduolat tandem ad incunabula parens vterque difficili aditu, vel ipsos deflagrati infantuli cineres loco magni muneris habiturus. Res mira, sed Mariā Deiparam appellantis consuetam, repertus infans flammis aridens, & cunis in cinerem redactis, in solum puerulum flamma non sœuit. Tertia narranda historia est, & lector salubriter oblectandus. Niuernenſis Domina potens in primis nobilisque matrona monile perdidit, gemmis vnionibusque distinctum, quod tamen diligentissimè perquisitum inuenire non poterat. Cùm verò admonitu illorum, quæ in Molismenti suo templo Deipara factitabat, in beatissima Dei Matris, & Roberti fundatoris honorem cereum accendisset, preciosum illud monile reperit, seque gratam beneficentissimæ virgini continuò præstitit: quæ & hominum fida custos esset, & rerum. Prima quidem historia in hoc erat loco ordineque ponenda; reliquas addidimus, vt, Molismentis tēpli quæ propria erant, lector iuncta condisceret.

DE QVODAM DIVITE AVARO.

IN maxima annonæ claritate Nortmanus quidam, *Anton. Serlianus lib. de inuocatione Sanctorum.* homo copiosus & diues magnam vim frumenti condiderat, vociferante nequicquam populo, vt inuito precio diuenderet. Qui comprimere peruerbarat, quod speraret quantò tardius, tanto se carius venditurum. cum autem quodam dominico die horreum voluptatis causâ resignasset, atque aperuisset, vt ille, qui sibi apud Lucam applaudebat, quod ingentem numerum tritici collegisset, conclusissetque collectum; muribus contra, quàm opinabatur, granarium offendit impletum. Qui triticum haud contenti consumere facti agmine auarum possessorum atque otiosum spectatorem inuaserunt, & vndique momorderunt. Ille bestiolas tum innumeras, tum grandiores, quam loci consuetudo ferret, vehementer

menter extimuit, omniq̄ue humana destitutus ope diuinam implorauit, ac Deiparæ in malis adiutrici his se verbis commendauit: pœnitet, heu pœnitet, virgo mitissima, pœnitet me sordium, & auaræ mentis, peccatum & scelus agnosco; Sancta Dei genitrix Maria opitulare mihi, quem mures scædè & scûe discruciant, morsibusq̄ue conficiunt: tuum tale templum (locum nominauit) singulis Dominicis inuisurum me esse polliceor, atque inibi sacrificium in Dei laudem atque tuam, solemne cantaturum promitto. His ita & conceptis & effatis, mures inuiso numero, & inuisitata magnitudine diffugerunt, atque hominem missum fecerunt; Ipse voti, ac periculi memor, quoad vixit, promissa compleuit, quæ & moriens testamenti lege cauit, vt votiuum illud sacrum, quod quaq̄ue die Dominica cantadatur, penne fieret, & legati perpetuitatem annua penione fundauit.

DE QVADAM FOEMINA.

*Ex Annal.
Francisci
Bencij in
histor. colle-
gij Torna-
censis, iisdè
verbis.*

SEQVITVR aliud quiddam in muliercula, quod rectè dixeris miraculum. Festo hæc Visitationis beatæ Virginis die, ab oppido, quod quatuor leucis abest, Tornacum venit, matureq̄ue confectis negotijs domum reuertitur. In itinere circumfultant solam tres lupi valentes, nulloq̄ue labore procedunt, appetunt morsu tenuiculam vestem, dentibus trahunt lacerantq̄ue, corpus non attingunt. Eam postremò præcipitem in desertum raptant locum, quem aqua oppleuerat; & actum esset penitus decessella, ni accessisset mulier eximia pulchritudine, quæ vt eam videntem manifesto exemit periculo, ex oculis clapsa est.

A B
H
bus. Igit
sto, cui
sus & att
munione
se quoqu
refecit, in
debat, qu
Domum
nit. Ille C
micus, si a
stianorum
elles, ani
vhor in te
pitem fili
dentem, c
uebat. Vi
aque illo
sacrificio s
liberare ce
dio prohib
scindit, d
mentisque
si stendi
des quali
lant, reme
de à flamm
cham, ate
sua popul

AB INCENDIO SERVAT
incolumes.

CAPVT IX.

De filio cuiusdam Iudai.

HEBRÆVS puer simplex & paruulus, cum pueris Christianis in literarum ludum ventitabat, condiscipulorum sequax in omnibus. Igitur die vna cum diuini altaris sacrificio peracto, cui ipse sociorum sequutus exemplum religiosus & attētus interfuit, ad sacrosancti Corporis communionem Christianos pueros vidisset accedere, ipse quoque diuinę illius mensę conuiuia vitali se cibo refecit, imitationis studio fallente, quę sumere suadebat, quod nondum Christianis non licet accipere. Domum reuersus, quid egisset, patri gaudens exponit. Ille Christo Domino, atque eius institutis inimicus, si alienos (excipit) puerulos imitatus Christianorum sacra sumpsisti, neque quo parente natus es, animaduertere voluisti, ego Mosaicę legis tutor in te parricida iustus existam. Nec mora, simplicem filium infantemque in fornacem coniecit ardentem, quę domesticę officinę peropportuna seruabat. Vitrum enim Hebræus hic homo conflabat, atque illo se conformandorum fragilium vasorum officio sustentabat. Mater periclitantem puerum liberare conata est, sed flammis ardentique incendio prohibita caput præ dolore denudat, comam scindit, domum egressa ciuitatem clamoribus lamentisque compleuit. Ciues exciti vocibus, quę lothendi causā, sciscitantur; cognita, ad Iudæi ædes quasi dato signo concurrunt, vel potius conuolunt, remotoque ab ore fornacis igne puerum saluū de flammis intactum inuenerunt, neque aliter affectum, atque si in mollissima pluma iacuisset. Exortus populi clamor est lætantis, Iesum Christum laudantis,

*Gregorius
Turonensis
lib. de gloria
Martyrum,
cap. 8.*

dantis, nefariumque Iudæum ad pœnas meritis
 mas reposcentis; quem in flammis iniectum ira
 nis absorbit, ut vix quicquam ex impiis ossibus
 maneret. Interrogatus à Christianis puer, quo
 umbraculo, vel vento scævientis flammæ vim & in-
 petum arcuisset, illam matronam sibi adfuisse respo-
 dit, quæ in templo, vbi panem sacrum ipse gustavit,
 puerum pulchellum in sinu fovens visebatur. Illa
 me palla contextit, à flammis defendit. Hanc
 eandem historiam Glycas apponit, & Menæ
 Patriarcham adfuisse adiungit, remque Iustinus
 Imperatorem ex Menæ narratione didicisse. Dubi-
 mile quidem est, aliqua tamen ex parte consuetum
 , quod Augustæ factum esse Bencius scribit; cui
 ipsa est hæc oratio, quæ sequitur. quidam per-
 lio Paschatis satur ab hæreticorum coena in
 strum templum venit, otiosè exploraturus, equi-
 ageretur: Cum spectaret tacitus, quæ consistens
 pietas, qui sensus animorum unum atque idem
 tium, quam spirarent omnia religionem, qui cap-
 tum venerat, captus est, neque inde discessit, am-
 euomeret virus iniquitatis suæ. Puer cum videt
 condiscipulos aliquot suos ad sacram mentiam ac-
 dere, similiter ratus licere omnibus, etiam ipse ac-
 sit, & panem hausit Angelorum. Quod ut eius pater
 qui erat Catholicus, rescivit, simplicitatē pueri
 fatus illum clam matre hæretica, ut confiteretur, ad-
 duxit. Narrabat porrò puer, ut magnum illud
 mentum accepit diuinæ charitatis, non aliter, nisi
 intrasset flamma, os sibi visum aduri.

DE QVADAM MVLIERE.

LAVDONENSIS VRBIS Eluialdo pontifice
 ex vicino pago generum habebat ætate
 tem, & forma decorum, de cuius cultu ac
 stium nitore erat filix causa sollicita, talemque
 impetiebat, qualem erga vxorem fieri optabat.

4 part. An-
 nalium.

In Annal.
 de reb. colle-
 gij nostri
 Augustani.

Sigebertus
 monachus
 gēblacensis
 in chronico
 de reb. ge-
 stis circa
 annum Do-
 mini. 194.

L
 focus ind
 interpretat
 ca foedius a
 nis impatic
 aliena, sed
 doos robur
 allecxi paru
 tatem. Eni
 patricidij (g
 calio) pœni
 ta maculari
 que detesta
 dum, plac
 aliquo spaci
 burgatus pat
 ordotalis m
 ctus commi
 natius crucia
 quod obicit
 tene, familia
 ad magistrat
 ruga, nihil
 condonis ind
 rigat bona r
 tna addicitu
 supplicium c
 mulier temp
 dit, hominu
 tant, preces c
 fela facinus,
 spero indi
 lum enim p
 fela: dignio
 tamento, qu
 gibus repre
 incenditur
 factu

socus indulgentiam, diligentiamque quidam secus
interpretati suspectam habuerunt, generumque ab
ea scædus adamari putauerunt. mulier sinistra rumo-
ris impatiens criminationis authorem manu quidẽ
aliena, sed machinatione propria trucidauit. Nam cū
duos robustos iuuenes subornasset, illiq; promissis
allecti paruissent, facta cædes est ad mulieris volun-
tatem. Enim verò homicidij, vel, si nõnullis credim⁹,
parricidij (genero sublatō vt in susurrādi tolleretur oc-
cilio) pœnitentia adito presbytero grauissimi scele-
ris maculam sacramento confessionis expiauit, Deū-
que detestandæ culpa cædis offensum reconcilian-
dum, placandumque curauit. Interiecto temporis
spatio presbyter ille cum hac eadẽ muliere
largatus patratam necem cum summo dedecore sa-
cerdotalis muneris, palam exprobrauit, iraque te-
stis commissæ (proh scelus) enunciauit, quæ vel in-
uaditis cruciatibus impulsus tacere debuisset. Audiūt
quod obicitur, occisi propinqui; hi parentes admo-
nent, familiamque concitant vniuersam, res deniq;
ad magistratum deferunt, cuius accitu mulier inter-
rogata, nihil occultat, cædemq; insidiosam nefarij sa-
cerdotis indicio proditam sine vlla tortura patefacit.
ergo bona mulier Laudunensis sententia iudicis stā-
ta addicitur, ac publicè iubetur exuri. erat in ipso ad
supplicium cursu Dei genitricis veneranda basilica.
mulier templi occasione Dei se genitrici commen-
dat, dominum etiam, qui innumerabiles conuene-
bant, preces efflagitat, quibus publicè admissum cõ-
fessa facinus, ad pœnam flagitato debitam, sed præ-
cæpeto iudicio impositam alacris properabat; viden-
tam enim prætori fuit, vnde illa esset accusatio pro-
bita: dignior quippe sacerdos morte fuit, violato sa-
cramento, quam mulier illius prodita indicio, quod
reprobatur. in ignem iniecta nequaquã sen-
tenda dium, consumptisque flammis diuini

*Quidã aiũs
ipsũmet ge-
nerũ fuisse
occisum, qui
sua socrus
iactabat a-
mores.*

*ps
idio*

fidio numinis permansit illeſa. factum mirabile illud, quidem aduerſarij non diuinæ virtuti pro ſacramentali confeſſioni pugnant, ſed fragilitati lignorum aſſignant, aridam, fortemque materiam congellerit, igneumque illud ſupplicium renouarunt. Sed niſi actum eſt, iteratoque beatiffimæ Virginis ope miraculo mulierem execrabili ſacerdotis conuiſio detectam, temerè damnatam, inuidentiſſimè accuſatam, igne repetito Deus, qui vt maximus, ita eſt optima incolumem iterum conſeruauit. Nec enim in conuulſis ſæuere debuit, quam prima omnium præſentium apud quem ſcelus illa, facinusque poſuerat, omnia omniū crucianda tormentis lingua notauerat. Quare ab incendio non corpore tantum, ſed veſtibus etiam intactis, atque integris ad eandem Deiparæ Virginis dē, vnde armis fiduciæ munita venerat ſubitum ſupplicium, populo applaudente, & beneficentiſſimæ Deæ Matris laudem & gloriam prædicante reducta. Multo poſt mulier, quæ virginis beneficio ad vitam eſt translata meliorem; exemploque ſanctæ confeſſionis iura, quæ oportet eſſe ſanctiſſimæ ſi vnquam (quod non accidet) violenter, tamen confeſſio ſaluti fore, non fraude; & eum, qui deſeruit furentis ſacerdotis indicio ab ineptiſſimo iudice hatur ad pœnam, liberatum iri diuinitus, & in tantum numero habendum: pro talibus enim ſanctiſſima Mater & virgo propugnat. hanc hiftoriam quædam minutius & iniurioſius exponit, quam aliam mittendo, alia committēdo deprauat. Legat, quæ let. nam & iis obſequendum eſt, qui cum aurea vident, tamen ærea demirantur.

DE QVODAM PVERO.

*Sylvanus
Razrias de
miraculis
B. Virginis*

DIDACVS ille ſapiens & ſanctus idiota, qui in cœlitum numerum Sixtus hoc nomen quintus retulit, vnus fuit ex claris Deiparæ mantibus, cuius in peruigiliis, Sabbathiſque omnia

L
panis & aqua
(quæ lā pas
ſer, ſanabat
ciferanter
ſcō diderat,
non filio e
vocius &
miſeratus e
plum eat,
erat Antiqu
ſue, vt qua
preſſo ſubu
perſicit; ſic
no filium n
miraculo, c
magini, cui
eſt habitus;
oculitandæ
cus fuit aut
Iulianis ad
rum Caſtre
Ereſtæ Ca
quod Mon
caſtre omni
tione decora
tatur mirab
ſidico ex liter
cauorem Pa
et Monforti
dem plurim
tinus, verbo
domesticis,
en Rectore
nem de ueni
ſim accollæ
ſellet, rati

panis & aquæ ieiunium tolerauit, & lampadis oleo
 (quæ lâpas in virginis ara lucebat) quoscumq; vnxi-
 ser, sanabat ægrotos. Hispali in mulierem incidit vo-
 ciferantem: nam furnus, vbi se eius quidam filius ab-
 scōdiderat, à pistore prudenter incensus, non poterat
 non filio esse funestus. Itaque mulier dolore infana,
 vocibus & querelis omnia cōplebat. Didacus mulierē
 miseratus ei mandat, vti curriculo ad primarium tē-
 plum eat, seq̄ue ante Dei genitricis imaginem, cui
 est Antiquæ cognomen, gemebunda prosternat,
 sive, vt qua benignitate est, filio incensis lignis op-
 presso subueniat. Paret bona mulier, præscriptaque
 perficit; sic Deiq̄ue admiranda, venerandaq̄ue geni-
 tris filium mulieris extraxit illæsum. peruulgato tãto
 miraculo, creuit in Deiparam amor ciuitatis, & illi i-
 magini, cui nomen erat Antiquæ, præcipuus honor
 est habitus; vbi postea multa sunt patrata miracula,
 nobilitandæque imaginis in vrbe tam celebri Dida-
 cus fuit aut ex primis, aut primus interpret: cuius ex
 Bitanis ad Calaicos est propagata religio per Rode-
 ricum Castrensem Hispali Antillitem, & S. Romani
 Ecclesiæ Cardinalem, qui collegij Societatis Iesu,
 quod Monfortij insigne constituit, templum ipsum
 totius omnium Dominæ Antiquæ titulo & aduoca-
 tione decorauit. Non tacebo, quod cuidam nostro e-
 rat mirabile quidem, memoratuque dignissimū.
 Quædam ex literis, quas ad Patrē Provinciale Monte-
 fortium Pater Didacus Garfias, qui illo erat tempo-
 re Monfortiensis collegij rector, misit, quem ego te-
 stem plurimi facio. Historiam nos alibi latinam fe-
 cimus, verbaque ipsa repetimus. Quidam ex nostris
 domesticis, cum decisus negotiis, quorum causâ à suo
 Rectore missus, domum rediret, in altum flu-
 uium deuenit, quod sine lintre transmitti non solet,
 in accolæ vocant. Cumque cymbæ gubernator
 vellet, ratus noster hic famulo adiuuante, qui

*lib. 1. mira-
culo 12.*

*Frater Mo-
reus Olyssi-
ponensis in
suo Chroni-
co 3. part. li.
5. c. 3. Et se-
quent. Et
Petrus Ga-
letinus Pro-
tonotarius
Apostolicus
de vita S.
Didaci.*

omnes erat itineris, cymbam se commodè esse rectorum, fluuio sese non magis cautè, quam animosè commisit; sed vbi ad medium ventum est amnem, vbi aquarum impetus vehementior erat, frater & famulus licet validè remum impellerent, tamen ventus aquarum instabilem cymbam rapiente victi superstitique cesserunt: Fratris nostri comes nauigans desperata sese proiecit in flumen, beneque veniit quandoquidem paulò post feliciter enatauit. Noluerunt, quod extremum videbatur esse remedium, nisi citò tentaret, in lintre remansit, quæ præceperebatur. Enimuerò cum se altæ cuidam declinatam quam efficit vnda præcipitans, duabus in inuicem pugilem lanceis, vicinum videret esse, & aqua cadentis horrendo strepitu aures ipsæ obsurdescerent, perterritus attonitus se cruce signat, & clara voce pronunciat, ait mihi virgo Maria, cui Antiquæ cognomen. Ita videlicet Dei Matrem appellauit, quã sciebat nostri collegii Monfortiensis esse patronam, & templum in cuius esse tutela ex fundatoris voluntate, cum Antiquo sitatum Hispali, tum aliis in locis cognominatum. Etenim Cardinalis Rodericus à Castro Depan sanctissimam præcipua quadam religione venerat est. Semper igitur in grauiissimo vitæ discrimine nostri bono artificio opitulatus est Christus. Mater virgine deprecante. Nam per saltum illum aquarum Cymba illæso vectore descendit, nec in scopulis impingit, qui & multi, & asperi aquam ex alto labentes resiliere cogebant, & spumosos fluctus resiliens frangebant. Et cum longo iam spatio temporis inuium vbiq; torrentem linter errabunda saluberrimè quassata & fatiscens in imo fundo subsedit. Tunc non ignarus, omnium, quibus erat perfunctus, grauiissimum esse periculum, virginem commentata aduocatam inuocare non desinit, alteraque mater strenuè natantis muli frænum premens, altera

mum na
enit in c
tera ipsi
& felicit
ter vndas
ebant. V
tem, cui
tur, in tan
lia per aqu
suis esse fr
natrix ign
fuit sospit

DE S

A N
152
ign
remedium
ritus coeli
fianis ma
triat liber
quod solis
virgo veni
templi ipsa
nonnullis
biem dep
quæ per te
gudio cor
anorum
templum
quam ope
tisque me
colendo n
grata mar
ran ignis

num nando, atque adnitendo ad exoptatam ripam
 exiit in columnis, non sine stupore multorum, qui à
 terra ipsi, quem iuuare non poterant, miserati fausta
 & felicia precabantur, & ancipitem nostri artificis in-
 ter vindas viam Deo, cui nihil est arduum, commen-
 dabant. Virginis adauxit res tanta illis in terris pieta-
 tem, cuius se fama dilatauit. Quis enim non mirare-
 mur, in tam longa iactatione (nam passuum sex mil-
 lia per aquas emensa) nostrum sanum & valentem
 suus esse fratribus restitutum? Ita Dei sanctissima ge-
 nitrix igni in puero, aqua in nostro viro mirandæ
 fuit sospitatis effectrix.

DE SACRO IGNE, QUÆM DIVA

Mater extinxit.

A NNO Christi nostri Seruatoris & vindicis
 128. in Sueffionensi quodã pago multi sacro
 igne correpti ad virginis templum Sueffione
 medium quæsituri venerunt; votis eorum & pre-
 cibus cœli Regina respondit, intra dies quindecim
 sanatis matibus centū & tribus, puellisque ternis dū-
 tant liberatis, vel quia non plures ignis attigerat, vel
 quod solis illis esset expediens. Quin & ipsa virginū
 virgo venit in templum cœlesti agmine constipata,
 templi ipso fragore aduentum testificante. Fama est
 nonnullis pridie illius diei, in quo morbum horri-
 bilem depulerunt, cœlitus lucem oculis offusam;
 quæ per templi specularia faciem lumine, mentem
 gaudio compleuit. Sed illud inibi valde mirabile. Puer
 annorum vndecim pecoris custos à matre in illud
 templum adductus, cum, valetudine obtenta, citius,
 quam oporteret reductus esset in patriam, benefi-
 cique memor gratiis agendis, donoque attentius re-
 toliendo redire vellet ad templum, neque id ab in-
 grata matre peruinceret, ô recidam, inquit, & me ite-
 rum ignis infestet, vt redire necesse sit, morboque
 virgente

virgente sacra ædes reuifatur, vnde tam immaturè dis-
 cecit. Exauditis precibus, renatoque morbo, reuifatus
 est puer. vt autem limen attigit ædis sacrosanctæ
 somno consopitur: sed sacrae strepitu pompæ, qua
 tum agebatur, excitus soluit ora clamoribus, inque
 gratiarum actionem effusus est totus. Narravit autem
 Dei se affuisse conspectum, Deiparamque vidisse
 pro misero populo supplicantem, Deumque suæ pa-
 nitrici, vt ignis ille sanaretur, concessisse; mox Vir-
 nis de Suesſionensi sua domo querelas confuſas
 tem audisse filium, quæ præter cæteras afflictæ et
 formataq; tū transmarino, tum trāsſthenano promi-
 ſo subsidio; Suesſionensēsq; pœnas daturus tempo-
 virginei non in tempore restituti. Itaque ignis nego-
 gentes multos exussit. pastor hic puer haud falsi pro-
 dictione paulò post se esse moriturum affirmat.
 Non enim mensem superuixit. Historiam idem hic
 pastor, inde à mundi exordio, versibus bene cunctis
 bus ex tempore decantabat; Euangelia memoriter
 tanquam ex libro recitabat; Iosephum virginis spo-
 sum præcipuis laudibus exornabat; in dicendo ca-
 debat oculos, quasi lucem pertæsus mandantem.
 Mortuus cædoris insoliti voluptate intuentium o-
 los oblectauit. Antoninus affirmat, prægnantis et
 iusdam periclitantisque mulieris non ante faceret
 partum fuisse, quam visendæ sanctæ Mariæ Surſo-
 nis se voto constrinxit, etsi quædam mirabilia pa-
 tum præcesserunt. Nam priusquam esset enixa pu-
 rum, ternos ex utero lapides fudit, primum mag-
 tudine oui anserini, alterum gallinacei, tertium
 tantum, quanta nux est; sequutus illicò par-
 tus infantis, qui baptismi aqua tin-
 ctus breui ad superos euola-
 uit.

C

tiz Mar-
 ius temp-
 sequuta
 terram
 Fero lib-
 dem per-
 collo in-
 nem ma-
 ita etiam
 Cum au-
 pondero-
 ecce sub-
 hiespon-
 gentissim-
 detracta
 gnus S-
 itas egit
 Biocent-
 & crudel-
 pendit.

Z

tentis R-
 natis vn-
 merum

DE CARCERE AC SERVITUTE IN
libertatem vindicat.

CAPVT X.

De quodam mercatore.

CVM Nortmanus mercator à Saracenis ultra mare captus durissima seruitute oppressus teneretur, catenisque deuinctus Mariam gratiz Matrem implorauit, & Baiocensis agri celebre eius templum visitaturum spondit. preces ac vota sequuta libertas est, catena sponte decidente, cuius terram ferientis sonitum solus sensit ipse captiuus. Ferro liber atque expeditus ad votiuam Virginis ædem peruenit incolumis. Sed tamen orbis ferreus collo innexus, in quem inserta catena fuerat, hominem male habebat; erat quippè non modo grauis, sed ita etiam & durus & crassus, vt limari non posset. Cum autem à beatissima virgine, vt illo se ceruicis ponderoso tormento liberaret, comprecatus esset, ecce subito clauus ille, quo vinculi nodus tenebatur, sese sponte dissoluit, qui non potuit, quamuis diligentissimè quæsitus, inueniri. Tum, mole à ceruice detracta, molestia conqueiuit. Bonus quoque peregrinus & scelix cū Diuæ sospitanti, quas potuit, gratias egisset, suæ & seruitutis & libertatis historiam Baiocensibus explanauit, collariamque horribilem, & crudele millum, rei gestæ memoriam, ad aram appendit virginalem.

DE QVODAM CAPTIVO.

ZAMORENSIS quidam iuuenis & genere & doctrina clarus, & sacre scripturæ intelligēs, cum Dominicanos Patres de sacro B. Dei patris Rosario magnifica prædicantes audisset, ex inuitatis vnus esse voluit, & in Sodalium adlectus numerum almæ Matri preces ac orationes ex sancto illo

Anton. Soleri? Carpinas in tract. de veneratione & inuocatione Sancti.

Hier. Taxius in familia Prædicatorum Theologia magister in li. de Rosario.

funiculo quotidianas, stasque perfoluit. Anno autem Domini millesimo quingentesimo trigesimo in Italiam nauigans captus est à prædonibus, Algerinique perductus Ænobarbo archipiratae triennis seruiuit. Quo tempore Rosarij consueti neq; memoriã deposuit, neq; ue usum intermisit. Nã captiuus & seruus operisq; distentus, eandẽ in recitando, quam solutus & liber, diligentia adhibuit, haud ignarus nõ modò ad animi salutem, sed ad corporis etiam libertatem illud iter esse directum. Nam suorum tenuitatis & indigentiaẽ conscius de pecuniaria redemptione diffidebat, maxime cum rex ille barbarus pro libertate immane pretium exigeret, cui soluendo fortunã paternã non essent. Igitur humanis opibus desperatis, virgineum numen implorat, liberationemque à communi Christianorum parente deprecatur, non tam vitæ suauioris desiderio, quam veræ salutis studio. Metuebat enim, ne vel minis, vel promissa Christianam fidem eiurare cogeretur; adeo ut feruitutis iutolerãdos labores parui duceret præ illo colore, quem ex sui animi statu capiebat. Nam ut ait Tullius, aliud est laborare, aliud dolere. Cũ onera ferrebat, agros colebat, humi cubabat, vigilabat, ac ut saturandæ fami cibaria fragmenta suppetebant, tum se laborare arbitrabatur, ac corpore tantum defatigari; cùm verò inter Mahometanos & Christiani nominis hostes acerrimè se versari meminerat, & fidei causam lædi posse videbat, sempiternæque salutis immutare discrimen apud animum cogitabat, tũ dolor in tiraus cor adolescentis exedebat. Quamobrem suorum Christianorum desiderabat terras, & quo libertatis studio matrique seruiret, ac periclitandæ religionis motum deponeret, ex perfidia Africa ad fidem Europæ partem Hispaniam redire cupiebat. Itaque consilio cum quodam altero captiuo, quem diligebat, communicato, & in eandem adducto sententiam,

de lug

de fug
illam d
itur, qu
uir A
uium r
quente
pelleba
bris am
curfu ce
omnes
persequ
vatores
præfidi
ou Rosã
serunt.
vt dixit
firi illa
maximã
stianos &
ipã con
Rosarij b
tis illie
fiitur,
Zamorã
Virginis
facti hu
perdocti
gestimo d

DE

SE
Der
ran
lis, & p
humano
nuncupa

de fuga consentiunt, compedes diffecant, ac se in viã illam dare decernunt, qua ad nouæ Numidæ urbem itur, quæ Bugia hodie dicitur, Neptuniq̃ue aras vocauit Antiquitas. Nullus panis, nulla cibaria, quòd deuium tortuosumq̃ue iter faciendum fuit, vt se persequentes fallere possent; herbis famem, sitim aqua pellebant, latitare luce, nec se loco mouere, in tenebris ambulare, ac progredi, & ad regna Christiana cursu contendere. Rex Barbarus interea fremere, vias omnes obsidendas curare, missis mille cursoribus persequi fugientes. Sed nihil est tamen effectum, suos viatores virgine defendente. Quin & eiusdem ope ac praesidio, quam frequenter appellabant, praelatus manu Rosarij duos nauigabiles fluuios nando transmiserunt. Ventum est denique ad urbem, quæ Bugia, vt diximus, vulgari nomine compellatur, quæ à nostris illa tenebatur etate. Ibi à fuga trepida & sollicita, maximeq̃; itineris laborib⁹ recreati, quid inter Christianos & Mahometanos interesset, intelligunt, req̃; ipsi condiscunt, seq̃; ex Maurorum seruitute ereptos Rosarij beneficio testificari multorum animos salutis illius precationis, quæ piacularibus globulis efficitur, religione compleuerunt: Ipseque adolescens Zamoræ natus, vt diximus, in laudem benè meritæ Virginis opus exornauit, quod Hieronymo Taxio facti huius historico, & alijs eiusdem familiæ viris perdoctis recitauit. Gesta hæc tanta res est anno trigesimo quarto supra sesqui millesimum.

DE QVIBVSDAM VINCTIS.

SED & quibusdam rebus approbatum est adesse Deum ærumnosis hominibus, & ferre implorantibus opem. Retinebatur quidam in vinculis, & pro malefactis iudicium timebat. Destitutus humano omni auxilio ad diuinum confugit. Vota nuncupat pro libertate, nullisque euentibus causis

Ex Annal. Bencij de rebus collegij Iroslanensis in Polonia, iisdem verbis.

repentè apertis foribus, vinclisq̄ue disruptis, suscepto itinere ad beatam virginem Castochouiensem exiuit. Per concionatorem nostrum introducta est consuetudo ad meridianum campanæ sonum Disparam salutandi, quod hætenus solum in collegio nostro seruatum erat; ad idem exemplum excitata loca omnia, in quibus contigit, vt nostri versarentur. Quidam insimulatus furti, capitisq̄ue damnatus cum pudore simul & dolore anxius incluso spiritu pœnam morte tentat præcurrere. Dei matris, cui se commendarat, auxilio prohibetur à facinore, mox etiam innocentia compertus, absoluitur. læserat quidam alium verbo non acerbissimo, & quamquam veniam precatus, carcerem non effugit; hic cum graviora metueret, pro egressu votum nuncupat virginis Lauretanæ, idq̄ue illi cordi fuit; proripit se è custodia cluis custodibus, voto se liberat. In reditu cū deuo accerseretur, ne daret pœnas, nostrorum precibus datum est.

Idè de reb. collegij OE-nipontani in Germania superiori.

Idem de historia collegij Cortraensis in prouincia Belgica.

E SUPPLICIO CAPITALI PER VIRGINEM MULTI EVAFERUNT.

CAPVT XI.

De quodam reo.

Ioannes Lopezius Dominicanus de Rosario beatissima virginis lib. 1. cap. 25.

Victoriam Hispaniæ urbem à Sanctio olim Vasconum Rege gasterli pagi mutato nomine extructam Federicus à Toledo Albus regulus anno 1512. gubernabat, & eorum castrorum imperator erat, quæ Nauariæ præsidium Castellæ Reges in illis locis collocarent. Est autem optimo precipi suggerente Patre Martino à sanctis ex Diui familia Dominici, qui Federici confessiones audiebat, summum faciendum, vt, qui blasphemus esset, Decretum aut Cœlitibus iniurius, non alio, nisi mortis supplicia

plicia
baru
vel ex
cæter
gion
que v
sceler
dam
clarus
bio eg
suppli
recita
tunan
uenire
deneg
obfurd
mos est
Rosarij
proripi
miles, t
libere p
(ration
sui) qu
deijt, q
frio no
suumq̄
currit s
à temp
Ioannis
tas, que
defendi
raculo i
animal
cenob
curauit
rata pro

plicio puniretur. Crescebat nimirum, & in dies augebatur impiæ nefariæ, quæ linguæ, vel ex impunitate, vel ex pœnæ leuitate licentia militaris, quæ etiam in cæterum vulgus manabat, & perniciosissima contagione serpebat. Haud multo post legem laram, plebiq; vniuersæ promulgatam duo grauissimi huius sceleris accusati sunt, causaq; cognita capitis ex lege damnantur. Martinus, qui legis suasor fuerat, vir præclarus, & animarum salutis percupidus, è suo cœnobio egressus ad custodiam vadit, & fontibus capitali supplicio sine vlla spe veniæ addictis autor est Rosarij recitandi, Virginem eorum, qui se inuocant, opportunam esse adiutricem, per necessario tempore subuenire solitam, nulli quamuis indigno opem suam denegare. Consilium alter ex damnatis accepit, alter obstruduit, cumq; educi è carcere, vt Hispanorum mos est, asellis ad patibulum traherentur, ecce quæ Rosarij amatorem bestia portabat, ex media turba se proripit, tanto impetu, vt nemo apparitor, nemo miles, nemo iudicis administer currentem asinû inhibere posset. Ille ad Diui Dominici monasterium (rationis compotem diceres, rectiq; gnarum consilij) quam velocissimè properabat. Nec antè currere desijt, quam virginalè in cœnobio sacellum, cui à Rosario nomen inditum, fauentibus superis penetrauit, faumq; sessorem ante virginis altare cõstituit. Accurrit satellitium, & turba insequentium, vt fontem à templo abducant, sed eiusdem Martini à sanctis, & Ioannis Victoriani ex eadem familia valuit auctoritas, quorum hortatu parcitum illi est, quem Deipara defendisset. Ipse beneficij memor, & tanto gratus miraculo in monasterio permansit, quò se tardum illud animal, quasi quid ageret sentiens, detulisset, resq; cœnobij domesticas fratrum laicorum habitu procurauit. Porò Federici vxor clarissima tantû admirata prodigiû Rosarij precationè illo ex die præcipua qua-

*Ibidem Lo-
pesius.*

quadam religione percoluit, multaque Rosariorum millia coëmit, militibusque distribuit, qui se hac pietate aduersus imminentes Gallos armauerunt, à quibus Iuliobrica (Lucronium vulgò dicimus) obsidione cinctâ tenebatur, sed breui sequuta victoria est, & Galli profligati. Non multò post in eadem vrbe Victoria Alabensis Cantabriæ principe, Rosarij sodales, cum se ad Purificationis ferias à cereis imparatos cernerent, candelas triginta duas fingendas curauerunt, & in eum finem ceræ massam ostilibrem mercati sunt. Hunc cereorum numerum cum dedisset artifex, cera superfuit ad totidem ferè formandos. Itaque sexaginta perfecit, quorum quisque libræ quadrantem ponderabat, sed candelæ tamen vniuersæ illas octo libras iunctis & examinatis omnium ponderibus æquarunt. Miraculi fidem appellati iudicis, scribæ publici, & testium curatorum acta fecerunt, quæ in Victorienſi D. Dominici monasterio tabulatis afferuntur. Cumque triduo toto cerei arfissent, singulisque omnium iudicio ceræ pars tertia decessisse videretur, tamen ad stateram reuocati nouem librarum & quadrantis pondus retinuerunt. Illud etiam administrationis accessit, quòd cum in arca sodales octo & quinquaginta cereas faculas duntaxat condidissent, vbi ad iudicem, qui rem exploraturus aduenerat, ab iisdem sunt prolatae sodalibus, vnius & sexaginta reperiuntur est numerus, multiplicante Deipara virgine cetum virginalem.

*Ex Annal.
Nicolai Or-
lândini 1587.
de historia
collegij no-
stri Perusi-
ni, iisdem
verbis.*

DE QVIBVSDAM CAPITE
damnatis.

INSIGNE sacerdotis nostri facinus non praeteribo. Cauponi cum mors esset illata, & in quaestionem famulus datus, ad motis tormentis animum à se commissum esse facinus, sociosque habuisse rusticos duos. Postulati in quaestionem rustici viciatunt

ciatunt
pitali d
nocent
mis re
tri dete
ret, cor
didit in
tulerat,
tes ad m
comme
mo veh
reis iub
gnita q
viderun
consilio
trahitur
innocen
sine pec
nunqu
culo libe
se mori
carent, ta
tidie que
tur. Hoc
exultit,
egit, qu
iustitque
cere fatio
Beneficio
collum i
tur. Qua
ribus re
lum

ciatum pari imbecillitate vincuntur, Sententia capitali damnatos mors sequebatur. Sed ut iniectos innocentium iugulis laqueos falsus iudex aspexit, intemis religionum stimulis agitated errore suo Patri detegit, cuius consilio ut religione animum solueret, coram ijs, qui praesentes aderant, rusticorum prodidit innocentiam, nec tamen iudex sententiam, quam tulerat, reuocabat. Ducebantur nihilominus infontes ad mortem: nec procul aberant a suspendio. Cum commonefactus a Patre iudex de re toto coepit animo vehementer addubitare: reuocatisque ex itinere ius iubet iterum consistui de caede quaestionem. Cognita quam diligentissime causa, cum iura damnati viderunt, iterum traduntur ad mortem. Sed diuino consilio fufis repente imbribus iterum dies necis extrahitur. Interim proditur caedis autor, & rusticorum innocentia patet. Ita tres homines simplices non sine peculiari diuinæ prouidentiae beneficio, quæ nunquam deserit sperantes in se, praesentissimo periculo liberantur. Etsi illi quidem acquissimo animo se mori dicebant, quia quamuis homicidij culpa vacarent, tamē quoniam multa peccassent in vita, quotidieque apud Deum offenderent, merito plesterentur. Hoc nostrorum factum mirifice vniuersa ciuitas extulit, quin ipse quæsitore nostris hominibus gratias egit, quod per eos vitam innocentibus reddidisset, iussitque consolationem adhiberi tormentis & carcere fugatis, & verò ipso metu mortis exanimatis. Beneficium Dei matris hoc fuit, ut homines iam collum in laqueum inferentes incolumes seruariantur. Quare paucis post diebus è tormentorum laboribus recreati ad Lauretanam aedem, ut pro incolumitate sua vota persoluerent, suspensa de collo recte, nudis pedibus incesserunt.

*Adrianus
Caquetius
Carmelita
in libro, quē
in scriptis
per spatema
argumen-
torum infi-
gnium satis.*

LVtetia è regione Carmelitani cœnobij in lo-
co, qui vulgò Mauberti dicebatur, quidā lata à
magistratu sententia extremo damnatus sup-
plicio cū satis longo temporis spatio pependisset,
velut è graui somno expectectus reuixit, multisque
postea annis apud ipsos Carmelitas saluo profusus de
incolumi corpore vitam degit. Is, vt aiunt, ante sus-
pensionem diuæ Virginis, quæ in illa æde Carmelita-
na religiosissimè colitur, opem & auxilium, fidei
inuocarat.

DE QVODAM MILITE.

*Ex Ann.
Francisci
Bencij in
histor. coll.
Traiectens.
prouincia
Belg. vsq̄ ad
verba.*

Sodalitas virginis sanctissimæ viris & virtutibus
in dies augetur. Ex hac miles quidam Italus, cū
ob nescio quod maleficium actus esset in fut-
uram, & carnifex suum officium fecisset, rece dentibus
omnibus cecidit fune dirupto. Cū accursum esset,
& comperit superesse aliquid in corpore spiritus,
in recreanda defectione laboratum est amplius hora.
Donec tandem reddita miranti mens, mox etiam vi-
ta donata, haud dubiè Deiparæ beneficio, quam in
mira semper habuit obseruantia.

AB INIMICO ET AB HOSTE
defendit.

CAPVT XII.

De seniore Andronico Byzantino Imperatore.

*Nicephorus
Vregorius in
2a hist. c. 9.*

CVm iunior Andronicus alter Abfalon Cœ-
stantinopolim, qua erat ambitione, noctu-
nis in euersionibus, insidiosoque exercitu furi-
ter occupasset, auum suum maiorem Andronicum
clandestino hostium aduentu, subitaque irruptione
obstupescit in maximos angores, sollicitudinesque

nesque cōiecit. Nam inimicorum repentino clamore, cum ultaque è lecto surrexit, vbi secutus, & incautus dormiebat. Cumque omnia circumspiciens nihil humanæ opis ac defensionis inueniret, ad Deiparæ illam ipsam imaginem, quæ pictore diuo Luca merito ac iure præcipuum quemdam honorem deprecabatur, confugiendum, accurrendumque putauit, vt vitæ desperatissimæ, necisque præsentissimæ remedium inueniret. Ergo coram sancta prostratus imagine Dei matrem confidenter orauit, ne se desereret, extrema ab ipso nepote metuendum, qui imperandi cupiditate cæcatus diuina humanaque iura sceleratissime violarat. Hæc non irritis precibus senex honoratus petiuit Andronicus. Opem enim pro cōsaeta sua misericordia Dei mater illico tulit, nepotique cōseratum iuuenem in eam mentem impulit, vt auum aras tenentem honorifice, mansueteque tractaret, atque ei se lenem & facilem in illa victoriæ ira preberet. Licet enim prospero rerum euentu gestiret, bellique reliquias persequi in animum induxisset, tamen vt in Regiā ingressus, auum senem vidit orantem, & virginis præsidium implorantem, ita flexus animo est, ac loci religione commotus, vt eandem Virgine & in primis sit veneratus, & auū comiter acceptū, habitūque dimiserit. Geminam Andronici iuuentis pietatem, qua diuinam parentem coluit, mortalemque auū cōseruauit, sibi que moderatus est in tyrānico dominatu, Christi remunerata Dei mater est. Nā cū morbo oppressus biduum sine vilo sensu iacuisset, dieque tertio quasi ex alto sono experrectus illius aquæ guttulas sibi afferri postulasset, quas Deipara cōsecrabat, & salubres faciebat (erat Cōstantinopoli fons miraculorū crebritate notissim⁹) ori que esset infusa, nō modò releuat⁹ morbo est, sed etiā omninò curatus. Seniori verò, quæ memo: auim⁹, Andronico improuisa morte decedenti (gelidā auidissime biberat,

& testaceis operam dederat, quibus fit aqua iucundior) Mariæ virginis quædam imago, quam solebat gestare, in sinuque habere, consolationi fuit, eiusque se patrocinio instante obitu piè ac religiose commendauit. Cumque in tempestate nox esset, nemoque sacerdos appareret, sacramentisq; muneret, solitudinis dolorem hac ipsa leniuit imagine, quam condeci non dubitauit, ac secum ferre quodammo do. Hoc enim probabilius mihi fit, quam cum Gregora affirmare, Andronicum instante obitu, cum nullus sacerdos præsto esset, qui sacra impertiret, lacrymantem & in genua procumbentem paruum illam Dei matris effigiem sacrosanctæ Eucharistiæ loco in os inseruisse, etsi doctoris Petri Canisij interpretatio huius facti non displicet. Nam cum videret, inquit, se temporis angustia prohiberi, quò minus sacrosanctæ Eucharistiæ viatico muniri posset, adhibita virginis imagine testari voluit, se benè quidem sperare cum de Christi benignitate, tum de matris eius intercessionem, quæ suis nimirum precibus apud Deum compensaret, quod ipse coactus & inuitus sacramentum sumptione præstare non posset.

*Lib. 5. de B.
Virgin.*

DE SANCTO GVIDONE
Confessor.

*Laurentius
Surius de
vitis Sanct.
Martij.*

HERIBERTVS Rauennas Antistes Guidoni viro sanctissimo capitalis hostis erat, cuius cœnobium, quod Pomposianum dicebatur, cum armata militum manu cogitabat mittere. Id ubi primùm Dei seruus audiuit, cum omnibus suis Monachis in preces feruenter incubuit, ianæ positæ vestibibus, asperrimis se cilicijs induerunt imitati Prophetam, qui dixit, ego autem cum mihi molesti essent, induebam me cilicio. Tres dies, non cessante continenter ita vestiti, ac sine calceis, paneque hodie deacco, & aqua contenti in ea exedra, quam capitaneam rem ap

rem app
& in tri
lumque
mortal
promissi
tionis, er
pidos pe
tur, qui v
leni vultu
uerent,
tum in, in
sue is vic
genibus
fueribus
riusis ol
bitum ve
nocosific
humi prof
lacrymis,
monachis

DE M A

ALI
rib
tia
monachos
Erat huius
Christiana
debat filia
manequè
gatiandi c
expeditior
tamè seruu
ominè se
naue d
rem ap

rem appellant, se virgis diriter quatiebant. In templo, & in triclinio nuda humo pro sede vtebantur, nullamque mœrentis animi indicium omittebant. Immortalis, idemque misericors Deus' suauissimi illius promissi non immemor, inuoca me in die tribulationis, erua me, & honorificabis me, lugentes, ac trepidos per suam clementissimam matrem consolatur, qui vni eorum visa est multis stipata virginibus *Psal. 29.* leni vultu admonens, vt, quæ facerent, facere perseverarent, timoremque deponerent: haud dubiè auditum in, inque triduo illo ieiunio neminem hostem, siue is videtur, siue humanum fugit aspectum, plangentibus seque afflictautibus nociturum. Guidoni & fratribus narrat is continuò visionem, cuius veritatē in finis ostendit. cum enim hostili animo ad monasterium venisset Antistes, & à monachis in templum honorifice deductus esset, vbi ad Deum orandum se humi prostravit, ita mutatus animo est, vt fluentibus lacrymis, quas amor expresserat, cum Guidone & monachis pacem stabilem, amicitiamque firmauerit.

DE MATRE ET FILIA AB INTERITU
Et c. de liberatis.

ALEXANDRINVS quidam ciuis priscis illis tēporibus vixit, qui pietate erga Deum, beneficentia aduersus egentes maximè præstitit. Idem monachos hospitio accipiebat, benigneque tractabat. Erat huic vxor cum aliis virtutibus, tum vel maximè Christiana modestia, & quotidiano clara ieiunio. Habebat filiam sexennem dulce pignus amborum, cōmuneque vinculum. Et cum Constantinopolim negotiandi causa marito necessarium iter instaret, quo expeditior esset, domi vxorem reliquit & filiam, iis tamen seruum adhibuit, qui domestico famulatu suæ feminæ solitudinem redderet leuiorem. Conscensa naue descendentem maritum vxor blandè compellans

*Pratū Spi-
rituale c. 75*

pellans, nos, inquit, amicè commendas, Dominus no-
 stræ: excipit, Deiparæ sanctissimæ te & filiam tuam
 supplex, gemenque commisi, secunda esto, nihil maius
 patiere. Interim non longo interuallo cum die quasi
 pia coniux de more quieta sederet, & manibus labo-
 raret, ipsaque adisset matri puellula, nequam ille se-
 uus dæmone subdente faces, in animum indidit
 matrem & filiam perneare, compilataque domo
 fugere. igitur sumpto ex culina cultro se ad matrem
 filiæ secretum conclaue proripuit. Ut autem ianua
 eius cubiculi, vbi erat hera, subiit, subita cæcitate
 peditur, quominus & in matris & filiæ recessum pe-
 netret, & ad culinam reuertatur. Cumq; horam pos-
 sitisset, ac frustra pedē inferre conatus esset, heri so-
 cat, utque gradum acceleret, incunctanter exclamat
 illa, quod tam diu in ostio consisteret, admirari cau-
 tatiſque inscia, tu potius accede respondet. Misere-
 uis tuum illud, veni hera, congeminat, & domum
 graui obtestatione compellat. Illa se iterum summa
 rā pernegat; seruus religiosiſ obsecrationibus domi-
 nam, ut accedat, virgere persistit: iurat matrona iuri-
 fore perſimilem, intolerantiæ, ac nouitatis offensa. So-
 tē huc mitte puellam; nequaquam, sed ipse veni,
 quid fortè opus est, vel ista in infueto otio effugiat
 finito. seru⁹ vbi nihil profici videt, cultro se percutit
 & cadit vulneratus; exclamat, vociferaturque; ma-
 na facinore exterrita, cuius præſaga nō fuerat. Acci-
 ritur partim à vicinis, partim ab ipsis vrbani Prætoris
 administris. Qui cum de seruo expirante remota
 comperissent, Deum immortalem summis laudibus
 præconiis extulerunt, qui matrem & filiam Deiparæ
 conceditas, atque commissas seruauisset.

DE VENTVRINO DIVI ALV M N

Dominici.

BERGOMENSIS Venturinus in D. Dominici
 cecitu perſtreuè militauit eius inuoluntate
 sancti

sic et itatis, quæ pessimis quibusque negotium sæpè
 fecisset, quidam scholasticus crimina multa confin-
 erat, maleuolique animo, à quo nullam iniuriam
 acceperat, illum accusaturus veniebat. Sed animum,
 consiliumque mutauit, simulatque in Prædicato-
 rum monasterij templum ingressus, Veturinum of-
 fendit orantem, à terraque vidit eminentem, depi-
 ctæque imaginis, in quam precabatur aspiciens, alti-
 tudinem exæquantem, & sacratissimam Deiparam
 cum eo familiariter colloquentem. Ergò nequitiam,
 laudaque & corrosa viscera detestatus, monasterij
 præfecto, quid sceleris cogitasset, quid etiam miracu-
 la vidisset, aperuit. Atque ex illo die Veturinum ani-
 mo dilexit, verbis ornauit, vultuque coluit. In feriis
 quas Ecclesia solemnè cærimonia concelebrat, ita
 Veturini ardebat animus, & vox clarescebat, itaque
 totum valebat corpus, vt ternas, quaternasque ho-
 ras literibus, & magna linguæ suasionè ad populum
 haberet conciones. Sabbathis omnibus de Virgine
 conuocabatur, cui præcipua quadam religione ser-
 uant. Illa haut ingrata, oratorem suum ab infamia de-
 fendit, variaque tum corporum, tum animorum in-
 iurijs, à cuncta diuini Dominici familia depellit.

*Ioan. Anto-
 ni⁹ Flami-
 ni⁹, & Ter-
 uandus Ca-
 stelli. to. 2.
 de vita S.
 Dominici.
 l. 2. c. 52.*

DE BILLOMENSIBVS.

Vlt diuina in custodienda ciuitate, conser-
 uandoque nostro collegio apparuit. Ergo il-
 la in hostili incurfu libera, in pestilentia, me-
 morie Deiparæ Lauretanæ, cui vota fecerat, tuta atque
 incolumis fuit.

*Bencius in
 Anna. 1587.
 & 1587.*

DE CIVITATE MELSHEMIENSI.

AM diu hæretici bellum in Catholicos moliebantur,
 vires iungebant, & robora exercitus occulta
 agitantur, nec fessellere Episcopum hostium
 meta rimantem. Ergò cum eam molem prouideret
 independentem, nec satis virium ad adhibendum,

*Ib. de hist.
 prouincia
 Rhenana
 iisdem verbis.*

ratis putabat futurum, si (vt minima de malis egreda) vt quam minimam casu ruina[m] daret. Nec tamen interea non se ad defensionem parabat. Itaque quoniam nulla est tuta ciuitas, quamuis opum valda, ac virium, nisi Deus tuetur, ad eum propinquum erectus, vt pro meliore staret causa, supplicationem decernit, quam ipse licet longa & difficili v[er]o ægro corpore, nec molli cælo prosequutus omnino incitauit, cum turpe duceret quisque, non sequi principis exemplum. Missis deinde quoquo[er]um centis viris, vt periclitaretur animos multorum, cum iam nihil esse spei in alienis opibus intelligeret, suas v[er]o v[er]tuncque intendit. Arces præfidiis munit, stationes interdiu, excubitoribus noctu dispositis, certasque partes ad custodiam vrbis attribuit, nullum omnino magnanimi ducis & sapientissimi principis officium Angebat ingētis animi virum de nostris soleribus neque eos obiectare in discrimen vllum volebat. Nobili interim viro, quo vtebatur arcanorum artem mandata, vt in omnem partem animo excuberet, vt omnes rumores, & momenta temporum, nequa improviso nostris accidat mali. Autor deinde iussit fuit, vt sacram omnem supellectilem, sanctasque reliquias cō transferrent, vbi in tutissimo essent. Maxime autem timebat cruci inter cæteras memoratam nec sine causa. Est enim artificio iuxta æuoque memorabilis, longa pedes duodecim, lamellis tota ingenteis & inauratis, quibus incisæ minutæ et pulcherrimæ, variisque gemmis magni pretii ornatur. Multæ intus cōditæ sanctorum reliquias paratur, eam ferunt à Carolo, cui cognomen Magnus, reditu ab vrbe Hierosolymis ipsius vxori dono dedit. Hæc nunc in nostra visitur æde, summaque reuerentia celebratur. Huic igitur cruci maxime timebat, quod tamen si, vt seponeretur, iuberet tolli, verebatur in sternationem animonū vulgi, quasi iam nihil sperare

perisset sublato præsidio & periculo ingruente. His rebus ita compositis, hinc Gallus Bullonio, & Colli-
neo ducibus per Tabernensem agrum populabun-
das, illinc Germanus eques factò agmine inuit; au-
gebat tumultum Helueticus hastatus sub signis. Ab
his omnibus copiis Alsatiam peti constabat, vt ibi
haberetur militum delectus. Hisce in angustiis cum
diuersas ad curas traheretur Episcopus, vt erat ad sa-
lutem ciuium totus intentus, plura consilio, quam vi-
perens, per legatos conficit cum ducibus hostium, vt
sine periculo ingressi maturent iter per suos fines sine
ullo maleficio. Promissum id est, sed prorsus hære-
tica fide, se sequimensem fulgentibus armis, virisque
proprie hinc denso agmine, illinc rara manu in iis locis
hæruat. interea eripiuntur, spoliantur, vastantur o-
mnia, nulla habita iuris humani, nulla diuini reue-
rentia. Tum magna calamitate propinqua, & facie
periculi nihil territus Princeps, nihil de Ca-
tholica constantia remittit, nihil de solita fiducia ad-
uersus Deum. Ad iniquas aut turpes condiciones
itaquam, descendit. Simul ad 40. millia in Molshe-
mensem agrum erumpunt, & belli nubes despesta-
te videbatur urbem, nec situ satis, nec manu munitã.
Inuigabat furias collegium Iesuitarum, contra quos
aditum vetus non nisi illorum sanguine satiandum;
nam obrem plurimæ amicorum ad nostros literæ
ad se inuitantium, hortantium honestam fugam. At
quæ ne hac tempestate fracti, deesse viderentur ciuitati
in rebus incertis, communem cum ciuibus casum
labere malebant. gratiæ eis pro hac amoris magnitu-
dine a magistratu actæ, sed consultius visum, vt ce-
derent, ne suspicati hostes se contemni, eorum com-
memoratione acius incenderentur. Seruiendum igi-
tur fuit tempori, & necessitati parendũ. tanto exerci-
tium tam exiguam urbem, tamq; inuvalidam inuadẽdi
periculo videlicet vel voluntas non data est, vel potestas

crepta. Augebat spem ciuium vetus quædam opinio
iam inde à primis ducta temporibus, & posterorum
deinceps omnium firmatam consensu, deuoerã, ut
oblatam muneri fuisse urbem B. Virgini, eiusque po-
tissimum in omne tempus præsidio tutam. Hæc
Addita rei dicitur fides visio vnus, cui conspecta re-
go affirmavit, donum sibi cordi esse & patrocini-
receptam in clientelam vrbis perpetuum præstiu-
ram. Nec elusa tempore fides, vrbis ipsa in omni ho-
lorum libidine semper intacta. Memorant vrbem
superioribus seculis circumducto filo mœnia conge-
tem, & veluti describentem limitem, intra quæ nulli
aduersarij ferrent pedem. Itemque Georgium vrbem
è cœlestibus tutelarem obequitantem muris, qui
propugnator agitaret custodiam, Nec defuit, qui
quoque vidisse ferunt Dei matrem candentem
amictu peruigili cura mœnia obeuntem. Sed hæc
aliis, quæ vulgò ferebantur, te non inquisita, nec pu-
blicam tribuit sua autoritate, nec priuatam adoo-
uit senatus fidem.

*Ib. de hist.
Sedis Bru-
xellensis.
verbis isid.*

DE QUODAM MILITE.

MAGNVS labor in expeditione Gallica
quam ferè neque inter diu, neque noctu
termisus, nec sine diuino numine eo in-
nere, cum hinc timeretur pestis, illinc hostis, scilicet
mes nostri omnes fugere, in reditu tentari aliquo
morbo, & recreati. Toto hoc in procinctu, anque
iam in prælio mira utilitas operis siue præterita
ce incitandis animis, siue ex occasione pluribus
diendis; sed maximè ad matronam Laniaco, ad be-
quam Metiosedo vrbibus expugnatis. qua temp-
state matronarum pudori, virginumque, ne violan-
tur, egregiè consultum Fuit interea miles, qui cap-
prædæ primitias Dominæ Angelorum voraret, &
ruptione facta in hostes, petitus ferrea glanc, ad
du

duntax
iusdem
tur vrid
stetie no
gini v
effectur
strenuis
rentur.

M
dalitio v
herbanu
sums ad
colendo.
po. cur ad
Vrbis aute
senit sem
Vorum
teum orn
Populi qu
noce an
tensem
ce promi
prudente
nalis qua
cles cade

PIC

N

dantaxat veste, cætera impenetrabilis fuit. Sed & e-
iusdem Dei matris imago in templo, quod quatiebatur
vndique vi tormentorum, medias inter ruinas
stetit non loco, sed numine defensa. Auxit hoc Vir-
gini venerationem, & grates Deo filio actæ, per quæ
effectum, vt ad intercessionem cæsis mille hostibus
strenuis bello, septem tantum è nostris desidera-
rentur.

DE PARIENSIBVS.

MVLTI interea supplicationibus Parisien-
ses (quos inter conspicièbantur discipuli
nostri è conuictorum contubernio, & so-
dalitio vtroque Mariæ Virginis) Deum placare mo-
rèbantur. Magnum enim sodalium, magna in pro-
prium adiuuantibus diligentia, magna pietas in Deo
colendo. Neque alia fuit causâ Syluanectensi Episcopo,
cur ad eam se admitti tantis precibus postularit.
Vros autem hæc Dei matris auxilio, quam patronam
sensit semper in omnibus rebus, se stetit gloriatur.
Vtrum nuper fecerat, missuram nauigium argen-
teum ornatum, instructumque (signum est Senatus,
Populique Parisiensis) ad ædem Lauretanam. Poste-
riore anno pedestrem peregrinationem ad Carno-
tensem (distat octodecim millibus passuum) publi-
ci promisit. Sed de tutela Virginis hostes fidei vel
pendente vel prohibente, libro huius materiæ virgi-
nalis quarto dicemus, & historias nec futes, nec iu-
tiles eadem iuuante Virgine proferemus.

*Ib. ij. itemq.
verbis.*

VICTORIAS, TRIUMPHOSQUE
Largitur.

CAPVT XIII.

De Narsete militum duce praclaro.

Niceph. lib.

17. c. 13. Pro-

copi^o de bel-

to Persic. l. 6

NON satis esse Virgini mortales ab hoste de-
fendere, testis est Narses & fortunatissimus
li 4 & for-

& fortissimus Imperator, quem Iustinianus Augu-
 stus copiis, exercituique præfecit, quod viribus con-
 silioque præstaret, & quod primum, maximumque
 est, pietatem, & religionem cæteris rebus antefere-
 re. Virginis enim tam sedulus cultor erat, tam amicus
 & socius, ut militares copias tum demum in aciem
 produceret, cum Deipara se illi videndam præbui-
 set. Igitur Sacræ Virginis & consiliis & auxiliis Te-
 tilam vicit, barbaros ex imperij finibus sæpenum-
 rō relegauit, infestissimos religionis hostes verit in
 fugam, robustissimos duces Bultinum & Sildan-
 dum (Bultinum & Sisualdumalum nominant) sus-
 iugauit. Erātque tam multæ, tãque illustres victorie
 Angelorum Reginae tum potentia, tum clementia
 tribuendæ, quæ apparebat in præliis, & Narseti quod
 maximè esset expediens, amanter indicabat. Gothe-
 rum classis, quæ tanquam densa nubes Orientem
 obscurabat, timore Narsetis repentè dilabitur. Tai-
 tum ab iisdem Gothis captum Romani recuperat,
 & præter omnium opinionem Deiparæ venient
 Narsetes, quamuis à Francis & Gothis iter esset obsta-
 ctum, tamen cum exercitu Rauennam peruenit in-
 columis. Rubiconem ab hostibus custoditum oc-
 ciso Gothorum duce transiit, & in Tuscia oc-
 currentem cum ingenti exercitu Totilam adori-
 tur intrepidus, signis collatis cum eo dimicat, ad
 extremum interficit, eiusque vniuersum exerci-
 tum contrucidat. Factumque est Dei opera, quod
 ipse confessus est Narsetes, ut Rex ille bellicosissimus
 cum potentissimo exercitu & innumerabilibus
 claro victoriis à semiuiro Narsete (erat enim eun-
 chus) qui tamen Mariæ Virginis ope nitebatur, tam
 feliciter vinceretur. Neque enim prius ipsius admani-
 tu Virginis cum hoste confligebat, quam prælii ob-
 mittendi signum cælitus accepisset; precibus enim
 excita succurrit, quæ ut canit Ecclesia, terribilis est in
 castris

castro
 do be
 illa de
 breuit
 Nar
 Theo
 eo eni
 stantia

DE

I
 V
 I
 uan
 nos
 ficia na
 nis dor
 Rege su
 busque
 porta &
 ce Belli
 bellum
 breui te
 Erat luf
 ra Deip
 tholica
 mundi

DE H

C
 passent
 raelius
 citumq
 virginis
 te & na

castris

castrorum acies ordinata. Fuisse Narsetem non modo beatæ virginis, sed etiam æqui amantissimum, illa demonstrant, quæ de eo Procopius scripsit, nos breuitatis studio silemus. Historia Pauli Diaconi de Narsete Longobardos euocante ulturo conuitium Theodoræ Augustæ, Italiamque prodente, reijcitur; eo enim tempore non erat in Italia Narsetes, sed Constantinopoli morabatur.

Lib. 3. de bello Gothico.

DE IUSTINIANO IMPERATORE.

Iustiniani Cæsaris in Deiparam cultus & obseruantie multa in historijs argumenta notantur; non minora pauciorave Iustiniano reddita beneficia narrantur. Vnum pro cunctis memorabo virginis donum illa dignum, cum quartus à Gensericō Rege successor ex totius Africæ regno opibus militibusque florentissimo à quinque millibus aduenarū postea & statione carentium præceps exturbatur ducte Bellisario, qui hoc equitum tam exiguo numero bellum, quod multorum videbatur esse sæculorum, breui tempore gloriosissimè felicissimeque confecit. Erat Iustinianus illo tempore Iusti amans & æqui, et Deiparæ deditissimus, & bene in Ecclesiam Catholicam animatus. Hæc qui habeat, non vna tantū mundi parte, sed omnibus potietur.

De gestis Longobardorum lib. 1. cap. 6. Procopius de bello Wandalico lib. 2.

*Fauet Narseti Corippus de laudibus Iustini Imperatoris li. 3. fauet Cæsar Baroni-
us tom. 7. Annalium.*

Paulus Diaconus lib. 18. hist. Longobardorum.

DE HERACLIO IMPERATORE, DE quo eius fratre Theodoro.

CVm propter ignauiam Phocæ tyranni, & in suos crudelitatem, Persæ cunctas imperij Regionem, Chalcedonemque vi & armis occupassent, neque ille Reipublicæ ruenti subueniret, Heraclius in Chosroem Persarum Regem copias, exercitumque coniunxit, & ab Stephano Metcop. Cyzic. virginis accepta imagine, inuocatoque Mariæ Deiparæ & nomine, & numine, barbarum Regem superauit.

rauit. Rursus, eosdem Persas, qui non Asiam modò, sed & Syriam, Ægyptum, Lybiam, & eius lumen, Carthaginem ceperant, atque subiecerant, imaginè Christi non manufactam secum deferens debellauit, & in suam redegit amissa tot regna potestatem: in duarum imaginum præsidio, quarum altera filium, altera matrem honorauit, & inuocauit, & Heraclius desperatis rebus duas felicissimas victorias comparauit. Frater Heraclii Theodorus fuit, cuius erga Dei matrem singularis pietas celebratur. Nihil enim siue in pace siue in bello gerebat, quin Deiparam ducem atque auspiciem sequeretur. Itaque in illis præliis, que pro religione christiana à suo fratre commissi demandatæ essent (demandabantur autem Theodoro quamplurima) Dei matrem frequenter impetrabat, illiusque præsidio atque ope, non copiarum robore ac numero nitebatur. Ergò cum fidei hostibus aliquando decertans, qui præ multitudinem numerum non poterant, victor euasit, & eorum exercitum infinitum parua militum manu Deo, Virginis intercessione, Christianis opitulante, quam virginem tuam sæpe Theodorus appellabat, felicissimè superauit.

DE IMPERATORE IOANNE

Ximisca.

*Ex scriptis
Ioannis Zonarae tom. 3.
Annal.*

Ximisca contra Rossos dimicante, cum dubia ancepsque victoria in neutram partem inclinarret, tandem aliquando cœlitus adiuu imperatorij milites victores extiterunt. Nam hostium ora subita coorta tempestas subinde verberabat, & in equo visus est quidam Romanos defendens, barrosque profligans. Agebantur illo ipso die Theodosii & ducis & martyris inelyti serua à Christianis, cuius opera mandante virgine illa est parta victoria, idem Byzantina quadam religiosa muliere prædicante. Que pridie illius diei, quo pugna est cum Scythijs, Rossisque

com.

commissâ, in somnio Virginem vidit venientē mag-
 no cœlitum comitatu, & ita cum Martyre Theodo-
 ro loquentem: miles optime meus Ioannes, idemq;
 tuus periculoso prælio grauique premitur, tuum est
 laboranti ferre suppetias. Hoc ille admonitu cum
 certantibus Constantinopolitanis auxilio fuisset, ho-
 stibus attritis clarissimam, Ximisca victoriam repor-
 taquit. Vt autem gratus imperator gratiam pro na-
 uata opera Martyri redderet, ornatissimum Theodo-
 ro templum, veterē diruto, collocauit, id est, urbem-
 que Euchaniam, vbi eius sepulchrum honorabatur,
 Theodoropolim appellauit. Bello Rosseno qua dixi-
 mus felicitate confecto Bizantium Ximisca reuersus
 insigni triumpho, & populo excipitur acclamante,
 Patriarcha cum clero obuiam venit, tenatus & popu-
 lus coronas obtulerunt. Curram insuper triumphale-
 m apparauerūt, quem equi albi quattuor impelle-
 bant. Coronas imperator accepit, ne suorum obse-
 quium aspernari videretur, vnico tamen duntaxat e-
 quo triumphauit. Curram spolijs ornauit, onerauit-
 que Regum illorum, quos bello deuicisse, Virginisq;
 Dei paræ simulacrum superimposuit, curram equo
 vectus, vt diximus, anteuuit, triumphandi que gloriã
 vstrici Mariæ virgini, nostræque cœlesti Bellonæ be-
 neficij memor, gratus que concessit.

DE IMPERATORE IOANNE

Commeno.

Ioannes Comnenus, qui ante Michaelē Con-
 stantinopolitanum gubernauit imperium, cum
 in bello contra Scythas suscepto inferiorem se el-
 se cerneret, suosque milites vrgeri grauius, ac premi-
 videret, ad Dei genitricis imaginem, quam præsentē
 habebat, supplex & gemebundus accurrit, atque il-
 lius implorauit auxilium, quam sacra elata effigies
 adūbrabat. Res magna, statim, vt precari desijt, Scy-
 thi-

*Ex Niceta
 Choniata in
 Annal. cir-
 ca Ioannis
 imperium.*

thica fugauit aciem, sublatisque manibus, ut alter
 Moses turmas hostiles dissipauit. Propter hanc vi-
 ctoriam Comnenius vota, quæ in periculo fecerat,
 Deo ac virgini persoluit incolumis, diemque festum
 in rei gestæ memoriã, anniuersariasque ferias quoti-
 nis celebrauit, ad posterosque transmisit. Idem, cum
 de Persis triumpharet, & quaternos candidissimi co-
 loris equos iunxisset ad currum, sedere ipse noluit,
 sed in apparatusissima rheda præpotentis Dei Matris i-
 imaginem collocauit. Cumque habenas suis propin-
 quis, & ex prima nobilitate uiris tractandas, mode-
 randasque dedisset, manu ipse prætenta cruce trium-
 phalem currum pedes sequebatur. Inde templū in-
 gressus cum gratias, audiente populo, Christo, eiusque
 Matri supplex egisset, in palatium se recepit, corpus-
 que curauit. Idem Zonaras scribit Michaele Impera-
 tore Cæsarem Bardam floruisse, qui aduersus Græc-
 es reliquos ex Agarenorum sece pugnaturus nihil
 habebat antiquius, quam ut à Deiparæ illam ædem
 Constantinopoli, quæ Dux uicæ dicebatur, venerabū-
 dus adiret. Quippe cum intelligeret bellum contra
 religionis hostes se sceleriter auspicari non posse, nisi
 & se, & suos milites, belli que martem uirgini com-
 mendasset. Plura huius generis ex Cedreno, & Zonara
 græcis historicis petere licebit exempla, eorum uot
 narratione super sedemus, illustrissimis lectissimisque
 contenti. Et ei quidem, quam modò nominauit Zonara
 historia de uirgine satis non fuit, nam in Martæ
 laudem opus edidit, in quo sanctissimam Dei matrem
 omnia malorum genera à Christianis depellentem
 facit. In eo pestis fugam, hæreseos interitum, sanam
 in fide sententiam, bonam mentem, moresque ami-
 biles precatur à uirgine, dignumque se ea laude præ-
 bet, qua ipse alios honestauit. ut enim, quos uirginis
 ueros amantes fuisse sciret, eorum nomina posteri-
 tati mandauit, ita affirmari sanè quam uerè potest
 reli-

Relig
 eorq;
 Que
 den
 plo
 Phila
 ad fa
 uirg
 pia &
 quot
 mus,
 que c
 chris
 tu po
 nauta
 fluctu
 excita
 ponin
 Epis
 augut
 lamur
 sancti
 cariu

L

H

paltor
 totan
 infide
 & sag
 popu
 eiusq;
 gari a

Religionem virginis in eius animo penitus insedisse: eoque dignum cognomine, quo à multis appellatur. Quem enim Ioannem Zonaram vulgo dicimus, eundem Ioannem monachum docti compellant. Illo ipso Zonaræ seculo, aut non multò secus, Matthæus Philadelphius Ephesiorum Episcopus floruit, cuius ad sacrosanctam, & maculæ omnis expertem illam virginem, quæ citra pudoris labem fecunda fuit, pia & religiosa precatio silenda non est. Ad te, inquit, quotquot Christiani sumus, tēpestare iactati cōfugimus, in tuo p̄sidio acquiescim⁹, tuis auspicijs, tuoque ductu classem pelago securè committimus, tu à christianis terra marique pericula cuncta propulsi, tu portus diuitiarum plenus, tu quies tranquilla nautarum, tu spes fida vectorum, te iubente contra fluctus firmissimam de puppe iecimus anchoram, excitarasque procellas te auspice sedamus atque cōponimus. Hanc eandē Virginem pius hic, & doctus Episcopus conuiuiarum nobile triclinium, Dei patris augustissimum templum, iucundissimum filij thalamum, aulam maiestatis celsitatisque plenissimam, sanctique spiritus admirandum, venerabileque sacrum appellauit.

DE S. VDALRICO EPISCOPO

Augustano.

Hungaris Augustam obsidentibus Vdalricus quam longè à mercenario ingenio & moribus abhorret, quamque bonus ac legitim⁹ pastor esset, ostendit. Siquidem se lupis opposuit, & totam causam Domino sollicitè commēdauit. Equo insidens, stolaque pro armis indutus, inter lapidum & sagittarum imbres securus incedebat. Cumque populus & ieiunus, & supplex præpotentem Deum, cuiusque matrem clementissimam implorasset, Hungari ab Othone imperatore cæsi, ac victi ceciderunt.

Cùm

*Scriptore
Bennone
Abbate
Augiensis.*

Cum enim Augustanis auxiliatum venisset, tantus hostes terror occupauit, vt omisso cum nouo hoste certamine terga conuerterint. Sed fuga impunita non fuit. Etenim Hungari ab insequentibus comprehensi poenas suspendio dederunt. Deo immortalis, almeque Virgini pro incolumitate obtenta, gratiae verius actae grauisissimis.

DE ALANO BALCELOARIO.

*Ex Annal.
Predicatorum
vniuersalis
Ferdinandi
à Castello
rebus S. Do-
minici tom.
1. li. 1. c. 34.*

IN eo bello, quod contra Hæreticos susceptum, Deo auspice gerebatur, quidam Britannus miles, Alanus nomine, diui hortatu Dominici virginalis Rosarium flexis genibus, & vnū aliquod ex quindecim Christi vitæ mysterijs attendita cogitatione percurrerebat. Hæc hominis in occupata illa vita ac militari multis donata præmijs pietas est. Vnius autem terius ero narratione contentus. contra hæreticos semel fortuna patrum prospera depugnauit, & in acie eum paucis relictus sibi, ac socijs vaide metuebat. Cui subito beata virgo assistit, quæ lapides in hostes iactata alios occidit, alios grauiter vulnerauit. Sunt qui lapides centum & quinquaginta fuisse dicant, eodem ab Alano fundi solitas salutationes Angelicas quibus rosarij integritas magnitudoque persequitur. Ita Catholicorum victoria fuit quæ esse debuit. Alio quodam tempore eidem Alano eadem virgo sibi fuit in horribili maris tempestate, cum pene mergeretur. Quare duobus hisce laboribus, periculisque profectus altero maritimo, terrestri altero Dominici sequentibus, imitantibus Aurelianis, cœnobium edificauit, vbi ipse quoque, viuente adhuc diuo Dominico, prædicatorum militiæ nomen dedit, & cœcionator electus à fratribus Rosariū tota Gallia prædicauit. Mortui ac sepulti os manusque crystallo splendorem reddiderunt, Rosarij cultum Domino temerante, cuius insignis amator Alanus in vita fuit.

A

celebra-
tum in
laborab
Dei par
imagin
nilo, in
nostror
gio, qui
bant, cui
gam par
mum Pe
lio mira
ctura te
Regis ad
lato: iæ l
prædica
que occ
Citra ser
ni atten
xeramur
castroru
dum to
dentes v
bellum.
Dominic
ta mult
lentes co
fitione, &
bito pruo
torū, exp

DE ALFONSO REGE CASTELLÆ,
qui bonus est appellatus.

Alfonsi de mauris in Bethica dominantibus nota victoria est, quam anniuersarijs ferijs, Julij decimo sexto die, Hispania nostra celebrat, & sanctæ crucis triumphum appellat, quæ in æthere visa esse dicitur, cum nostri maximè laborabant. Neque taceri Mariæ perpetuæ virginis, ac Dei parentis misericordia in nostros debet, ad cuius imaginis præsentiam, quæ in Regio erat depicta vixillo, ingens Mahometanorum cœruit multitudo, nostrorumque Regum eluxit patria, auitaque religio, qui & in bello, & in pace Deiparam intimè colebant, eiusque effigiem in prælijs præferebant. Subiungam particulam literarum Alphonfi Regis ad summum Pontificem Innocentium tertium de hoc prælio mirabiliter consummato, vbi, quæ de virginis pictura tetigimus, clariùs apparebunt. Extant enim & Regis ad pontificem, & Pontificis ad Regem gratulationis literæ, quibus se vicissim consalutant, & Dei prædicant ex infinita cæde Maurorum, nostrorumque occisorum paucitate potentiam admirandam. Circa serotinam horam, inquit Alphonfus, Saraceni attendentes, quod omnia tentoria nostra tutè fixeramus, dispositis aciebus suis venerunt ante loca castrorum, & ibidem quædam præludia belli in modum torneamenti cum nostris exercuerunt. Attendentes verò illi, quòd nos illa die nollemus habere bellum, ad Castra sua reuersi sunt: Sequenti autem Dominica sūmo manè venit Saracenus cum infinita multitudine, dispositis aciebus suis. Nos autè volentes considerare multitudinem gētis suæ, & dispositionē, & statū, & qualiter in omnibus se haberet, habito prudentum virorum consilio, & in his exercitatorū, expectauimus sequentem diē lunę, ipsis autem

*Ex scriptis
Rodorici
Archiepi-
scopi Tole-
tani, qui
prælio in-
terfuit, &
litteris mā-
dauit histo-
riam.*

sic exi-

sic existentibus, posuimus milites nostros cū pediti-
 bus, vt extremos agminis nostri nō possēt in aliquo
 molestare. Quod quidem diuina fauente gratia sic e-
 uenit. Secunda die, scilicet secunda feria, omnes in
 Dei nomine armati processimus, dispositis aciebus,
 cum eis pro fide Catholica pugnaturi. Ipsi autē pro-
 montoria quędam obtinuerunt valde ardua, & ascē-
 su difficilia propter nemora, quę inter ipsos & nos
 erant, & propter alueos torrētium profundissimos.
 Quę omnia nobis erant magno impedimento, ipsi
 verō maximo adiumento. Veruntamen ille, à quo
 omnia, & in quo omnia, fecit mirabiliter, & daret
 manus sui exercitus contra inimicos suos. Et ante-
 riores nostri, nec non & medij multas eorum acies,
 quę in minoribus promontorijs existebant, virtute
 crucis Dominicę prostrauerunt. Cum autem perue-
 nissent ad extremam aciem, eorum equidem infinitę
 multitudinis, vbi erat Rex Carthaginis, ibidem
 difficillimos conflictus militum, peditum, & signa-
 riorum inuenerunt, quos sub maximo periculo, &
 vix etiam poterant tolerare. Nos autem attendentes
 bellum illud eis omnino incomportabile, impetu
 quorum processimus, signo crucis Dominicę præci-
 te, & vexillo nostro, in quo erat imago beate vir-
 ginis, & filij sui in signis nostris supposita. Cum quę
 nos pro fide Christi mori constanter eligeremus, at-
 tendentes crucis Christi, & imaginis suę matris ig-
 nominiam, quas lapidibus & sagittis irritantes pe-
 tebant, in arma furentes aciem illorum infinitę mul-
 titudinis diuisimus, & licet ipsi essent constantia
 bello, & firmi super domino suo, Dominus illorum
 aciem infinitę multitudinis crucis suę gladio truci-
 dauit, & si Rex Saracenorum cum paucis in fugam
 conuersus fuit. Sui autem impetus nostros interire
 nostros sustinebant, sed statim post maximam strage-
 suorum reliqui in fugam conuersi sunt. Nos autem
 inlo

insequen-
 sequende
 Domini
 felicitate
 ne forte &
 iuriam vi-
 victoriam
 senesceat.
 multo lat-
 & ancipiti
 impetum
 ramoneli
 que vndic
 gunt vex
 Christum
 tenebat, in
 cum Aluar
 Barbari Re
 gine conste
 lue tentau
 tentes sese
 tus miracu
 prouto h
 Alphonsi v
 etingies, qu
 exterruit, in
 rus Gomet
 oppido Vil
 memoria p
 lras floret h
 sancti huius
 miliaria pr
 ad Regis au
 tant, quod
 nostri mai
 Godalibus f

insequentes eos vsque ad noctem, plures tamen insequendo interfecimus, quam in bello, & sic bellum Domini à solo Domino, & per solum Dominum est feliciter consummatum,) Hęc Alphonfus Rex plane fortè & pius, qui vt crucis & virginę imaginis iniuriam vindicaret, diuinitus robur accepit, eamque victoriam adeptus est, cuius nunquã memoria conlesceret. Hęc paucis ab Alphonso Rege perstricta multo latius boni expandunt historici. Dubia adhuc & ancipite victoria à Rege Alphonso in Saracenos impetum esse factum adeò vehementem, vt ad Minomaelini sedem irruperit, quæ licet, septa, vallataque vndique, tamen ab Aluaro Nuncio lata, qui Regem vexillum præferebat, cum Deiparæ effigie Christum filium amplectente, qui mundum manu tenebat, imposita cruce, patefactus est aditus. Nam, cum Aluarius equum calcaribus adegisset, se saltu in Barbari Regis vallum immisit, visaque Deiparæ imagine consternati Mauri, quam paulo antè sagittis violenter tentauerant, vehementer timuerunt, & terga vertentes sese trepidi fugæ mandarunt. Vnusque Aluarius miraculoso sui equi saltu, virginisque simulacro præto hostilem exercitum tumefecit. Hoc Regis Alphonfi vexillum, vbi expressa erat Dei matris illa effigies, quæ Mauros tam multos, tamque bellicosos crecevit, in Toletana Ecclesia seruatum esse Aluarius Gometius in suis fragmentis scribit. Quin & in oppido Vilchēsi ditionis Baczanæ huius inclyti belli memoria permansit. Quandoquidem hodie sodales floret hominū trecentorum, qui quotannis ipso sancti huius triumpho die prælii locum ad nouem miliaria protensum cum sacra pompa perlustrant, & ad Regis aulam progressi oratorium S Helenæ visitant, quod in huius gloriosi triumpho recordationē nostri maiores inibi construxerunt. Triduo toto à sodalibus feriæ agitantur, quibus peractis domum se

*Gonsalvus
Arhotus
Molineus,
lib. de
Biblicana
nobilitate, ca.
41. & 47.*

læti recipiunt. Vilchis antiquus est liber de huius victoriæ rebus, quem sodales magni æstimant, & antiquitatis nomine ipso suspiciunt. Scriptor ille, qui se Hispanum Valerium appellari voluit, author est, Hispanos hac adepta victoria Sabbatinæ à carne abstinentiæ voto esse constrictos, qua tamen vesci solerent in Sabbatis, consuetudine permittente. Scribit Rodericus Ximenes Toletanus Antistes, in hac tanta Maurorum strage mortuorum, cum alijs brachia, alijs pedes, alijs capitis capita nostri secuissent, tamen vnâ quidem toto campo sanguinis esse guttur inuentam. Nimirum pauor ille immissus à Virgine cruorem ita compressit, vt præ gelu fluere non potuerit, & quia vi formidinis naturalis calor obnata, sese sanguis ipse suspendit.

D E I N D I A S O L I S
obuentis.

*Ex nostrorū
historijs,
Thomæq;
Bozij lib.9.
de signis
Ecclesia
Dei cap.10.*

CONTIGIT quidem in primis vt maxima miracula in Occidentis India per Mariæ imaginem patrentur. Quibus Christiana religio illis in terris longè est & latè propagata. Cubitafula est è maioribus, quas illis in oris circūfluit Oceanus, in ea regulus quidam aduersus finitimos papulos multas est victorias consequutus, non alia quod ratione, quàm quòd vsus est quodam Christiano suarum duce copiarum. Is aut pergebat in hostes genens in pectore Virginis imaginem laborum sociam, bellis auspicem, in periculis adiutricem, eaq; hostes in fugâ versos confestim superabat. Cumque dissensione inter Indos exorta, præstantior ne esset, atq; potentior Mariæ Dei matris effigies, an deorum Indicorum simulacra, ventum esset ad arma, conuenit, vt in latus quadam planitie quattuor iuuenibus robustissimis à tergo brachia ligarentur, duoq; Mariæ Deiparæ nomine ex parte vna, totidem pro dijs indigeribus, aduersus

aduen
spont
pugn
spec
cui d
mar
quans
& qu
region
dos se
cto vi
atq; e
nis op
iterum
inunt
garum
imos

DE

R
colæ a
B. Mar
stantim
propu
men
gittale
hamq;
stes ca
noti ci
tamen
Christ
stiana
ad ide

aduersa confisterent. Quorum autē manus & lacerti sponte soluerentur, ij victores essent, & pro veritate pugnare crederentur. Re in hunc modum cōposita, spectantibus innumeris, inclamanteque Regulo illo, cui dux Christianus, Ave Maria, continuo astitit matrona mirabili maiestate, quæ ad suos appropinquans, & virga manus tangēs, illos repente dissoluit, & quod valde mirabile est, vincula ad alteros duos è regione stantes deuinciendos, ac denuò constringendos se cunctis videntibus applicarunt. Hoc ita peractò visum est, confirmationis causa, certamen illud atq; experimentum iterari debere. Repetitur, bini bini opponuntur astricti, iterum Vingo imploratur, iterum ab apparente Deipara pij iuuenes manicis eximuntur, & impiorum vincula duplicantur. Peruulgatum duplex hoc miraculum Indos quàm plurimos traduxit ad Christum.

DE VICTORIA CARNOTENSIVM

Deipara auxilio.

ROLLONE duce, qui & Robertus est appellatus, profugi quidem piraticam facientes Carnotū nobilem Gallix vrbe obsederant. at incolæ ab armis imparati, & à multis non benè defensi. B. Mariæ inclusum Caroli Calui donum ex Constantinopolitana ciuitate, quondam allatum in vrbis propugnaculis pro vexillo ciuitatis indefensæ tutamen pie ac fidenter expanderunt. Ridere hostes, sagittalque certatim in virginalem interulam, camisiamq; dirigere. Non cera Numinis vindicta fuit, hostes cecitate confusos, neque se loco mouentes Carnoti ciues ad satietatem vsque trucidauerunt. Euasit tamen archipirata Rollo, quem liberator omnium Christus suæ fidei ac religioni reseruauit. Nam Christiana sacra suscepit, & Northmanos gentem suam ad idem consiliū, & animorum remediū salutare

*S. Antonius
Archiepi-
scopus Flo-
rentinus 2.
part. tit. 16.
ca. 2. sect.
quinta.*

pertraxit. Illo ex tempore Northmanorum cum Gallis firma pax fuit. Contigit hæc Carnotensium inermium miraculosa victoria, si Antonio credimus, cui credere par est, anno à Christo nato 873. Et si nos, qui exempla de virgine selecta colligimus, de Chronico non laboramus.

DE LAVRENTIO ALMEIDA.

*Petrus
Masseius
lib. 3. de hi-
stor. India,
ijsdem penè
verbis.*

CALECVTANVS Rex Zamorinus ingentem classẽ contra Lusitanos parauerat Malabrica tenentes littora, eosque quàm maximè incautos & imparatos placuerat adorni. Neque ita multò post Zamorini classis ad hostem recta contendit. Ea fuisse dicitur celsarum nauium amplius sexaginta, lemborum, ac paronum biremiumque ad centum & triginta omni telorum genere, & numero militum instructissima. Ad cuius famam Laurentius Almeida naues, non plus vndecim, admissis tremibus paucis, raptim adornauerat, Lusitanis præter nautas impositis octingentis. Vt ad ictum bombardæ ventum est, conspicatus Laurentius tantam hostium multitudinem, expiatis de more noxis primùm omnium ædem Mariæ Virgini victrici vouet, si ea pugna barbari fusi, ac fugati essent, dein parati subueniendum ratus, arte, ne à Malabatibus circumueniri posset, tormentis qua parte virium longè præstabat, eminus rem gerere instituit. Ac primo statim certamine, cùm in syluam adeò densam intra nulla propemodum à Lusitanis incideret plaga, neq; ex tanto interuallo vel tormenta ferrea, quibus tum utebantur hostes, vel sulphurei pulueris ollæ, vel sagittarum imber nostros admodum læderent, molta passim omnis generis naues hostium, aut depressæ, aut in littus eiectæ. At dissipatis demùm ordinibus, quæ antea consultò vitarat Almeida, pugnam à proprio quo conseruit. Prætoriam nauis erat hostium, tum ab

uei m
gnis.
Alme
dibil
corpo
armat
ceptis
pices d
Nonn
nu m
fermè
circur
ne labo
dò suo
mucida
certa vi
tentius
uonem
tim ex
uzas d
tum m
quod e
minen
stium n
desider
bitation
nouem
ris por
magna
ne sospe
gini vic
endam
non sur
sunt ve
ensa n
arida m
uci ma

uei magnitudine, tum armatorum frequentia insi-
 gnis. In hanc harpagonibus ferreis comprehensam
 Almeida cum fortissimis aliquot bellatoribus incre-
 dibili pene ausu transiit, tantoque ardore animi, &
 corporis dimicatum est, ut à sexcentis propemodum
 armatis, quot eam tuebantur, superfuerit nemo, ex-
 ceptis ijs, qui nandi pueritia freti se in pelagus præci-
 pites dederant. Pari conatu, verum successu dissimili
 Nonnius Vaseus modica nauis, & exigua militum ma-
 nu multo maiorem, propugnatoribus instructam
 ferme quingentis inuaserat. Cumque pauci pluribus
 circumuenti premerentur, extremo iam in discrimi-
 ne laborantibus victor Almeida subuenit. Nec mo-
 do suos è periculo eripuit, sed etiam nauis hostium,
 trucidato, vel depulso præsidio, positus est. Inde iam
 certa victoriæ inclinatio ad Christianos facta, & Lau-
 rentius haud cunctanter insequutus trepidam, ac pa-
 uentem hostium classem, aliquot insuper naues par-
 tim expugnauit, partim tormentorum ictibus perfo-
 ratas demersit. Palatæ aliæ contento cursu Calecu-
 tum maximè repetentes cum longinqua fuga, tum
 quod eas terror ipse longè lateque distulerat, ex im-
 minenti clade euaserunt, Almeida tribus circiter ho-
 stium millibus cæsis, sex tantum è suorum numero
 desideratis (quæ res diuinum auxilium sine vlla du-
 bitatione monstrauit) captiuas trahens onerarias
 nouem ingenti præda simul, & gloria Canano-
 ris portum, cuius vrbs in conspectu res erat gesta,
 magna cum totius populi, ac Regis ipsius gratulatio-
 ne sospes intrauit. Ac primum omnium Mariæ vir-
 gini victrici, quam initio prælij vouerat, ædem faci-
 endam locauit. Hæc ita Maffeijs. Sed præmittenda
 non sunt, quæ idem alia tractans apponit, cuius hæc
 sunt verba. Illis diebus per famuli negligentiam ac-
 censa noctu lucerna casas aliquot Lusitanorum ex
 arida materia folijs paleisque momento combussit.

Eo incendio multò maximo pars cōmeatus absumpta, quæ res tam aspero ac difficili tempore Laurentium Britum Lusitanorum archipræpositum graviter admodum perculit, ac ne cæteri despōderent animos, omni arte damnum celare conatus est. Sed & longè arctior solito in diuidēdis cibarijs parcimonia, & ob id ipsum crebra seruitiorum trāsfgia rem Lusitanis prodidere. Itaque omnibus penè consumptis, ad extremam ventum erat inopiam. Neq; iam muribus scdisq; alijs animalibus abstinebatur, cum diuinitus, vt sæpè aliàs, oblatum nec opinanti Lusitano remedium est. Templum in extrema arce erat Virgini victricis, vt suprà diximus, ab Laurentio Almeida extructum. Ad id templum, desperato penè omni humano subsidio, Lusitani quotidie cōstuebant orē, cum à Deo, cœlitibusq; tum præsertim ab ipsa virgine Dei matre enixè petentes: ne se in alieno ac barbaro solo tot vndiq; cinctos angustijs, tot pressis malis, fame ipsa denique enectos, Christianos ipsos, & à Christo filio sibi commendatos clementissima Regina cœli despiceret. Suis peccatis nox, siq; quas ipsi innumerabiles faterētur, ab irato Deo veniam & pacem exposceret, neq; iam de corporis modò, sed etià de animorum salute periclitantibus in tempore subveniret. Haud incassum Missæ preces. Ipsomet Assumptionis die, ne quid miraculo rem possit eximere, solito vehementius intumescens pelagus ingratem locustæ numerum ad ipsas templi radices eiecit, quæ à Lusitanis gratulabundis auidè collecta in multos dies abundè suffecit. Nec validos tantum sæua fame, verùm etiam (vt salubris est cibus) ægros diuturno morbo leuauit.

*Martyrol.
Romanum
Gregorianū
Nonis Oct.*

DE IOANNE AVSTRIACO.

TVA est inclyta virgo nostræ memoriæ apud Echinadas in Naupacteo gurgite, aduersus

Turcas
gna illa
ac Conf
illo ipse
Quinto
lebran
grati ani
poniensis
& ipsa v
creditor
aduersus
locaret.
norum c
quæ vti

D

Is
Bqu
m
federato
hibebant
norum n
credibile
quidem a
lira, qua
obseruan
magna vi
nebant A
Ducent L
hinde ij
fies sapi
Gazæ qui
adita Sa
preter sec
veneratu
tate exe

Turas Ioanne Austriaco duce confecta feliciter pugna illa naualis, quæ nonas Octobr. D. Marco Papæ ac Confessori dicatas noua religione cōsecrauit. Ergo illo ipso die Romano Pontifici Pio huius nominis Quinto, placuit Mariæ Victricis ferias ab Ecclesia celebrari. Easque anniuersarias, solenni cęrimonia, & grati animi significatione Toletani agitant, vbi Hispanensium Ecclesiarū ipse residet principatus. **Quin** & ipsa victoria ab eodem sanctissimo præsule Pio creditur esse prædicta, qui Venetos, Italos, Hispanos aduersus communem hostem sanctissimo scedere sociaret. Intellectumque quid principum Christianorum concordia, & animorum conspiratio valeret, quæ vtinam fuisset diuturna.

DE ANGOLANIS VICTIS.

BIs hoc anno commissum est prælium, hostesque eiecti, ac repulsi. **Quin** etiam res accidit omnino mirabilis. Lusitani erant ferè ducenti, federatorum Æthiopum decem millia sub signis habebant. Hæc tantula manus tota sexcenta aduersariorum millia fudit, fugauitque, & quod alioqui incredibile videatur, incruenta prorsus victoria, cuius quidem autor non immeritò creditur Virgo sanctissima, quam præcipua quadam Christiana Æthiopes obseruantia verentur. Affirmauit opinio, quod, cum magna vis hostium in nostrorum subsidia, quæ tenebant Æthiopes, de repente irruisset, seque illi ad Ducem Lusitanum recepissent, abiectis oneribus, & si inde ij discesserant, in eodem loco confederunt hostes sapius viuioreque omnes sarcinas, vt est gens Gazæ uuidissima, dirpuerunt, ea tamen, in qua erat abdita Sacrosancta effigies Virginis, quam Lusitanus præter secum semper in expeditionib⁹ habet, quæ flexo veneratur genu quotidie, precatione adhibita, inspectate exercitu, salua propter viam & integra reperta est.

*Beneius in
Annal. de
histor sedis
Angolana,
iisdem ver-
bis.*

obcæcatis vt videtur impiorum luminibus, ne illud viderent oculis, quod esset manibus attingere nefas. Hæc deinde imago in castra solenni pompa reducta, vbi colitur religione maxima, eumque honorem habent, vt ipsius sub ymbra præsidij se protegi confidant. Nec vana fides. Certè post nobilem illam, atque haud scio, an omnibus sæculis vnquam auditam, victoriam, quam nostri de Angolanis reportarunt, cum duodecies, centena eorum millia profligauerunt exiguo numero, cum fortè quidam Lusitanus ad Regis vrbe[m] delatus quesisset de eius ductore exercituum, quid causæ fuisset, cur illa multitudine propè innumerabili tã paruis copiis celsisset: haud quaquam, inquit ille, Lusitanorum arma metuebimus, quos vel vno spiritu diffilare potuissemus, sed fœmina admirabili specie, clarissima effulgens in luce, senioque eius comès flammeum vibrans gremium, qui conspiciebatur ante signa, suspensus medio aère vestigijs, magnam incuriebant spectantibus formidinem. Posterioribus annalibus de hac ipsa Angolana sede, deque Virginis magnificentia conscribit. Cuius hæc sunt ipsa vocabula. Desperata magna, vt debet, in his locis veneratio est, huc aliquid facit, quod non omittendum reor. Lusitani cuiusdam mulier captiua ex leui causa male à Domino accepta, dolore deducta ad cupiditatem mortis, suspensio finire vitam decreuerat. Media nocte abortem deligit, deligit restem, aceruum lapidum congestit, qui adiuuat altitudinem staturæ, ac faciliè deiecitur pedibus. vbi laqueo collum obstrinxit, res mihi dictu[m], quoties certa mori fulcrum insilire conatur, toties matrona pulcherrima demolitur lapidum congestum, totam noctem frustra contendit, cum lat apparet, diuinitus iniecta formidine domum redit, & ad Dominum admiranda, tu quidem amississes nocte proxima captiuã, nisi obstitisset Domina illa

illa, quæ
nem re
tamen a
actum
pertum
Lusitan
dalitium
ditum à
exequut
Huic Lu
accepta.
Hinc dif
cum dor
Imaginem
notarunt
fuisse læte
lum, nisi
bent. In C
simulacra
su, ne pro
euererunt
Belli met
ferdere, p
non tulit
integrum
ne despera
crucem, e
mirra, vo
conualefec
vix famul
tudo agre
festum le
suas it
m

illa, quam colimus in templo Societatis : simul omnem rei ordinem exponit. Herus dissimulavit, sed tamen accitos aliquot è nostris orat, videant, quid sit actum : recteque & lapidum aceruo repertis, comperitum est, verum fuisse, quod captiua narrabat. At Lusitanorum in nostro templo celeberrimū est Sodalitium appellatione Marię Virginis, cui nomen inditum à victoria. Aliquid de ea à nobis scriptū, cum exequuti sumus Angolanā sedem primis annalibus. Hinc Lusitani, quæ bello prosperè eueniunt, referunt accepta. Hic nuncupant vota ad bellum profecturi. Hinc discedunt expiati sacris mysterijs. Huc redeunt cum donis vota persoluentes. Quin & ipsammet imaginem Dei matris religiosè ferunt in castra. Adnotarunt dies omnes, qui sunt consecrati virgini, fuisse letos victoria. Itaque nunquam tentare prælium, nisi vno aliquo ex illis diebus, constitutum habent. In statuis ædificauerāt temporarium sacellum simulacro Dei genitricis asseruando, quod in discessu, ne profanaretur ab Ethnicis, ferro, flammaque euerterunt. Cruce tantum ad loci memoriam relicta. Belli metu liberatus Regulus illius regionis, rupto fœdere, per scelus ac fraudem locum profanat. Sed non tulit impunè. Morbo oppressus iacuit annum integrum. Cùm de eius salute medici, ac venefici fœdè desperassent, agnouit pœnam peccati. Ergo ad crucem, quam Lusitani reliquerant, dono pallium mittit, vouetque se imbuendum Christiano ritu, si conualescat. Miraque res, sed autor miraculi Deus, vix famuli ad crucem munus attulerant cùm valetudo agro restituta est. Igitur obligatus voto contestim legatos destinat ad prætorem, vt se ac res suas iterum data venia in fidem recipiat, nec multò post adscriptus est à nostris in Christianorum cæ-

tum.

CAPVT XIV.

*De D. Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo.**Edinerus
Anglus in
vita S. An-
selmi, cuius
domesticus
fuit ipse E-
dinerus, l. 2.*

VILHELMO Angliæ Regi iniquissima cum Diuo Anselmo discordia fuit, hoc pro Ecclesia propugnante, illo Ecclesiæ iura violante. Quare Anselmo pacis causâ ex Angliæ finibus excedendum fuit, ita tamen, vt discedens iniurioso Regi benè precaretur, ipseque princeps, cætero quin superbus, atque impius abeuntis Anselmi salutacionem extremam libenter acciperet, seque & à sancto viro, cui erat inimicus, manu signari, & suis rebus benedici, non grauaretur. In Gallia & in Italia, quas duas in exilio prouincias peragrauit, pro eo, ac mortuus erat, & à principibus, & à Romano Pontifice tractabatur. Cumque illo ipso tempore Rogerius Apulix Regulus urbem Capuam obsideret, Anselmi fama permotus sanctum Archiepiscopum ad se precibus accersiuit. Fecit, quod rogabatur, Anselmus homo lenissimus, & valde officiosus, multosque dies Rogerij non modò hospes fuit, sed cõsiliarius etiam, & salubris adhortator. Sacra quædam ædicula deserta & infrequens Anselmo, & socijs à Rogerio datus, vbi remotus à turba & tumultu pestrepentis exercitus quietus habitauit. Aderat Edinerus, qui hæc litteris mandauit testis oculatus. Quadam nocte socijs ministrisque dormientibus Anselmum vel necessitas coëgit exire, vel voluntas inuitauit liberioris cordis suspectu, qui mentem ad alta cõuertit, lentoque pedibus suos excitaret, perrexit ad ostium. Cumque egressus, fossæ profundæ immemor, ad destinatum locum properaret, in barathrum decidit, altissimamque voraginem, in ipsaque ruina sanctissimam Deiparam, quam

quam a
xima vo
adest ips
Anselm
dinem d
rore, & st
nihil se n
animo in
parte ad
suorumq
extrahitu
Wilhelm
ni intent
percutitu
Repentin
bissimè fl
rexatoris
nè de plo

D I

CO
fa
g
non carui
Orum ef
preteruid
rapio litig
natus scilic
ego, inqu
morte co
ades ad R
to, maxim
matrem
Narrat iar
lensisse à
tur, tum

quam

quam amabat, & scriptis ornat, contentione maxima vocis appellavit. Contubernales accurrunt, adest ipse, quem dixi, indiuiduus comes Edinerus, Anselmum accensis luminibus in depressam altitudinem demersum vident. Omnes animus præ horrore, & stupore defecit. Id Anselmus animaduertens nihil se mali accepisse clamat, bonoque esse amicos animo iubet. Hac voce recreati descendunt, qua parte ad præcipitium aliquis se aditus ostendebat, suorumque manibus sanctus Præsul valens & sanus extrahitur. Iniurias Anselmo illatas Rex impius Wilhelmus non tulit impunè. Cum enim venationi intentus feras captaret avidius, sagitta in corde percussitur, quæ eum nulla interposita mora necavit. Repentinæ, ac diræ mortis accepto hoc nuncio acerbissimè fleuit Anselmus, Davidis exemplo, qui sui vexatoris Absalonis miserabilem interitum tristissimè deploravit.

DE QVADAM FOEMINA.

CONFESSIONE liberata est mulier ab infania, quæ eam stolido prorsus consilio adegerat ad interitum. Huius rei series, quoniam non caruit miraculo, videtur distinctius explicanda. Circum est aliquando, ut ferè fit, inter hanc & virum præseruidi, ac trucis hominè ingenij à fati leui principio hrigium, inde iurgiū, postremò certamen. Maritus scilicet vxori feru, mortemq; minabatur, quin ego, inquit illa, ne des vxoricidij pœnas præueniam morte consilium tuum. Et cum hoc dicto, ut erant rades ad Rhodanum pertinētes, sese in illum de muto, maximo saltu, cum Deum tamen prius, eiusque matrem clarissimè appellasset, præcipitem dedit. Narrae iam ipsa, vt delapsa est in flumen, sustineri se sensisse à quodam in summa aqua, ne mergerentur, tum verò apprehensam humeris euolutam ad nauem,

Franciscus Bencius in Annal. Societ. 1587. de histor. collegij Lugdunensis, iisdem verbis.

navem, quadragenorum passuum intervallo, in eamque admirabiliter impositam. Aduertit cadentis clamor, & percussus assultus fluminis ex illa vicina nonnullos, qui accurrentes extemplò eam in proximam domum abduxerunt, quò aduocatus sacerdos accepti illam commonens per beatam Virginem beneficij, audiuit confitentem, & magno licet negotio cum marito res eam sibi suas habere iubente in gratiam reduxit.

DE QVIBVSDAM OPPRESSIS,
depressisque.

*Ibid. de rebus collegij
Porosini apud Occidentalem
Indiam, iisdem verb.*

QVingenti anno supotiore, nocte, cui dies Deiparæ nascentis facer, 1587. illuxit, dabant operam lapidi cædendo: Cùm interea collapsi fornices obstructo ore cuniculi viam, spemque cœnæ ademerunt exeundi. Et iacebant in mœrone, ac tenebris, timore iam atq; opinione sua æterna nocte damnari. Fama est obtulisse se illis dæmonem, imagine Dynastæ, vt in se manus conuerterent, suadetis. Melius consilium, vt se beatæ Virgini, cuius imago Copacapani colitur, commendarent, menti sedidit. Et videre illam visi noua cum luce oculis, speque animis exorta, Ita hac illacque discurrentibus dimotus lapis aditum ad aliam fodinam ostendit, qua litiguli ingressi, neque enim erat capacior, mox ad optatum cœli lumen emerferunt non sine miraculo. Eo ipso die solenni supplicatione, vt grates agerent liberatrici Deiparæ, ad eius templum, inter media grandiantium agmina, processere lætantes.

Idem in annualib. posteriorib. 1590. de hist. collegij Rom. iisdem verbis.

DE QVODAM ADOLESCENTE.

VNI quiddam accidit his literis inserendum. Religiosam vitam expetebat, cùm studiò spacio decurso subit animum proficisci in patriam, (an vale diceret) quibus mens melior est.

disuade
tum, qu
parte va
mul cr
lum om
cumben
que extr
audito c
tum, pro
et per p
tentus ce
incerti qu
strato a
perata D
ordens o
suo ipsius
exemptun
tas, cum
precipitar
Adolescen
retinuit, d

DE

CO
qu
lan
mula erat
precipiti
rit nulla
iudicans,
excipien
Etam

diffuadentibus. Inde cum concedit in villam, iumentum, quo vehebatur, decedit in fossam, ex cuius altera parte vallis præceps, & formidolosæ altitudinis. Simul crus equitis tota mole corporis oppressit, periculum omnino sævum & anceps, siue propter onus incumbens equo expedire, neque ipse se poterat, neque extrahi à comitibus, aliisque qui accurrerant audito casu, siue quod si se commouisset iumentum, pronus ipse voluendus erat in caput, atque illicet per præruptam rupem, atque asperam saxis, intritus certus. Cum circumstiterent omnes anxii, & incerti quid agerent, ipseque iaceret non minus consternato animo, quam corpore, admonent ut re desperata Deiparæ opem impleret. Nec mota, vir suis credens oculis, non ullis hominum auxilijs, non suo ipsius nisu, liberatum corpus aspicit, & periculo exemptum, inclamat socios, vix in tuto erat repositus, cum equus frustra eluctatus in imam vallem præcipitans ad exitium ruit. Nimirum ex eo nouit Adolefcens vitam, quam Dei genitricis beneficio retinuit, diuino obsequio debet.

DE QUADAM PVELLULA.

CONIVGES duo nostrorum hortatu diuinis quotidie mysterijs intererant, horum filiolam cultrum manu arctè complexam (tribula erat) cum famula baiularet, nocte obscura præcipiti lapsu à summis gradibus ad ima vestigio sine nulla offensa: Auxit admirationem puellula, iudicans, se eo casu quasi supponente manum, & excipiente in sinum muliere perpulchra, protectam fuisse. Persuasum habent parentes de B. Virgine, quam eximie venerantur.

Ibid. de hist. colleg. Heribopolitani, verbis auctoris.

DE QVODAM PVERVLO.

*Idem de
histor. colle-
gij Auenio-
nensis, ijsdē
verbis.*

ADESSE Deum precibus supplicantem in hac tam atroce seditione Gallicani regni, qui adeo irascitur, vt parcat, tum multa docuere, tum hoc, quod proximè subnectam. Instituta erat, vt saepe olim, nostrorum discipulorum (ij ferè septingenti) celebri apparatu insignis pompa ab aede nostra ad maximam vrbis, vbi sedes Archiepiscopi, superiore anno mēse Ianuario adulto. Nos ipsi deducebamus, sequebatur omnis ordo & sexus. Ita processimus ad primum aditum, ac vestibulum aedis, quod ipsam, vt res tota intelligatur, breui descriptione adumbri- dum est. In aedito ac præcelso vrbis loco est aedis maxima, molli cliuo patet ascensus, ante eam aequa planicies magnæ multitudinis capax manu aequæ opere facta, in crepidine murus extollitur modicæ altitudinis ad securitatem, prosperumque, infra va publica despicitur ad pedes quinquaginta. Igitur hic stetit supplicatio, ante factum limen late se explicant adolescentuli lunato flexu, nixi genibus litænis modulatè canentes. Hoc agētibus quinquennis puer ætatis leuitare podium, de quo diximus, ascēdit, mox cū coniecisset oculos in subiecta loca, oborta crebro vertigine, præcipitans cadit. Exclāmant omnes vno ore, qui aderant, viderantque, succurre cadenti Virgo sanctissima. at eius pater (iuris consultus est vñ honoratus & probus) vt suspicabatur, ad filij cadu- occurrit, & erat omnium sermo esse mortuum. Præter spem viuum reperit, sed ex casu, aut formidæ non compotem sui. Adducit in proximam domum & quoniam debilitata credidit membra, aut elapsa prauum, in recenti adhuc iniuria (hoc enim medici iubebāt properari remedium) in disiecti modo vitæ calidam pellem quasi sopitum conijciunt. At post cū calor reuocasset spiritū, hoc primū, (adeo igna-
108

rus erat
resciscat
patrem
ctum.
esse.
nuit. T
marunt
ciant. H
xisset, &
miracul
tionem
mirabun
deus, vt
ius ope

P L V

D

BR
na
cu
minem
tum ing
mis illu
virgines
cuius era
cedendi
vel noct
nulla sor
tate, vel
ter, & qu
& quod
rel form

ras erat transacti periculi, pueruli virgarum metu) ne resciscat quæso hoc mater mea, ne vapulem, tum ad patrem conuersus stomachari & auersari scædum lectum. Ferre non posse, nec verò sibi quicquam mali esse. Tandem summis precibus vt eximatur, obtinuit. Tum medici vt diligenter contrèctarunt, æstimaruntque corpus, Diuina ope saluum esse pronuntiant. Hoc maior parentum lætitia, quasi filius reuixisset, & par gratulatio vrbis. Nec quisquam est, quin miraculum prædicet, triduo post instaurari supplicationem genitor orat, in qua ipse conspiciebatur puer mirabunda ciuitate accensam facem manu prætendens, vt gratijs agendis se sisteret sospiti Virgini, cuius ope bonis deprecantibus retinuerat vitam.

PLUVIAS TEMPESTATES-
que serenat.

CAPVT XV.

De sancta Lioba virgine, & monasterij
præsule.

BRITANNIS nobilissimis parentibus Lioba nata est, & in eorum senectute non sine miraculo procreata. Cumque his artibus, quæ hominem ad humanitatē erudiunt, esset exculta, tantum ingenio, industriaque profecit, vt cum doctissimis illius ætatis viris compararetur, quiescenti sacre virgines, quibus ipsa præerat, sanctam scripturam, cuius erat studiosissima, lectitabant, id quod illæ succedendi vicissitudine sine vlla vel animi molestia, vel nocturni somni iactura faciebant. Cæterum nulla soror siue legendi vicio, siue tentandi curiositate, vel in syllaba vna peccabat, quin Lioba corrigeret, & quæ perperam pronunciata essent, reuocaret, & quod esset erratum, quoque modo dicendum vel somno, quod est mirabile, sopita calleret. Eidem

Ibid. de hist. colleg. Aui-nionensis, vsdem verb.

dor-

dormienti visum est purpureum filum ab imo corde ductum ex ore deproxi, & sua se immensitate dilatate, ita ut manibus conuoluens glomum inde conficeret. Quod somnium quædam eiusdem monasterij soror, quæ Dei munere futura prouidebat, ita interpretata est, ut filo diuinum verbum significari diceret, cuius Lioba non in Britannia modò, sed in Germania etiam futura esset interpres, quod verò manum impleuisset, vitam orationi non dissimilem fore, quæque voce professura esset, manibus quoque perfecturam. Glomeris autem rotunditate volutuli diuini verbi vim & efficacitatem declarari; quandoquidem omnes se versat in partes, in imis sæpè consistit, rursus ad alta conscendit, hos, ut ne infima refugiant, hortatur, illos ad cœlestium rerum contemplationem inuitat, nullamque vitæ degendæ rationem patitur esse expertem sui. Ergo Lioba S. Bonificij Martyris & Archiepiscopi Moguntini, Germanorumque Apostoli familiarissima ad Cœnobium monachorum, quod Fuldæ idem sanctus & presul & martyr instituit, sola sanctitatis iure penetrabat. Quem locum luce clara & cum honesto comitatu vivebat, habitisque de Deo sermonibus ante noctem recedebat. Hæc nos de Lioba nostro more præfari, quæ cognitu esse digna celsimus, ad institutam Dei matris historiam veniamus. Erat sæua tempestas exorta, nocteque offusa mundo crebris fulguribus oculorum acie præstincta accidebant fulmina, tactisque de cœlo turribus fortissimi contremiscebant, itum est ad templum desperatione viuendi, Lioba ciues suos adit in sacra eodem metu compulsos. Alloquitur, confirmat, excitat, securitatem pollicetur, quam minimè præstaret, si humanis auxilijs niteretur, inde se totam ante sacrum altare prosternit, Dei, in quo stabat, inuocatura præsidium, interea nimbi circumsonant, augetur, exaggeraturque; tempestas, iactu fulmi-

nam

num te
santur,
rum fer
tur, v
terre
pauore
precibu
depugn
Tecla h
te popu
tudo. S
Dei gen
cacione
na filius
xx, & qu
gebatur,
occlusera
manibus
verbum
sancte m
fecunda
pidanten
Sequuta
deijt, dis
nam quic
re apud S

DE G
A
I
g
giolus &
terra cons
inum er
esset effug
la est, vbi

inum terra concutitur, tenebrae magis magisque defantur, fulgurum splendor per templi tum rimulas; ram fenestras effulgens in omnium oculos iaculatur, ventorum turbiaem atque impetum soliditas terrae non sustinet, populus precabundus ac supplex pauore exanimatus ad altare cucurrit, virginem à precibus reuocat, utque cum ventis & tempestate depugnet, efflagitat, prima Liobam consanguinea Tecla his verbis aggressa. virgo chara, quid cessas? in te populi salus nititur, ad te omnis haec respicit multitudo. Surge igitur, & Dominam tuam, sanctam Dei genitricem propitiare stude, tantae matris deprecatione ad placabilitatem, atque clementiam vnigena filius adducetur, his exacta vocibus Lioba surrexit, & quasi euocaretur ad pugnam, pallam, qua tegebatur, abiicit, templi portas, quas popularis timor occulserat, confidenter aperuit, sublatisque in caelum manibus ter Christum in clamauit, orat obsecratque verbum Dei patris sempiternum, per merita sacrosanctae matris, ut misereri ciuitatis afflictæ velit, & secundae Virginis appellatione salubri populum trepidantem ab imminente exitio seruet incolumem. Sequuta extemplo tranquillitas est, tonare caelum desistit, discussisque tenebris lux clara restituta. Et nimirum quid Lioba virgo apud Deiparam, quid Deiparam apud Seruatorem filium valeret, apparuit.

DE QVODAM PVERO INFANTE.

ANNO millesimo centesimo decimo septimo; Ianuarij die tertio, qui à diui Ioannis Evangelistæ ferijs octauus, eidem Apostolo reliquus & sacer erat, semel & iterum toto penè orbe terra contremuit, tanta cum pernicie & vastitate, ut innumerabilia tecta conciderent, vixque hominibus esset effugium. Sed omnium maximè quassata, Italia est, vbi tam horribilis, tamque exitiosus terræ fuit

Thomas
Boxius de
signis eccl.
Dei lib. 24.
cap. 3.

motus, vt mortales actum de se putarent, vltimum-
 que illum supremi iudicij diem venisse opinati cor-
 porum salute posthabita de solis animis cogitarent.
 Et quidem in diuersis miseræ Italiæ locis ciuitates,
 castrilla, oppida, pagi, & villæ cum incolarum lucrosa
 strage ac funere conuerunt, quin & firmi disiecti,
 diuisique montes, & flumina terræ discedentis ab-
 sorptu penitus auerunt. Et siccum transitum eun-
 tibus reliquerunt. Padus verò fluuiorum latialium
 maximus, præterquam quod prætergressus est aluei,
 fornice facto sese erexit in altum, interque vndas,
 & aridam tellurem iter haud angustum potest, &
 latisque sursum fluctibus mundo hominib; liter mî-
 batur. Cumque diu in hunc modum Eridani aqua
 medio in æthere librata pependisset, tandem in is-
 psum tanto cum pondere & strepitu refluxa recedit,
 vt per aliquot milliaria relabentis in pristinum ra-
 dum Padi murmur audiretur: horrendis hinc prodigijs,
 atque portentis obstupescit Itali Numini propitiando
 triduum in oratione, ac ieiunio posuerunt. Pietatis &
 supplicationis Christianæ fructus Cœnona testis, apud
 quam, qui in cunis vagiebat, infantulus inuolutus
 pannis præter naturæ leges ante tempus verba fecit,
 matremque suam fratri natu maiorem cibum parantem
 in sperata voce retraxit ab opere, affirmans, sibi vi-
 sam Dei genitricem Mariam stantem ante tribunal
 Christi, ardentissimisque precibus filio pro mundi
 liberatione supplicantem, & supplicium vocibus &
 clamoribus auertentem, quod erat iustus ille iudex
 de hominibus sumpturus sine modo peccantibus. Quæ
 post effata, plena miraculi, lactens ille puerulus ad
 infantiam redijt naturalem, neque ante loquutus est,
 quam per ætatem potuit verba formare, & animi
 sensã interprete lingua profere. Quod narrat diuus
 Antoninus, huic est affiue quodam modo, in Spoletano
 Dominicano Cœnobio

3. parte ti-
 tulo 23. cap.
 3. sectio, 3.

naci-

nouitiu
 ni, quæ
 pugillo
 bilis ac
 debatur
 illud cap
 tandem
 gno con
 vel ex h
 summi i
 que Dei
 sentiebat
 nus de h
 aliud p
 quæ ve
 nus, atqu
 poris defa
 quæ quie
 visionem
 ponderis
 mos alij
 portabant
 numerab
 spicitur, C
 bus hum
 sede & G
 tem, qua
 latu Ang
 dum soli
 beatissim
 ne consec
 mos, qua
 nam core
 tioque m
 perat Chr
 mundi re

nouitium fuisse, miro candore, cui virginalis hym-
 ni quem terra pontus, æthera, pars illa, mundum
 pugillo continens ventris sub arca clausus est, mira-
 bilis admodum, & ad intelligendum difficilis vi-
 debatur. Neque enim ingenij exiguitas mysterium
 illud capiebat, neque mente comprehendebat, quæ
 tandem illa vis esset, quæ mundi hanc molem pu-
 gno contineret. Itaque Dei proceritatem & staturam
 vel ex hoc ipso quàm maximam esse coniectans de
 summi illius rerum omnium effectoris molitoris-
 que Dei granditate ac celsitudine humano more
 sentiebat. Et, cum verecunda impediretur, quò mi-
 nus de hac quæstione consuleret sapientes, Deum
 assidue precabatur, vt rei intelligentiam explanaret,
 quæ vespertinis precibus cum incubuisset atten-
 tus, atque omnem animi conatū intēdisset, vel cor-
 poris defatigatione, vel animi mœrore dormiuit,
 quæ quies candido adolescenti præclaram obtulit
 visionem. Angelos quippe cernebat sedem maximi
 ponderis in amplissimo campo statuentes, hos pri-
 mos alij sequebantur, qui quam & ipsi sellam de-
 portabant è regione locauerunt, his ita dispositis in-
 numerabilis aliorum Angelorum multitudo con-
 spicitur, Christum Dominatorem summum mani-
 bus humerisque tollentium, quem in prima illa
 sede & solio venerabundi collocarunt, in illa au-
 tem, quæ aduersa erat, ministerio itidem & famu-
 larum Angelico sanctissima Dei Mater imponitur, vt
 cum soli luna respondet. Postremò sancti omnes, &
 beatissima illius vitæ consortes suo quisque ordi-
 ne confederunt, apparebat in omnibus tantus ti-
 mor, quantus nunquam à mundi principio homi-
 num corda perpulerat. In hoc cœlitum metu silen-
 tiosque mirabili viuorum ac mortuorum iudex im-
 perat Christus de excelsis illo, vbi sedebat, throno, vt
 mundi rectè facta ex libro recirentur. Cum ea præco-

cœlestis ob nimiam sui breuitatem celeriter percur-
 risset, iubet iudex æternus, vt eiusdem mundi pecca-
 ta perlegantur, quæ cum suarum longitudine, tum
 magnitudine & facinorum atrocitate audiendi non
 modo fastidium, sed odium etiam & truces iras ge-
 nuissent. Iubet arbiter summus totum mundum ceu
 leuissimam stipulam arripi, iactari, dilijci, affligi,
 percelli. quem idem Dominus dum deturbat, a teque
 diminuit, illud ex psalmo pronunciauit, cum iudica-
 tur, exeat condemnatus, id nouitius tremebundus
 aspexit, & extemplo virginem Matrem illis verbis
 implorauit, Sãcta Maria succurre miseris, ad hanc vo-
 cem lenitatis Mater insurgit, & proiectum mundum
 sua manu collegit, desine inquit, optime filii, dam-
 nare mundum ac perdere, quem tuo sanguine rede-
 misti. Nonne concionatores ad eum nisi legatione
 meos, eosdemque tuos; qui errantes retrahant ac re-
 ducant, & mundi renouent senectutem? illud iure
 rim valde mirabile, quod, vt à notitio illa missa vox
 est, terra verè discessit, non Spoletum modo, sed etiam
 in circumiecta regione, siquidem turres & domicilia
 multa corruerunt, illaque nocte magna virosque le-
 xus multitudo, relicta vrbe diffugit; Umbriamque to-
 tam pauor incredibilis occupauit. Fratres vero notitij
 audita voce, quam vehementer ille contendit,
 rati horribili terræ fragore editum illum esse clamo-
 rem cursu incito ad cubiculum adierunt, immobilis
 que & sopitis sensibus inuenerunt, cum euigilasset,
 deq; illo formidabili terræ concussu rogatus esset, ne-
 gauit se quicquam perensisse, visionemque reticuit,
 modestia suadente. Sed vicinus ad moriendum mo-
 gistro narrauit, qui domus tirones gubernabat, ve-
 res tanta nesciretur: Mortuus enim breui notitius
 est, sed multis tamen antiquis veteranisque periti-
 osior. Nam apud Deum nullum est discrimen periti-
 narum, nullus delectus ætatis.

C
 abeund
 ambagi
 & comi
 trum ad
 suis, qui
 de, cura
 quid fac
 vicias B
 tepea vo
 tes circa
 lo nauig
 uocatur
 pe desper
 suam in
 tua dein
 templo

M
 pulcris e
 ac nuncu
 verbi vir
 eius præ
 sublati s
 nemo sa
 fuit imp
 perpetua
 templum
 lyru no

DE IACOBO DIASIO, ET CON-
salio, Rhoterigio.

CVM iam tempus reuersionis instaret, Rhoterigius per sacramenta expiatis, & confirmatis in officio Lusitanorum animis ab Rege veniã abeundi cum Diazio petit, ac simul obsecrant, missis ambagibus promat, quid super aduentu Patriarchæ & comitum referri imperet Goam. Ille, quod ad partum aduentum attineret, Mazuæ præsto fore dixit esse, qui, descendentes exciperet, atque ad se cum fide, curaque perduceret, vbi, coram eos audisset, se, quid facto opus esset, deliberaturum, simul auri decem vicias Rhoterigio in viaticum erogari iubet. Ille accepta voluntate pecuniâs reiecit, Goam dein repetens circa Zeilanam oram subita coorta procella euersione nauigio propè demersit. Saluti fuit suppliciter invocatum beatæ virginis auxilium, cuius præsentis opere desperatis iam rebus nullo nautarum ministerio suum in sedem carina resedit. Ita fluctus exhausti, vota dein casus effigies Goæ in eiusdem Dei Matris templo suspena.

Petris Maffei li. 15. verum Indicarum ipsè verbis. Erat hic Claudius Abassinorū Rex, præste Ioannem vocant. Rhoterigius erat ex nostris & presbyter doctissimus societ. Iesu.

DE ALPHONSO ALBUQUERCIO
India Prorege.

MAMVDTIO Malacensi Rege deuicto ac superato, captaque vrbe Malaca Albuquerque & Imperator & Prætor è vetustis Regū sepulchris eruto lapide templum salutationi Angelicæ, ac nuncio sacrum ex manubijs posuit. Diuini enim verbi virgineo vtero concepti mysterijs Albuquerque præcipua quadam religione tenebatur. Idè, dum sablatis anchoris Luianum inuehitur sinum, cū extremo salutis discrimine in Sytes impactus est, saluti fuit imploratum B. Virginis auxilium: cui deinde ad perpetuam beneficij tanti memoriam in vrbe Goa templum extruxit, inde sanctæ Mariæ vada Luianæ ipsa nomen impositum.

Ibidem li. 3. ipsidem pene verbis ipsi^o Ioanis Petri Maffeti.

544 DE HISTORIA VIRGINALI
DE NOSTRO PATRE FRANCISCO
Xauerio.

*Horatius
Turcellinus
in eius vita
lib. 2. ca. 15.
iisdem verbis.*

Nauim cōsensus nauicularium exorauit, vt pueros quosdam (eos Maluco abduxerat in Goensi collegio instruendos) quos illi cōmittens repentino diuini spiritus afflatu ter denunci-
ciauit, malè se metuere, ne magnum in itinere ea nauis acciperet incommodum. Nec vana denunciatio cecidit. Insulam Ceilanum nauis præteriens hæsit in Syrtibus, iamque spes salutis nulla erat, cum repente B. Mariæ ope simul ab omnibus implorata diuina benignitate periculo eripitur, & Cocinum appellit incolumis. Haud secundiore cursu, sed meliore conditione nauis vsa, quæ Xauerium vehebat. Per triduum teterrima tempestate vexata est, vt vectores iactura iam facta mortem in horas ac momenta singula expectarent, At Franciscus intrepidus ad ea, quæ ceteros terrent, sedato animo cœlestes omnes ordine deprecari, cœlestiumque Regem ac Reginam impense inuocare institit. His ille deprecatoribus, præsidijque septus (vt ipse postea indicauit) longè maiore lætina affectus est in ipsa tempestate.

DE QVIBVSDAM NOSTRIS
discipulis.

*Nicolaus
Orlandinus
in Annal.
Societ. 1587.
De historia
Collegij
Montis Re-
gij in pro-
uincia Cas-
tella iisdem
verbis.*

Quod ad B. Virginis sodalitatem pertinet vñ ad declarandum eius in suos clientes patroni-
ciniū non prætermittam, Discipuli quidam quibusdam simul in ædibus tanquam in contubernio viuebant. Inter eos erat è Sodalibus vnus: Sæua tempestate coorta tanta vis imbrium accidit, vt noctu quieti se dare præformidine nemo auderet. Is quem è Sodalitio Dei Matris esse diximus, ad precandum Deum implorandamque eius Matris opem ceteros adhortatus, litanias magna animi consensione vt recitarent, induxit. tum quieti se dant. Sed, cum

temp
domi
nales
dere
perre
tulera
ni dub
tillim

DE

L

Atlant
mo ocl
liboati
aq; i
directa
de ab o
hic pri
ctis ost
imbres
fuisse,
quæ &
collect
meo a
ris adia
fundat
morta
nim ta
omnia
bus, co
quo es
cunue

tem

exoravit,
 aduxerat
 os illi cō-
 r denun-
 e ca na-
 unciaatio
 hāsit in
 n repente
 uina be-
 pellit in-
 re condi-
 triduum
 actum ū
 la expe-
 ceteros
 ne depre-
 pense in-
 didis que
 ore lūcua

rinet vñ
 es patro-
 quidam
 ontuber-
 us: Sena
 ut, vt no-
 deret. It
 ad precā
 opem ce-
 nſionem
 Sed, cum
 tem

tempeſtatis, atque imbrium vis increbeſceret, & diū dominus intempeſta nocte conſurgens contubernales clamoribus excitat, & è ſuis ſedibus iubet excedere. Illi ſomno artiſſimo conſopiti, vix tandem expectecti ſeminudi profugiunt. Vix è teſto pedem extulerant, cūm repente concidit domus, vt iam nemini dubitandi locus relinqueretur, quin eos è præſentiſſimo periculo Dei mater eripiſſet.

DE QVODAM SVTORE CVM CON-
 inge, & quinque liberis ab ingenti al-
 luuione ſeruatis.

LVLÆ oppidum eſt in Algarbiensī prouincia, *Franciſcus Bencius in Annal. de hiſt. prouin- cia Luſitania iſſilem verbis.* inprimis frequens ac nobile, in dorſo editiſſimo montis duodecim paſſuum millibus ab Atlantico mari. Anno igitur milleſimo quingentiſimo octogeſimo ſeptimo, 9. Calendas Nouemb. die ſabbati a tra quædā nubes & denſa è littore ſe intēdit, atq; in ſublime elata eā partem operit mōtis, in qua directis quibuſdam vijs per multæ ſunt ædes, nō valde ab oppido diſiunctæ: Suburbium vocāt pauliſper hic primū cōſtitit, vel cōditas laceſſens iras, vel ſubiectis oſtentans. Tū valido ſollicitata vento effuſum imbrem, quo nullum maiorem illis locis memorant fuiſſe, cū ſonitu dedit. Tres horas deſæuit tempeſtas, quæ & ſi retardata primū hortorū aggeribus, in quos collecta inciderat aqua, tamen nō ita multò poſt immoſio auctu, moleq; ingēti per ſtragē obſtantis aggeris adiacentibus ſuperfunditur. Octoginta domos à fundamentis euertit, conquaſſauit ducentas, multos mortalium rapuit, egit nullo diſcrimine. Oppidani enim tã ancipiti permoſi malo moliri primo aliquid, omnia cū vinceret peſtis, incerti animis, feſſi corporibus, conſiliū, cui impares erant, euentui referuare. Ex quo etiam inter cunctationem aliqui lateribus circumuenti pari violentia feruntur, tenebræ interea cō-

duplicari, cœlum tonitru cōtremiscere, micare ignes,
 & glomerari aqua inter fragores. Quos foeminarum
 ululatus, puerorum gemitus, (quorum partim mor-
 rantur, partim festinant, omnes se mutuo impedi-
) faciebant magis horrendos. Visæ etiam aut ex metu
 creditæ, vt nonnulli dixerunt, obequitantes humana
 specie vmbra per gurgites subiectos. Ita capti auri-
 bus oculisque metu omnes torpere. Mox videre erat
 aliquos modò pectore, modò ore tenus extantes, ad
 postremum ferè fluctibus absorptos. Augebant ter-
 rorem, fugamque impediabant disiecti passim parie-
 tes ædium, cum permisso instrumento, cunctaque
 supellectili Saxorum fragmina, miseranda domorū
 cadauera vno agmine innatantia: quorum incursum,
 impulsuque multi homines obruti membris, vel mul-
 cato corpore: hæc enim damna post trium horarum
 noctem lux vbi conserenauit, cœlum moerentibus
 ostendit. Neque tamē hæc inter nullus radius B. Virgi-
 nis affulsit. Alutarius erat cū vxore, & liberis quinque
 penè infantibus, habebat in ædibus imaginē Dei pa-
 rentis quā religiosè colebat. Rosarium huic proximū
 ad parietem è clauo appensum. Ad hanc Sabbatis lu-
 cernam accendebat. ad commune periculū cū vic-
 nis, vt inundationem prohibeant via, salutata prius
 virgine. domo exit, reliqua familia relicta. Dum ope-
 ri instatur, comites amne obruantur. Immotus ipse
 in eodem hæret vestigio. Quia & puerum, qui fere-
 batur vorrice, manu apprehensum imponit in hu-
 meros, at tu, inquit, qua es ætate innocēs ac simplex,
 vt nos liberet, Dei matrem cōprecare. Hæc fatuus, ne flu-
 ctibus intercluderetur affluentibus, ad integræ cuius-
 dam domus limen euadens cū seruato puero ste-
 tit incolumis. At domi eius res maiori erat in pericu-
 lo, ingressis aquis, quæ officinam omnem exhaule-
 rant, cupis, arcis, ac cæteris utensilibus ciectis, omnia
 occupabantur. filijs tantum, matrique parcebatur,

qui ante tutelarem effigiem humistrati in preces effundebantur. Nec defuere, quibus post tempestatu abcessum, & lychnuchus pensilis, accenso igne, & intacta imbribus tabula, & incolumis familia miraculo fuit, cum præcipue adhuc vda notarentur superfusi luminis indicia. Obuersabatur fere oculis memoria cladis, cum sacerdos noster in præparatis castigatione animis timorē diuini numeris impressit.

CÆCITATI MEDETUR ET
oculis.

CAPVT XVI.

De quodam à virgine illuminato.

CONSTANTINOPOLITANA suburbia prætorum & florum viriditate peramœna fuerunt, illa præsertim, quæ ad auream vrbis portam respectabant, ab specie camporum ita fortasse dictam, quise porta illa egressis offerebāt. Augebat voluptatum vberimus fons, qui locum variis arboribus, & plantis præcipue consitum irrigabat. Sed iniuria temporis fontem terra aggesta conclusit, & aquæ meatus ita obturauit, vt salutaris vndæ nihil prorsus afflueret. Tantum in vda humo venæ latentis vestigiū apparebat. Quin & ipsa arborum densitas fontis aditum obscurauit. hæc loca cum græcus ille Leo, qui Sapientis est cognomen adeptus, animi gratia solus ac metus peragraret, in hominem incidit oculis captum, ac viæ prorsus ignarum. Huic se itineris ducem Leo præbet homo comis, & planè misericors confesso viæ aliquanto spatio, cæcus sitire se dixit, ac miserè defatigari, Leonemque rogat, vt vel vmbra querat desiderari leuamentum, sit isque solatium. Leo syluam, nemusque perlustrat, fontem sollicitè querit, humorisque indicia sequutus laticem peruegit, vbi nihil inuenit, ad cæcum, quem sub arboris

Nicephorus
Callistus
hist. li. 15. c.
25. & 26.

umbra reliquerat, mœstus redit, ac tristis. hic cœlitus
 audita vox est, aquam in propinquo esse contestant.
 Quare fontem denuò vir bonus Leo, & officiosus in-
 quirat. Quo minus inueniat, arborum oppositus, &
 cœni profundioris interiecta moles obsistit. Desperã-
 tem vox iterum audita confirmat; Leo imperator,
 densum istum & umbrosum lucum ingressus turbidã
 aquam haurito; ea ægri hominis sitim recreato,
 cœnosum dein limen in manus sumito, cœci cœcos
 oculos inũgas facito, quæ verò ipsa sim, propediem
 cognosces & loci istius, & ampli iã possessor imperis,
 quin & ædẽ mihi ibidem consecrabis, in qua vereris,
 immoret, habitem, & me inuocantibus postulata cõ-
 cedam. Nihil est enim, quod meæ potestati queat ob-
 sistere; velit, nolit, cessarus est; dæmon, & morbus su-
 apte natura insanabilis me volente curabitur. Leo
 verborum omnium memor cœnum eduxit, aquam
 hausit, vtrumque reportat ad cœcum, parum aut ni-
 hil de remedio laborantem. nam prope iacebat est-
 nimis, & morti valde vicinus: adeò sitis spiritum
 hauserat, aut mentem sæua confuderat. Et cum fa-
 uicibus aridis aridam infudisset, & oculos luto illini-
 set, depulsa cæcitas est, & vita restituta, quam penè
 videbatur amisisse. Non multò post Leo & pius &
 sapiens ex Virginis prædictione ad imperiale salu-
 gium euectus: tanti huius miraculi loco repurgato
 fontis venam aperuit, atque inibi templum purg-
 rande construxit, cuius ea forma descriptioque fuit,
 vt media operis pars è terra emereret, tantumdem
 sub terra lateret; Quadranguli figuram moles tota
 conformabat; Latitudinem longitudo vincebat. Fa-
 brica luminosa fuit, fonsque ipse in medio templo,
 intromissa per crebra specularia luce, mirabiliter efflu-
 gebat. Tholus in alta & rotunda testudine sublimi-
 pendeat, cuius tanta erat tum claritas, tum pulchri-
 tudo, vt fulguranti cœlo similis esse videretur;

das et
 gustu
 alij q
 bant
 siue a
 aqua
 tas au
 quam
 quant
 limi fa
 nem æ
 ramina
 chleari
 tur. Aq
 da com
 que vol
 manna
 contrari
 radice
 fantino
 fontem
 se habe
 quas La
 Huic
 dem M
 nis prin
 neret H
 signa co
 pulchra
 dem Mo
 & virgi
 nibus ar
 nonem
 quo tar
 storiã
 filiam h

dus etiam quosdam archirectandos Leo curauit Au-
 gustus, per quos descenderetur ad fontem, ex quibus
 alij quadrati erant, alij semicirculi figuram refere-
 bant; additi sunt marmorei cancelli, quibus homines
 siue ascendunt, siue descendunt, niterentur. Fons ipse
 aquæ perennis, pellucidæ; atque ita frigidæ, vt gelidi-
 tas nunquam offenderet; apposita phiala cōcaua, per
 quam aqua fundebatur more canalis, aderat labrū a-
 quantibus oportunum. Habita etiam ratio est, illius
 limi salutaris, cuniculusque sub terram actus in om-
 nem ædem pertinebat. Patebat supernè duo caua fo-
 ramina, vnde lustrale lutum vasculo in modum co-
 culearis, concauo ad multorum medicinam traheba-
 tur. Aquæ mira temperies, vt diximus, & admiran-
 da communitas; talis enim cuique erat, qualem quis-
 que voluisset: Vt, Nicephoro teste, decantatum illud
 manna imitari videretur. Res quamuis aduersas, atq;
 contrarias hæc aqua curabat. Nam morbos à frigida
 radice fons hic frigidus depellebat. Igitur Con-
 stantinopolis Deiparam salutis effectricem ad hunc
 fontem veniens agnoscebat, & Siloecam paludem
 se habere gloriabatur: ex ædibus autem sacris,
 quas Leo Augustus erexit, hæc tenet principatum.
 Huic splendore proximè accessit, quam ad eius-
 dem Mariæ Virginis laudem idem Leo huius nomi-
 nis primus excitauit, vt in ea Deiparæ vestem repo-
 neret Hierosolymis allatam, quam innumerabilia
 signa cœlitus decorarunt; de cuius vestis inuentione
 pulchram Nicephorus narrat historiam; habet can-
 dem Metaphrastes. numerat hæc ædificia Procopius,
 & virginalem Leonis cum fonte basilicā cæteris om-
 nibus anteponit. Felix hic Leo fuisset omninò. size-
 nonem imperij pestem non generum adaptasset, de
 quo tamen quiddā narrat Sophronius, quod ad hi-
 storiam facit virginalem. Eripuerat cuidam matronę
 filiam hæreticus Zenolibidini satiādæ, quæ in D. ma-
 tris

In prato spiritali. c. 175

tris templum assiduò veniebat, & cum lacrymis Dei genitricem illis verbis obsecrabat: vindica me de Zenone Imperatore, qui mihi filiam meam rapuit, filie pudorem. Cum ergò in Deiparæ sacram ædem sæpè veniret, & has easdem preces iteraret, virgo virginum illi se per visum demonstravit, de vltione, inquires, quam efflagitas laboravi, sed eius fuit impedimento manus; erat enim Zeno, misericors, & eleemosynas multas erogabat. Sed quæ distulit supplicium, Deo & hominibus ab improbissimo Imperatore factas nõ tulit iniurias, quas pœnis luit, & luet sempiternis.

DE S. PETRO COELESTINO.

*Petrus Al-
liacens. Car-
dinalis in
hist. & scri-
pta ipsius
Caestini
manu exa-
rata.*

PETRI illius, qui summus renunciatus Pontifex Cælestinus est appellatus, annorum tuù vix emenso ætatis spacio ictu peracuti ligni alterum oculum ita affecerat, vt luminis claritate privaret, nullamque lucem daret, quamvis aciem Petrus intenderet. At verò mater desperantibus salutè medicis ad spei anchoram sanctissimam Virginem Mariam confidens accessit, vnamque in Deiparæ templo glorioso noctem cum semicæco puerulo commorata remedium fletibus & suspiriis postulavit. Dumque piæ matronæ oculi lacrymis affluunt, tremuli filioli oculus ab omni tum plaga, tum cæcitate liber efficitur. Alter eiusdem Petri frater adultus, ætatisque grandioris, cui messis manipulos componenti arista in oculum iniecta graue negocium exhibebat, simili sacrosanctæ Virginis ab ipsa matre invocatione, similibusque maternorum oculorum & lacrymis & vigiliis sanitatem obrinuit.

*Ioan. Boni-
facius de
Christiani
pueri instit.
lib. 3. c. 4.*

DE ABVLENSI MIRACVLO.

ANNO à Christi seruatoris ortu millesimo quingentesimo septuagesimo mensis Maii die octauo, in Abulensi ciuitate virgo quædam sanctimonialis ex familia diui Bernardi sanctæ Anne

coeno
que re
uit, in
foror
Abulia
hoc te
rissima
timis,
miracu
ctitas r
octo di
sul ind
circum
ac verè
de via i
tis gym
Thenfa
mens to
modè
dam te
Mater i
gavit. S
legau
ficio Vi
fuitus
quiti f
quam r
damu
Mastra
Mul
Cung,
Dini
Vna ha
De g
Abfule
Mul
cceno

cenobio, cum cæca esset ex morbo, lumen aspectū-
 que recepit, ubi se sanctissimæ Virgini commenda-
 uit, in subterraneo sacello templi diuis Vincentio &
 sororibus Sabinæ & Christetæ sacri, quos martyres
 Abula celebrat, agnoscitque patronos; est enim in
 hoc templo miræ vetustatis perantiqua effigies pu-
 rissimæ Dei parentis, quæ frequentissimè tam à fini-
 timis, quam ab illis oppidanis visitatur. Huius porro
 miraculi vt explorata diligentissimè veritas est, ita sã-
 ctitas religiosissimè procurata, & culta. Festos enim
 octo dies Aluarus Mendoza vrbis dignissimis præ-
 sul indixit. Die verò feriarum vltimo per vibem totã
 circumlata Virginis imago, & cum insigni comitatu
 ac verè triumphali; Inque nostrum templum quasi
 de via in hospitium introuissam discipuli è Societa-
 tis gymnasio dramate & lepido versu celebrarunt.
 Thensam Societatis Patres reliquo post tempore hu-
 meris tota vrbe portarunt. Quin & illud percom-
 mode cecidit, quod, cum feriæ agitari cœpissent, ari-
 dam tellurem copiosis imbribus beneficentissima
 Mater infudit, sterilitatisque & inopiæ metum rele-
 gavit. Sed pompæ ipso die, qui erat octauus, ne pub-
 licò gaudij offenderetur ipsa sinceritas, Pluuia bene-
 ficio Virginis intermisit. Nos verò, qui tum Abula
 fuimus, rei historiam amicorum rogatu versu perfe-
 quuti sumus; sed festinatio fecit, vt breuiiores essem⁹,
 quam res tanta poscebat. Itaque nunc versus plures
 damus, & fortasse meliores.

Mæsta diu vix vixit sacra fœmina lucis adempta,

Multaq; morboſo in corpore damna gemens.

Cumq; hominum frustra tentasset sæpe medelas,

Diuinam statuit quarere rebus opem.

Vna hac ex sacris diua vestalibus Anna,

De grege Bernardi virgineoq; choro.

Absulerat morbus visum, noctisq; profunda

Multa volutantem tabida cura tenet.

Spes micat in tenebris, audet q̄, optare salutem,
 Antra salutiferi cum videt esse loci.
 Antra reposita Dei Matris cohonestat imago
 Urbis per fugium, deliciasq̄, viris.
 Victorem inclamat fratrem, sanctasq̄, sorores,
 Et tutelares aduocat agra suos.
 Expetit, vt liceat sacratum inuisere templum,
 Et se ante effigiem sistere posse diu.
 Annuat Antistes, caca dux additur aptus.
 Martyris ad templum, tectaq̄, sacra venit.
 Errata hic vita recolit, noxasq̄, dolenter,
 Seq̄, sacerdoti detegit egregio.
 Escam vitalem sacras quoq̄, sumit ad aras,
 Sanguine fraterno qua maduere prius.
 Est locus in fano subitus, quem turba frequentat,
 Parcaq̄, lux homines ad pia vota mouet:
 Cœlesti nutu ingreditur penetratia diua.
 Ductorisq̄, manu caca peregit iter.
 Inchoat inde preces octauam circiter horam,
 Quintaq̄, iam instabat, cum gemebunda dolet.
 Pallor inest ori, mortemq̄, timere propinquam
 Incipit, & sudor frigida membra replet.
 Presbyter est praesto, tristemq̄, affatur amicè,
 Verbaq̄, de sacris, personat ore libris.
 Qua Marcus scripsit, languenti imponere dextram
 Cum docet, & morbos vis fugat ipsa Dei.
 Non post multa redit membris vigor, atraq̄, cedit
 Caligo, & lucem fœmina leta videt.
 Principio molem aspexit, vastasq̄, figuras,
 Clarius & tandem cernere cuncta datur.
 Audijs hac praesul factumq̄, explorat ad unguem,
 Perque anni spacium res agitata manet.
 Consultit insignes doctrina & moribus, utque
 Eniteat verum, pramonet, instat, agit.
 Multa fidem facti properant, lucisq̄, recepta
 Prodigium testes fidaq̄, lingua probat.

Causa
 Qu
 Tand
 Et
 Latat
 Exer

D

V

peregrè,
 ctus era
 Neque t
 at spern
 futurum
 nunciaba
 sus vider
 tem capu
 lorum. D
 sacerdoti
 tam vol
 Postrem
 minerat
 hic, quoc
 firmat. A
 cam pue
 demoni
 catione,

M A F

Cv
pr

*Causa grauis iusto liberata est pondere, resque
 Quam magè deprimitur, tam magè clara nitetur.
 Tandem coniuñcti patres, consorsq; senatus
 Et pompam, & festos instituere dies.
 Latatur generosus eques, plebs cuncta choreas
 Exercet, populus virginis acta canit.*

DE QVODAM VIRO NOBILI.

VIR splendidis ortus natalibus magna in Dei matrem veneratione (in cuius honorem exornauerat templum, sacrasque ædes obierat peregrè, longè distantes) diuturna vi morbi cò redactus erat, vt & audiendi, & vidèdi sensum amitteret. Neque tamen aut meruit malo deperditæ, aut abiectæ spem recuperandæ valetudinis, plenus fiducia, affuturum sibi in tempore patrociniū Deiparæ præuaneabat. Nec res frustra fuit. Sequenti Sabbatho visus videre lucidam nubem intrantem, & penetrantem caput, ac desquamantem membranas oculorum. Dein sibi plenè restitutus est. Tum vocato sacerdoti nostro visum exponit, eoq; præsentem tertiam vouet peregrinationem ad ædem Lauretēnam. Postremò de peccatis, quæ commisisse vnquam meminerat (quod bis fecerat antea) confitetur. Adiciãt hic, quod Pater Ioannes Maldonatus se vidisse confirmat. Auarici Biturigum anno 1578. cum muta quadam puella, & eadē energumena, & à malo possessa dæmone, nominis beatissimæ Mariæ virginis inuocatione, eiecto diabolo, loquuta est, aiebatq; perfectè.

*Franciscus
 Bencius de
 hist. collegij
 cenipontani
 in superiorè
 Germania
 iisd. verbis.*

*Commēta-
 rijs in D.
 Mat. cap. 9.*

MARITOS PLACAT VXORIBVS.

CAPVT XVII,

De quadam matrona.

*Magister
 Hier. Taxi⁹*

CV M Barcinone Rosarij sancta Societas in tract. de
 propè dissoluta esset, & penè venisset ad Rosario.
 nihilum

nihilum, Dominicani, quibus in ea vrba Catalaunorum principe sancta illa coitio curæ fuerat, de rursus erigenda, & quasi humo excitanda laborarunt. Eorū conatibus ita sc̄eliciter virgo r̄spondit, cuius gloria agebatur, vt nomina quam plurimi darent, seq̄ ipsi certatim profiterentur: erat enim illa censio præcæra, nec magis corporis, quam animi rebus oportuna. Inter alios vna quædam mulier tam prompto & alacri animo societatem iniuit, vt Rosario quotidie præcetur. Inter salutandum à cœli Regina nominatum petebat, vt se à periculis liberaret, euentu non iusto. Erat huic maritus immitis atque asper, quem inanes suspiciones, ridendiq̄ue timores duriolem difficultatemq̄ue reddiderant. Quæ circa de vxore tum religiosâ, tum pudicâ malè sentire, adulteram putare, somnium & fictam fabulam perhorrescere, nullis argumentis ad supplicandum pertrahi, sine causa vel occasione potius perperam opinari, coniugi innocentissimæ minitari quotidie. Et cum omnia secus interpretari non intermitteret, neque tam se melancholicum, id quod res erat, quam vxorem suam mœcham duceret, nocte quadam, non modò sicut illis imaginibus delusus, sed furis etiam agitarus in animum induxit vxorem occidere, & malorum, vt ipse ait, radicem extirpare. Itaque pugionem è vagina educit, in fontem sc̄eminam humi deiicit, ferrum vibrat, & brachium ad eadẽ intendit. Mulier mortis violentæ vicinia, & subito illo casu turbata tamen ad clementissimam virginem, quod per tempore licet angustias, sese tremebunda conuertit. Et hæc illi precissima; ô Dei genitrix, & semper virgo purissima, quæ sodalium Rosario coleris, immerenti mihi sc̄eminæ enim in hoc discrimine subueni, & tempestiua succurre. præceps hominis iracundia fanatici breuiter hanc præcatiunculam vix est passa finire, totoque animi efferati impetu pugionem impressit, eam plagam

conatus
sua inim
de medi
que tor
prodend
lyncetur
quetur, v
parte sign
parricida
cem adm
se putauer
mabidus
stulauit. Et
deuorari
tam cœno
sui sacello
pau bene n
alena salua
est factus,
toem, præc
mucinos m
mirabiliter
in sacello vi
pau, talisq̄
no anni 155
quod vel or
est ipse libra
danne Au

ETIAM

ACROS
minima

coo

conatus imponere, quæ negotium sola transigeret, & suam inimicam (hoc eam semper nomine appellabat) de medio tolleret, quâ quotidiano sui animi, cordisque tormento suspectaret. Res mira, memoriaque prodenda. Ut corpus illud sica attigit castum atque sycnerum, ceræ instar immollita reflectitur, ac retorquetur, ut ne vestem quidem perstringeret, vllave in parte signaret. Et quæ innocenti pepercit, immanis porricidæ pectus effodit, qui gladij hebescentem aciem admiratus, quem vxoris sanguine stillantem se putauerat educturum, immutatus animo lacrymabundus & simplex veniam ab inculcata vxore postulat. Et Deipara beneficium agnouit, ancillam sibi deuotam liberantis. Igitur die postero Prædicatorum cœnobium vterque coniuix inuilit, & in Rosarij sacello, vnde virgini cognomē erat in vrbē, Deipara bene merentem ambo venerantur. Alter se sanū, altera saluam gratulatur. Virque ipse Rosarij sodalis electus, cuius se deinceps studiosum præbuit amantem, precatoremque perpetuū. De miraculo Dominicanos maritus vxorque verè ac fideliter edoctos mirabiliter oblectarunt. Sicam retusam, ac reflexam in sacello virginali reponunt, atque appendunt ad repositam, talisque memoriam. Actum hoc est mensē Iulij anni 1550. quo die, compertum mihi non est, quod vel omisit historicus, vel neglexit typographus, nisi ipse libarius. Huc illa pertinent, quæ de magistro Iohanne Aulla libro secundo meminimus.

ETIAM VIRGO, QUÆ ROGANTVR,
quamuis minima curat.

CAPVT XVIII.

De quadam matrona.

ACROSANCTÆ Mariæ virginis charitatem ne minima quidem aspernantis, ac despicientis,

M m

Ludoui-

Ludovicus Granatensis de symbolo fidei part. 2. sect. 10. Ludouico Granatensi scriptore commemorabo; qui vtrum scriberet, diu ac multum ipse secum dubitauit. Rei namque paruitas magnum hunc virum ab scribendo deterrebat. Vicit tamen pietas, gloriaque virginis, quæ non secus in minimis, atque in maximis enitescit. Vicit quoque sanctorum exemplum qui & in tenui sepe mirabiles extiterunt, & qui similia, literis mandarent, habuerunt. Nam Diuus Benedictus suæ nutricis fictile vas fractum & diuisum in partes, ne in ceteror muliebrem animum occuparet, teste Diuo Gregorio, restaurauit. Et quidam alius, vt in eiusdem dialogis inuenitur, lychni pensilis, quo templum illuminabatur, particulas diuulsas dissectasque coniunxit, & lampada reformauit. Nos igitur, quæ ærumnosorum pectora refecit, dicamus alacriter, & Deiparæ in rebus arduis potestatem, in paruis humanitatem indulgentiamque laudemus. Quæquæ quæ naturæ vires superant, in quacunque materia, parua esse non possunt. Igitur (vt ad rem veniamus) quidam Centobrigensis incola, vel, vt nunc loquimur, Sebaldensis ex nobilium & clarorum ordine, ac numero, cum vellet iri piscatum, famulum arundinem expedire iussit, qua ad illud munus egregiè utebatur. Cæterum mulier, dum cannam diu intermissam à puluere & sordibus perpurpare studet, extremam alteram partem, quæ acutior est atque subtilior, figit in terram, manuque premit ita grauiter, vt ex geniculato illo calamo duo frustra digitali vtrunq; magnitudine, distracta arundine, dissilirent. Militis ipsa vxor, quæ pressens erat, casu percussa, deque mariti iracundia & offensione valde sollicita, ad sanctiss. Dei matrem confestim confugit, neq; oblita est cuiusdã sanctæ feminae, nutricis quondam suæ, quã idem Ludouicus magnificè prædicat, vitæ testis, & rerum, quas egerat, mirandarum, vt historiæ satis longæ argumentum præbeant, si eidem credimus Ludouico. Qui cetera gene-

S. Greg. li. 2. dial. c. 1. lib. 1. c. 7.

Ibidem.

generati
moris so
stius, qu
xit, qu
pectus in
in primis
que, eod
trauerat,
dium atr
tamque
foribus v
santel' erg
rant, tim
Mirabilis
tandus. A
tate con
ne petent
dicit auid
que fuo
texas, isq
patis, qua
macho, &
ius impre
dare actū
nuncta nō
sanā vidit
trem, & h
ua res est
mendacij
ma ex fan
proclama
ni libet,
quant, qu
mularq;
familias a
meret, n

generatim illud definitè ac propriè , tanto diuini amoris solitam incendio flagrare, vt diceret; maris inflius, quod videmus, aqua omnis ignem haud extinxit, qui hic inardescit; manuq; hæc affirmans, suū pectus indicabat. igitur bona scēmina, cum se magnè in primis cunctorum matri, & suæ deinde nutrici, quæ, eodem Ludouico teste; miracula nonnulla patrauerat, ex animo commendasset, maritus ex ipso ædium atrio arundinem festinus efflagitat; ruptâ fradâque famuli deferre parant; quid enim agant, ex foribus vociferante iam hero, & morâ durius accusante: ego qualis erat, talem assumunt, lentè properant, timore retrahente, cunctabundiq; descendūt. Mirabilis in sua matre Deus, & in suis sanctis admittendus. Arundinea illa pertica, illo acumine, & in exilitate confracta, priusquam domino ostenditur anrè petenti, diuinitus integratur, & hero perfecta redditur auidius expectanti. Eadem prorsus est forma, quæ fuerat; adest contortum filum albi coloris scētæ texus, usq; pulchellus. Aduolarat matronæ filiol⁹, vt putris, quæ puerorum & leuitas & curiositas est, stomacho, & in familiâ misellâ conuitiis interesset, cuius imprudētia cannā defregerat; quæ tamē secū prædicare actū esse putaret, si verbis verbera addita & adiuncta nō fuissent. cūq; arūdinem integram, & quasi sanā vidisset ex vulnere, lætitiæ plenus currit ad matrem, & his verbis gratulatur; mater, mater, mater, salua res est; ei colaphum mater infringēs, cape, inquit, mendacij, vanitatisq; mercedē. succedit muliercula vna ex famulis, quæ piscatoriæ arundini nihil deesse proclamat: ad quam sic hera, & tibi cū paruulo mementi libet, quasi verò non te hæc duo fragmēta redarguant, quæ in manibus habeo. Geminato pueri famulæq; testimonio faciendum sibi putauit matris familias amita quædam, vt rē, quæ ferebatur, oculis cerneret, manibusque tractaret. It, redit, & quæ puer iniussè

niustè percussus, quæque famula mendacii sine vlla
 causa suspecta, nunciassent, vero esse veriora confir-
 mat, & virgam ex calamo calamitatis esse gratulatur
 expertem. Hæc ad viri aures cuncta venerunt; mini-
 stræ domesticæ inconsiderantia fractam arundinem
 fuisse; anxiam coniugem ad virginem confugisse, &
 antiquam nutricem, cuius erat sanctitati fama recēs,
 appellasse, arundinis soliditatem naturæ esse non
 posse. Quare religione tactus, & arundinis miraculo-
 sam iuncturam admiratus asseruat, manus abstinet,
 neque eam amplius ad piscandum ausus est assume-
 re. Nempè quam præpotens ille Deus quasi manu
 consignasset. Ipsa porro arundinis fragmina aliquan-
 diu penes Ludouicum Granatensem fuerunt, ad mi-
 raculi tum fidem, tum memoriam, Christianamque
 lætitiā. Neque cuiquam hoc incredibile videri po-
 terit Dei genitricis potentiam cum immensa boni-
 tate coniunctam, matronæ, quæ Virginem moesta
 inuocauit, mores amabiles, & nutricis, quam simul
 adiutricem expetiuit, sanitatem ponderanti. est insu-
 per Dei optimi maximi consideranda clementia, qui
 se implorantibus, siue leuis est, siue grauis & arcta ne-
 cessitas, opitulatur, & succurrit in tempore. etsi, quod
 bona illa coniux timebat, leue non fuit. Possset enim
 grauius maritus offendi, & grauius in famulam sa-
 uire, quam res ipsa deposceret. Nam parua scintil-
 la maximum sæpe mouet incendium. Et hæc qui-
 dem minima curæ esse immortalī Deo, sancti Boni-
 facij apud D. Gregorium exemplo monstratur; qui
 puer paruulus in suæ domus ostio consistens, vulpē
 vidit irumpentem, gallinamq; vnā repetita iniuriā
 rapientem; id enim sæpè alias vulpes factitarat, tum
 sanctus puer in templum aduolat, hisque verbis no-
 uus hic Samuel Deum affatur immortalem. Sum me
 pater, & pauperum patrone singularis, hæc ne tibi a-
 uium rapina placeat, quas alit mater mea suam in-
 digen-

2. dial. c. 9.

digenti
 egenor
 mea pa
 miser
 bus ex
 que rest
 pem qu
 sictus il
 sneret.
 Dei leni
 plices, ac
 do time
 bis vni
 se præbe
 reuicien
 ci histor
 genius s
 mirabile
 ad max
 cat Greg
 na condi
 nima, q
 Exauditu
 & simple
 profume
 gonius; v
 multa su
 quod est
 me idem
 tunc iam
 ignitate
 ignus: c
 dūmus
 pe diuini
 tu ceter
 & duo de

digentiam utcunque sustentans? Succurre, succurre,
 egenorum fautor egregie, & quam graue damnum
 mea parens faciat, quia non te fugit, nostram iacturam
 miserare. Et cum precatone absoluta ex templi fori-
 bus exisset, ecce tibi vulpes illa regreditur, gallinam-
 que restituit, quam ore premebat & dentibus, Vul-
 pemque ad pueri pedes corruentem vita defecit, ut
 si quis ille pufio, mali sublata causa, sollicitus esse de-
 sideret. Quis igitur supremi illius dominatoris nostri
 Dei lenitatem non agnoscat, in suos, praesertim sim-
 plices, ac doli prorsus expertes? Quem caeli non mo-
 do timent, verum etiam tremunt, cuius nutum or-
 bis vniuersus obseruat, is pueruli querimoniis facile
 se praebet, & voto respondet, & in minimo damno
 recusando tardare non vult. Hanc quidem Bonifa-
 cio historiam admiranti Petro Diacono diuus Gre-
 gorius sapienter occurrit, & ad Dei prouidentiam
 mirabile hoc factum refert ac reuocat, qui suos seruos
 ad maxima petenda minoribus his inuitat ac prouo-
 cat. Gregorij haec ipsa sunt verba: Et hoc Petre ex mag-
 na conditoris nostri dispensatione agitur, ut per mi-
 nima, quae percipimus, sperare maiora debeamus.
 Exauditus namque est in rebus vilibus puer sanctus
 & simplex, ut in paruis disceret, quantum de Deo
 praesumere in magnis petitionibus deberet. Haec Gre-
 gorius; veraque praedictio. nam diuo huic Bonifacio
 multa sunt in adulta aetate miraculose concessa; vnu,
 quod est virginalis huius historiae, recensebo, quod
 me ad eum sanctus docuit Gregorius. Bonifacio Fere-
 nense iam ciuitatis Episcopo sororis filius seruebat
 dignitate quidem presbyter, sed moribus ne ostiario
 dignus: erat enim ambitiosus, & rerum sacrarum se-
 ditissimus nundinator. Nam Bonifacii Antistitis pro-
 pe diuini cognatione fretus, quae valere nihil debet,
 cetera paria non sunt, successorē se fieri cupiebat,
 duo denos aureos numos, quos ex equi venditione

*Ibidem.**Ibidem.*

parauerant, in arca seruabat, pōtificatus emendi subsidia, & Simoniacæ fraudis instrumenta. Cum autem die quodam negotiorum causâ Constantius abesset (hoc erat pestifero huic presbytero nomen) egentium & ærumnosorum multitudo Bonifacium ab ipsis incunabilis misericordem atque benignum de more circumstetit. Cumque beneficus & liberalis Episcopus esset exhaustus, & nihil haberet, vnde tam multorum paupertati succurreret, neque vt inanes dimitteret, adduci posset: mente & animo fluctuabat. Omnia lustranti, atque animo reputanti pecunia illa venit in mentem, quas suus ille ex sorore nepos vendito equo seruaret.

Ergo thecam resignat, pioque illo furto pecuniam acceptam lætus distribuit egentibus. Constantius reuersus aquam reuisit Thesauri custodem, cordisque captiuus; vacuum vbi reperit, non alium, nisi Episcopum illius furti ratus authorem, foras se propripit, fremit, bachatur, omnes illa in domo beatos esse, se vnum miserum atque infelicem indignabundus exclamat Bonifacium aliis vitalem, suæ sororis filio semper esse mortiferum. Vociferanti accurrit Episcopus cum vniuersa familia, & efferatum Constantij animum orationis lenitate mitigare conatus cum stomacho presbyter mansuetum accusat auunculum, illud semper ingeminans, omnes hic viuunt, vnus ipse mori cogor; cuncti tui liberè agunt, solus Constantius tuæ sororis filius duram seruitutem. Aurum, aurum, inquam, reddito meum. Episcopus procacibus querelis & vasa hominis iracōmotus, ad Deiparæ templum aduolauit, & tendens supplices manus nummos à virgine postulabat, quibus furentis iracundia presbyteri leniretur: multiplicabat preces pontifex extenta veste, quasi aliquid accepturus. inter orandū ad sinum, quem expanderat, forte respiciens, duodecim nummos aureos conspicitur

spicatur
pfa hor
tris egr
stoma
quien
me tan
pus, qu
taque n
quand
pem d
contin

✠
D
VIR
TV



tes an
Christ
nus ac
tia, au
gloria
attent
hac v
merit
erga g

spicatur metalli adeò fulgentis, vt ex aurificina illa ipsa hora, prodiisse viderentur. Igitur è templi Dei matris egressus, aurum illud virginis amatæ donum in stomachantis presbyteri sinum proiecit, habes, in-
quiens, solidos duodecim, quos tanto opere requisisti; me tamen mortuo huius Ecclesiæ non eris Episcopus, quo munere tua te auaritia reddit indignum. Itaque mortuus est miser ille Constantius, qui se aliquando fore Episcopum somniarat, & sacerdoti turpem detestabilemque mercatum animo tacitum continebat.

DE HISTORIA
VIRGINALI LIBER QVARTVS,
QUI EST DE SANCTISSIMA
Dei parentis in animi rebus
beneficentia salutari.



EQVITVR pars illa magnifica, quæ Deiparæ virginis erga genus humanum beneficia quam maxima, saluberrimæque complectitur, quorū tanto nobilior explicatio est, quanto corporibus tardis & abiectis celeres & diuinæ mentes antecellunt. Huic argumento, in quo animi salus, Christi Ecclesiæ ornamentū & decus, virginis maternus aduersus homines amor, Deiparæ magna potentia, authoris omnium primi, effectorisq; Dei maxima gloria velut in speculo cernitur, lectorē cupio esse per-
attentum. Hic enim à primis Ecclesiæ principiis ad hæc vsq; nostra tempora præclarissima virginis facta meritaque leguntur; & qualis beneficentiss. parens erga genus humanū & sit & fuerit, experiēdo, tangē-

doque cognoscitur. Dabimus quidem operam, quantum erit in nobis, ut cum virginis dignitate, & animorum salutifera voluptate historia congruere videatur; certe, ne longè abhorreat ab utroque, pro nostra virili parte conabimur. Non quidem is sumus, qui rem verbis attollere cupiamus, quam suis momenti ponderandam lectori relinquimus, quem primum esse imprimis necesse est, deinde sapientem. Quæ qui habet, & seligit, & cum fructu legit historias, multaque suspicit, nulla despectat: Ego rē, qualis erit, talem conabor exponere, neque ultra progrediar, quam simplex pietatis ratio patiatur: etsi multa eiusmodi sunt, quæ sine mea, cuiusquamve amplificatione concrevant. Accedit scriptoris, unde accepimus, fides & grauitas, cuius vtriusque additamento non mediocriter augetur historia. Fecit is quidem, ut eum hoc toto in opere sequeremur. Nam licet alius alio sit dignior historicus, tamen despicibilis nemo desumitur, leueri censores nobis ipsi fuimus, ne criticos timeremus. Sed iam ad exempla, qua solem' dispositione capitum, veniamus.

SACRÆ FIDEI MAGISTRA VIRGO
est, Baptismiq; praeceptrix.

CAPVT I.

De sancto Gregorio Taumaturgo.

Greg. Nyssē.
in ei' vita.

ADOLESCENTI Gregorio intempesta nocte vigilanti Dei matrem astitisse, Gregorius Nyssenus scribit, magni Basilij frater, & doctor insignis plurimorum: & quamuis apparentis Deiparæ muliebris & figura esset, & facies, tamē multo excellentior, multoque augustior visa est, quam ut eius aspectum ferre posset humana conditio. Nam ex ore virgineo tantus splendor emicuit, ut luci illi, luminique Gregorius impar esset, atque impos
virium

virium
contu
tris &
coele
fidei
tio ne
plana
tabat
sit, qu
vidisse
pretem
etate
admira
à D. Io
sed lite
diuinit
que be
per cha
teeret
tuno &
tentian
posset
cio huc
circa er
tret. I
reliqui
terea fa
& ver
Regula
talis, tu
in quin
Gregori
tionem

B

virium ad tantam maiestatem in illa mortalitate contuendam. Aderat Euangelista Ioannes suæ matris & Dominæ comes & assecla, qui Mariæ Reginae cœlestis admonitu res arcanas, atque retrusas, & sacrę fidei vera dogmata, Trinitatisque mysteria Gregorio nouo Episcopo, nouoque doctore luculenter explanauit; Idque eo libentius, quo se virgini fore putabat magisterio illo gratiorem; vt minimè mirum sit, qui tam felix in adolescentia fuisset, Dei Matrem vidisset, Ioannem Euangelistam Theologiæ interpretem & doctorem habuisset, cum corroborata iam ætate Thaumaturgum, id est rerum maximarum & admirabilium effectorem euasisse. Quæ verò didicit à D. Ioanne Gregorius, haud tacita in pectore tenuit, sed literis librisque mandauit, doctrinæque acceptæ diuinitus hæreditatem transmisit ad posteros: eo namque beatæ virginis spectabat aduentus, quæ præsens per charissimum Christi discipulum, cui reuelata sūt secreta cœlestia, Gregorium erudire voluit, deq; Deo tunc & vno rectam nouo concionatori indicare sententiam. Vt alios ipse difficillimo Ecclesiæ tempore posset instruere, & acceptam diuinæ Palladis beneficio lucem Christianus Prometheus hominibus in

*Baronius
to. 2. Ann.
Leontius
de scētis c. 8*

caeca errorum caligine demersis amantissimè disperderet. Itaque Neocæsaream Sponsam Christianam reliquit, quàm acceperat infidelem. Multosque præterea sanctissimus hic præsul adduxit ad Christum, & veram religionem quàm latissimè propagauit. Regulam fidei à sancto Ioanne traditam tum Orientalis, tum Occidentalis Ecclesia complexa est; citatur in quinta œcumenica synodo: citatur ab Apocriuarijs Gregorij Papæ Noni, eiusque memoriam atque mentionem minimè Basilius prætermittit.

DE SANCTA BITHILDE.

Bithildis & marito, & prole orbata, quam genuit, de Sigeberti Episcopi Moguntini, cuius

*Lib. de Spiritu sancto
ca. 20. & e-
pist. 68.*

*Surius de
vitis sanct.
Novemb.*

erat sororis filia, consilio patriam reliquit, Moguntia-
que concessit: vbi templum in honorem Dei matris
instituit, & sacrarum fœminarum copiosum nume-
rum eodem aggregavit, quibus alendis ex amplissi-
mo suo patrimonio prædia, fundosque contribuit,
templique ex accessione illa cœnobij non mediocri
honor effloruit. Et quoniam præpotentis Dei perfe-
cta sunt opera, diuina bonitas non passa est extra li-
men manere eam, quæ se suaque omnia Deo & eius
beneficentissimæ matri deuouisset. Itaque misericors
Deus beatissima virgine, vt par est credere, deprecante,
quibusdam illius monasterij sororibus, quæ sancti-
tate præstabant, Bithildem sancti illius loci funda-
tricem catechumenam esse, non baptismo lustratam
aperuit, & quasi vellicata aure monstrauit. Ille confe-
ssim suam patronam Bithildem admonent, vtque
per ostium in Dei intret ouile, serio cohortantur. Bi-
thildis ad auunculum Sigebertum refert audita, qui
item diuinitus consanguineæ Bithildis causam edo-
ctus misericordem fœminam in salutis fontem im-
mersit. suscepto baptismo, religiosa hæc vidua Chri-
stianis officijs multo se dabat alacrius, certa se rectis
ite iam gressibus, inque Petri nauem intromissam
passis velis ad salutis prouehi portum. Nimirum Dei
mater ad suam illam vineam de cœlo respexit, peti-
ciendamque curauit.

DE DVOBVS IVDÆIS.

*Surius in
vita S.*

*Thoma A-
quinatis
mense Mar-
tio. Ferdi-
nandus Ca-
bellanus to.*

IN oppidulo Romæ vicino, Mollarium appella-
batur, Cardinalis Ricardus quietis causa per-
mittentibus negotijs habitabat. Eius aliquando
hospes diutius Thomas doctor Angelicus cum duo-
bus pertinacissimis Iudæis certamen iniuit, Meliæ
aduentus asserendi, quem Christum esse, qui pro
nobis mortem oppetiuit, & præterea neminem, for-
tibus euicit argumentis, ex quibus se illi Rabbini,
quam-

quam
nobil
diei s
scedu
pium
firma
libere
Hebr
thori,
com
eai re
mum
inuoc
que a
men
mirab
nim q
cis an
firma
ab im
confe

DE
IN
lar
Or
ctæ, a
aucto
nus v
iudica
rum o
tores,
tabat,
siq; e
sentir
colloc

quamuis docti, expedire non poterant. Quibus ad nobiliorem veritatis triumphū datum est, vt vnus diei spatio sese ad respondendum compararent. Discedunt illi fracti, abiectique pudore, datasque accipiunt inducias, vt vel nouas rationes excogitent, obfirmato errori tuendo, vel vt de salute quærenda deliberent. Interea Thomas veræ religionis causam, & Hebræorum sanitatem Deo veritatis & salutis auctori, atque eius matri sanctissimæ precibus sollicitis commendabat. Die postero ad Cardinalis aulam Iudæi reuersi positis armis Thomæ cesserunt, & baptismum postularunt. Et quidem Thomas virginem inuocarat, quam ad postulata omnia interpretem atque adiutricem adhibebat. Suumque præcens nomen maternis precibus exoratus rebus & nouis & mirabilibus præpotens Dei filius ostendebat: quid enim quæ Deum peperit, illa non impetret? Ergo pauca ante suum obitum diebus ausus est Thomas affirmare, nihil se vnquam, hac adhibita internumcia, ab immortali Deo precibus contendiſſe, quin facile conſequeretur.

DE QVADAM PVELLA HEBRÆA.

IN ea Belgij parte, quam Brabantiam vulgo appellamus, quædam sacra virgo Cisterciensis familiæ orta est Iudæa genere, cuius ad Christum adductæ, allectæque historiam ex ipsiusmet ore mulieris auctor se audiuisse confirmat, eamque quod non minus vera, quã utilis esset, literis & posteritate dignam iudicauit. Hęc quinquennis adhuc in parentum suorum domo, qui Iudæi erant, & antiquitate legis cultores, educabatur; id ætatis tacita secum puella dubitabat, cur alij Iudæi, alij Christiani dicerentur, diuersiq; eorū nomina essent, qui & colore & lingua consentirent. Quin etiam de sacrosancta Maria virgine colloquentes sepe Christicolas libetè audiebat, & ijs, quæ

2. l. 3. c. 22. de rebus diuini.

Dominici Prædicatorū nobilissima familia fundatoris.

Nota.

Ex quodam bono scriptore, qui suo nomine modestia causa tacto, librum moralem, quem scripsit, apertè inscribi voluit, & ex varijs exemplis tanquã ex floribus mel suauis constipauit.

quæ de sanctissima Dei genitrice ferebantur, præcipuam quandam attentionem alacritatemque præstabat, eamque à nostris ad rem quamlibet obtinendam patronam atque adiutricem adhiberi haud incalidè considerabat, quare in puellulæ pectus caelestes igniculos Deiparæ commemoratio illa iaciebat, quæ de suis clientibus bene mereri consueuisset, eratque Mariæ nominis vsurpatio, recordatioque suaui. ergo vt talem, tantamque Reginam demereri posset, ex paterna mensa, quod poterat, suffurabatur, vt medicis ostiatim Deiparæ nomine stipem corrogantibus subueniret. per idem tempus puellæ tam bene moratæ animatæque parentibus ex vrbe Colonia, vbi erant, Louanium (ignotum qua de causa) migrandum fuit; eò vt venire, & domicilium quesire, puella sacerdotis, cui nomen Rainerio fuit, dum urbem curiosa perlustrat, foribus appropinquat. Erat Rainerius Louaniensium puerorum strenuus catechista. eum vbi nostræ legis & fidei rudimenta prima docentem audiuit, eandem illa domum cum gaudio & voluptate reuisere, ad scholam vètitare, & vitæ Christianæ sancta illa regustate præcepta. id cum bonus ille magister animaduerteteret, de mansuetula puella quærir, quæ causa esset totius veniendi, quo nomine appellaretur, vnde genus & patria. Haud est cunctata muliercula, se Iudæam, Iudæisque natam esse parentibus, Rachelem se nominari, Christianæque legis discendæ, colendæque percupidam, Christianum frequentasse gymnasium. Rainerius gaudij plenus admissam puellam & cæteris aggregatam diligenter instituit. Illa annum agens sesquisextum, quæ a magistro tradebantur tam celeriter arripiebat, vt retractare opus non esset, quod semel catechista docuisset. Satiari audiendo puella non poterat, nullumque discendi finem faciebat. erat discipulæ ipsa ætas opportuna Rainerio, quam parentes Iudæi cum æqualibus

bus ludere arbitrati, vbi esset, vnde veniret, non magnoperè laborabant. Iam sesquiannum in Christiano illo ludo posuerat, iam ad baptismum anhelabat, cum parentes tandem aliquando rem odorati, quæ possunt impedimenta moliantur, & re cum suæ gētis, sectæque hominibus communicata, præclaram illam catechumenam trans Rhenum amandare constituunt, & sponsalium viuculis irretire. Non latuit parentum machinatio Rachelem, sibi que metuens clam nuncium ad Rainerium mittit, si saluam suam discipulam velit, det operam, vt nocte insequenti ex parentum ædibus abducatur, baptismum que suscipiat. Renunciat secretò Rainerius, vti summo mane tacita exeat, ad se veniat, curaturum cætera. Rebus ita cum Christiano suo doctore transactis, cum matre agit, vt solam nocte illa dormire sinat; negat parens, suspicata quod erat; instat filiola, blandæque contendit; roganti atque vrgenti dat mater, vt ad pedes iaceat, inque lectuli parte ima quiescat. Orta iam luce, quam ab Rainerio monita præuenire debuisset, Rachele somno victa imprudentius obdormiscit. Sed tamen opportunæ visionis admonitu (creditum Dei matris, cui se casta puella deuouerat) à somno excita vocem audiuit, Catharina surge, & quod habes iter, arripito. præ timore Rachel è lecto excussa humi se sternit, & matrem experge fecit strepitu. Sed Dei beneficio rursus consopita filiolæ clandestinum exitum expediuit. Vadit ergo ad Rainerium pulchra illa Rachel; eam ille in monasterium Cisterciense perduxit, quod Pratum virginum dicebatur, quinque milliarijs Louanio disiunctum. Ibi baptizata est, & coelestis admonitu vocis, quam diximus, Catharina nuncupata, diuini Bernardi initiata mysterijs, de suis & parentibus & cognatis læta triūphabat. Sed Catharinæ lætitia diuturna nõ fuit, patris ac matris inuidia, qui quod gratiosi pecuniosiq; essent, contra magistrum Rai-

Rainerium, & discipulam Catharinā muneribus & largitione pugnabant. Cumq; viii primarij intercur-
rissent, quorum & fidem & potentiam puellæ pater
appellarat, & è Brabantia Regulo, & ab Archiepisco-
po Leodiensi, vt ad annum vîq; ætatis duodecimum
filia libera relinqueretur, obtinuit, quæ ætas ad deli-
gendum vitæ genus & legitima est, & tēp estiuâ. quid?
quod ab Honorio summo pontifice datæ ad Archie-
piscopum literæ sunt (adeo rem vrgebat turbulentus
ille Iudæus) ne qua vis parentibus fieret Christianis
moribus, & pontificum aduersa decretis, redderetur
proinde parentibus filia, factum se probaturos affir-
mantibus, si modò ad annum ætatis duodecimū in
proposito permaneret; quæ quidem callidè & astutè
à perfidis excogitata esse Iudæis, haud serus monstra-
uit euentus; quin & puella paternorum promissorū
commenta præuidit, quibus id erat propositi, vt me-
dio illo temporis spatio puellare pectus emollirent.
Ergo Catharina de Iudicio conqueritur, magistrum
alloquitur, parentum quò spectent consilia, demon-
strat, atque artibus eludi oportere, & iudicium iudicio
corrigere. Causā de integro se velle agitare, ac iudiciū
subire conspectum, Deiparā fore aduocatā, cuius au-
spicij ex Iudaicæ superstitionis tenebris & umbris e-
mersisset, pedēq; ex laqueis explicasset, patrum ma-
chinationes nihil cōtra veritatē valituras. Quare cum
suo pædagogo Rainerio Leodium progressa stat an-
te tribunal Antistitis; adsunt viri ex vtroque foro fa-
cile principes, suam ipsā causam agit puella septēnis,
reuocari priorem sententiā, rescindiq; acta illa de-
bere, demonstrat. Esse periniquū, vt tenerima puella
patri reddatur infideli, moroso, astuto, cui vel Chri-
stiani gratificari studeant propter hominis opes atq;
fortunas, nūmorumq; respectū, quos Iudæi nullo di-
uinæ vltionis metu scenerari consueverant. Præstare in
cœnobio liberā relinqui, dum annus duodecimus,
quali

quasi criticus impleatur. Equidē si de prudentia illā certamen est, quæ verū à falso, & honestum secernit à turpi, rationis iā ipsa sum cōpos, & ante annos iudiciū, sensusq; maturuit; sed si firmitatis ergō annorum ille expectandus est numerus, non patitur equitas, vt ante litis finē causam litigator pater obtineat. Quid enim nō possit in filia, qui alienos, qui potētes, qui diuersæ legis ac sectæ viros ad suam traxit voluntatem? Duplices mihi tenduntur insidiæ, nuptiarū, & sectæ paternæ; vtraque res cōtagionis est plena. Mea flexibilis ætas, cognationis magna est vis, hinc patris minas, hinc matris blandimenta reformido; quādiu in dubio res est, suum vtrique litigatori saluum ius esse oportet. Pater si me iam habet, non expectare iubetur, sed optato potiri. Quærendū est tertius; mihi si creditur, monasterij fidelis est & tuta custodia. Deposita testā illa seruabūt, & Christo, cuius agitur causa, restituent, illic sancte pontifex tuo permissu de re tātā deliberabo securius, si fortē ea sum, quæ inter sinistra & dexteram nondum per ætatem diiudicare queam. Peroranti applausum est ab vniuerso consensu, & in cœnobij, vnde exierat, retrudi iubetur, ad annos pubertatis. quibus expletis, cum de religionis, religioseq; vitę in Cisterciensi familia à sentētia dimoueri non posset, parētes, desperata victoria, tamē nouas artes adhuc machinantur. Iudæus adolescens & pulcher & diues ad virginum cœnobiū vadit, petitque baptismum, idque eo animo, vt Antistita Neophytū cum Catharina loqui sinat, admissusque decipiat, restituatque parētibus, quorum agebat instinctu. Hoc vsus comento baptizari se sinit, seq; puellæ consanguineum mentitus conueniendę Catharinæ veniam sibi dari poscebat. Sed virgo doli præsaga fictum illum Christianum vt alloquatur, adduci nō potest: ille repulsus fidem abiurat, laruaque posita se retulit ad Iudæos, quos numquam ex mente posuisset.

set. Egomet vidi (inquit historicus, homo, vt apparet, minimè leuis) & sæpe cum hac Catharina loquutus, nihilque ea admirabilius me nouisse commemorari. Magna erat vitæ integritas, & sincera religio, quo tēpore ceteræ virgines, quæ in illud se monasterium abdidierant, cum parentibus, aut propinquis familiares sermones in loquutionis podio conferebant, & à quotidianis operibus Abbatissæ permissu tantisper respirabant, nostra hæc nouitia ad Deiparæ itabat imaginem, & cum illa, tanquam viua esset, loquebatur, non quia viuam putaret, sed quod in huius pectore virginis sanctæ Matris memoria viuere, quam aspectus imaginis maximè renouabat, atque illa suauiter; diuina parens, sorores suorum colloquijs recreantur; ego ad te venio curas releuatura; tu mihi instar es omnium; tu meum solatium, & dulcedo; in te vna conquiesco. Nec dubium, quin Dei Mater Catharinæ mentem expleret, eiusque inopiæ solitudiniquè prospiceret.

DE REGE MANOMOTAPÆ.

CVM urbem Manomotapam Consaluuus Sylueita Societatis Iesu sacerdos, & Lusitani comites introissent, misit consulum Rex, qui Consaluum cum muneribus viferet, auri pondere ingenti bobusque permultis, & famulatu ad ministeria quotidiana; quippe qui de Lusitanis mercatoribus iam antè cognouerat, Consaluum non modò vitæ sanctitate virtuteque præstantem, sed etiã generis claritate ac nomine in primis esse conspicuum. Consaluuus, gratijs actis, muneribusque repudiatis, ex ipso legato (Antius Caiadus hic erat natione & gente Lusitanus) Regem cogniturum esse respondit, quod genus auri, quasue diuitias quæsiturus in ea loca venisset. obstupuit ea animi magnitudine Rex, venientemque ad se deinde Consaluum tanta gratulatione & significatione hono-

honoris excepit, quanta neminem vnquam antea. Nam & in ipsa penetralia, quò nulli est aditus, introduxit, & assidente matre cōsidere Consaluum etiam in tapete iussit, Antonioque Laiado à conclauis ianua, interprete adhibito, Rex quatuor continuo sciscitatur: Quot fœminas, quid auri prædiorū, boum denique veller, quos incolæ non minoris, quàm aurum ipsum æstimare dicuntur.

Cum nihil se, præter ipsum Regem, respondisset optare, conuersus ad interpretem, inquit Rex, profecto necesse est, qui nihil horum accipiat, quæ à cæteris tantoperè adamantur, longo interuallo à reliquis distare mortalibus. Et nihilominus ad extremum multa benignè pollicitus amantissimis verbis Consaluum ad hospitium remisit. Ibi dum ille mane rem facit diuinam, è principibus quidam prætereuntes cum è foribus aspexissent, in ara propositam perelegantem Mariæ Virginis imaginem, quam in tabula depictam ex India Consaluus aduexerat, specie decepti ad regem deferunt, Consaluum egregia forma puellâ apud se habere; hortantur, vt ab illo deposcat. Nec morâ mittit ille, qui Consaluo renunciet. audisse se ille, secum vxorem adduxisse, vehementer cupere, vt eam sibi sistat, tum Consaluus tabulam pretiosâ veste inuolutam ad Regem affert, cuius desiderium quo magis exacuat, præfatur illam esse effigiem Matris Dei, cuius in ditione ac potestate sint omnes Reges, & Imperatores orbis terræ totius. Ac tum denique tabulam aperit, Regis quoque matre præterit, Rex imaginem veneratus, Consaluum etiam atque etiam obsecrat, eam sibi largiatur, domi se habere velle. Consaluus annuit, quin etiam ipsemet in Regio cubiculo collocat. Idemq; quasi facellum quoddam precandi causa peristromatis pretiosis exornat. Narraunt, qui inde venere Lusitani, noctibus deinceps circumter quinque, Reginam Cœli ea ipsa specie, quam

tabula ostenderet, diuina circumfusam luce, suauisq; splendore fulgentem augustissimo simul ac iucundissimo aspectu dormitanti Regi astitisse; quod ille mane matri narrabat, rei nouitate vehementer attonitus; itemq; Lusitanis, qui statim id Consaluo renunciabant. Postremò Rex Consaluū ipsum accersit, ait, se mirū in modum angi, quod sermonē Reginae eius, quæ secum singulis noctibus loqueretur, nō intelligeret. Cui Consaluus, cum eam esse linguā diuinam dixisset, quā nemo nosset, nisi qui sacrosanctis eius Reginae filij legibus pateret, quippè qui Deus esset, generisq; totius humani Redemptor. Rex in presentia quidem si minus verbis, vultu certè ac significatione se Christianum fieri velle ostendit: bidui deinde spacio interiecto per Antonium Caradum Consaluo aperte denunciatur, certū esse sibi, matriq; Christiana sacra suscipere; proinde ad se baptizandum quāprimum veniret. Consaluo tamē dies aliquot supersedere satius visum, dum Rex Christianæ fidei præceptis, ac rudimētis imbatur: quibus cum satis iam operam dedisse videretur, quinto circiter & vigesimo post aduentum suum die Consaluus Regem simul & matrem, non sine solempni pompa, & gratulatione baptizat. Regi Sebastiani, matri Mariæ nomen est inditum: Hæc Maffæus. Amabat Dei matrem Consaluus, eiusq; nomen pro viribus honorabat. Illoq; ipso, quo pro Christo occisus est die, Manomotapæ hoc ipso inconstantissimo Rege permittente, quem Mahometani consiliarij de sana mente deduxerant, quinquaginta hominibus, quos mortem præuisam alacriter expectans Christianos fecerat, vestes ad corporis cultum, Rosalia ad precandum, nemor virginis, amatorq; distribuit. historiam martyrij, ne sim longior, prætermitto, quàm Maffæus eleganter exponit.



LIBER QVARTVS.
DE QVODAM MAVRO.

573

TVRCAE, Maurique nonnulli Christianam fidem à nobis edocti, sacroque baptismate ablutu. Inter hos senex fuit natione Afer seruus cuiusdam amici nostri, ita obfirmatus in ea opinione, quam puer imbiberat, vt omnem, qui haberetur de Christo, sermonem auribus respueret. Hic deinde, Deo ita disponente, qui eum destinauerat sibi, cum in supremum incidisset morbum, & admonitus esset, vt dixit, secundum quietem à beatissima Virgine, vt abdicata Maurorum superstitione Christianorum more aqua tinctus renasci vellent Deo, quem ipsa genuerat paruit monenti, sacerdotem accersit; à quo cum ritè atque ordine instructus, ac deinde baptizatus esset, breui mortuus est. Ita idem ille morbus & miseræ huius vitæ finem, & alterius multò melioris principium attulit.

*Franciscus
Beneius de
rebus colle-
gij Panor-
mitani, ijsilè
verbis.*

DE QVODAM TVRCA.

HOMO Turca præcultur ad baptismum. Huius conuersio, quoniam admirabile aliquid habuit, breuissimè attingetur. famulus is erat viri nobilis, à quo diu licet, multumque admonitus, adduci nunquam potuerat, vt Christianus esset. Accidit aliquando, vt ægrotanti domino temporariū altare cum effigie Deiparæ in cubiculo esset locandum. hanc iussus Turca reuincit læta fronde, herbisque virentibus. Postridie mane herum adit, precaturque, vt suscipere liceat religionem Christianam; rogatus, vnde nouum pectori consiliū, hæc (inquit) imago (ea cum diceret, venerabatur sanctissimam Virginem) affuit mihi per totam noctem, blandisq; admonitis, vt fierem Christianus, præcepit; & verum fuisse visum docuere lacrymæ, quæ confudere se cum salutaribus aquis, cum acciperet Baptismum.

*Ibidem de
rebus colle-
gij Bracca-
rensis, toti-
dem verbis.*

DE QVODAM ALIO.

Idem Bencius in Annalib. Societatis 1506. de rebus colleg. Mefsanensis, ijsdem verbis.

EXPLICATVR Christiana doctrina, & per speciem interrogandorum puerorum grandiores plerumque edocentur. Adiuuantur etiam ex Illyricis Mauris Turcisque captiui, è quibus à nostris instructi solenni more aliquot baptizati. Inter hos vnus quinquagenarius, qui respuerat semper religionem Christianam, Deiparâ in somnis, (ita enim ipse retulit) vt iam poneret contumaciam, admonente.

DE QVODAM ETHNICO.

Ibidem de histor. domus Goana ijsdem verbis.

CHRIſTIANVS senex è Corona insula ethnicum filium, quem egrotum habebat, quodam in oppido cupiebat Christo adiungere. Igitur quæſitis rebus leuandæ inualetudini ad eum adit, rogat, num velit fieri Christianus. Annuit egrotus. Tum senex genu flexus beatam Virginem veneratur, Rosario suppliciter percursus. Dein applicat fomenta, & fuere salutaria. recepta valetudine iuuenis cum familia vniuersa Christianam fidem suscepit. Hæc Bencius; & quidam nostræ Societatis operarij, quos possunt ex Mauris, Indis, hereticis, Iudeis, Christo lucrantur: estque illa querimonia semper in oriente messis quidem multa, operarij autem pauci. Etenim si, qui Athenis, vt Nazianzenus affirmat, literis operam dabant, cui se magistro addixissent (alij alios sequebantur) eum discipulis augere cupiebant tanto studio, vt vires, viæ, portus, montes, campi, solitudo, celebritas occuparetur; & qui Athenas cogitabat, in ipso ad urbem disciplinarum alticem cursu praeueniebatur à quàm plurimis, vt eius esset auditor, quæ is, qui prensabat, audiebat, nos, qui Christum veritatis scimus esse doctorem, non orbis totius peregrinationem suscipiemus, vt multos ad Christum adducamus.

Matth. 9. Oratione de laudib. Basilij.

duca
re co
alioq
que
tradu
fide c

AB

A

iniqui
suli, cu
ficat, h
non ad
eum in
Pontif
quia, c
Pontif
dam in
senten
valde f
tiquus
inter i
cto sen
lection
atque c
scriben
dere en
Chryſo
bus à G
las in E

ducamus? Propter vnum profelytum aridam & mare conuertimus, alia tamen, atque Pharifæi, mente, alioque successu. Quos merito Christus arguebat; quem enim Iudeum fecissent, & ad meliorem legem traduxissent, eius mores deprauabāt. Nam cum vera fide charitas debet esse coniuncta. *Matth. 12.*

AB ERRORE DEDVCIT, AB HÆRESIq; deterret.

CAPVT II.

De S. Cyrillo Episcopo Alexandrino.

ALEXANDRINÆ vrbis decus & gloria *Nicephor. lib. 14. hist. cap. 28.*
 Cyrillus, & Christianæ mirus doctor Ecclesiæ, D. Ioanni Chrysofomo (at quali viro) iniquior aliquando fuerat, eximioq; doctori & præfultu, cuius aureum eloquentiæ flumen Dei arua lætificat, humana ductus opinione, quæ persæpè falsa est, non admodum studiosus & fautor apparebat, nec eum in sacris Missæ ritibus, quod in alijs mortuis Pontificibus fieri solitum erat, nominari sinebat; vel quia, cum eiectus esset, non putauit, legitimū fuisse Pontificem; vel quod humano sensu deceptus quædam in Chrysofomo reprobaret. & quidem huius sententiæ, quæ Cyrillum cæteroquin, & sanctum & valde sapientem cogebat errare, author & suasor antiquus ille humani generis hostis fuerat, cui, fratrum inter ipsos solenne est excitare discordias, & bono iactō semini lolium admiscere. Sed Mater pulchræ dilectionis virgo castissima Cyrillo de Antiocheno lectior duriora suspicanti, & quæ festiret ad amicos scribenti, dux ad cognoscendam veritatem fuit. Videre enim sibi visus est in somniō Cyrillus armatum Chrysofomum, & manu instructum, eiusque viribus a sua sede repelli. Sed Deiparæ virginis, cui Cyrillus in Ephesino Cōcilio maximè seruiet, & se valde proba-

*Cardinalis
 Baron. Tomo 5. Annual. anno 412.*

probauerat, patrocínio atque ope defendi, & iracundum mitigare Chrysoſtomum. Hoc viſo, Cyrillus Chryſoſtomū honorare cœpit, & ſententiā non quidem ex maleuolentia, ſed ex nimio quodam iuſtitie ſtudio profectam funditus eiecit, graui concepto dolore, quod parum cautè de eo viro iudicaſſet, qui Dei Eccleſiæ toto orbe conſtitutæ, vt lux clara fulgeret. Itaque vt primū intellecta veritas eſt, & ex Mariæ virginis diuinæ cœleſtiſq; magiſtræ quali ore comperita, Chryſoſtomum in ſacrum Episcoporum catalogum aſcribendū, referendūq; curauit, quem perditiffimorum audacia ex ſede Pontificia deturbat. Qui verò hanc flammam ventilauerat Alexandrinus Patriarcha Theophilus Cyrilli auunculus, & in hoc errore magiſter, cum animam ageret, & cum mortis agone contenderet, non antè emittere potuit ſpiritum, quàm Chryſoſtomi allatam imaginem ſuppliciter veneratus, ſancti hominis vexatorem ſe fuiſſe cōdoluit. Cyrillus igitur erroris fluctibus, & quodam quali æſtu iactatus, virginis ope, quæ nobis helice, nobis cynoſura, per altum in veritatis aliquādo portum ingreſſus nullis inde procellis abſtrahi potuit. Quantam verò lucem hominum tenebris ſancta & immaculata virgo ſemper attulerit, tecta quadam ratione nonnulla demonſtrant. Imperante Theodoſio Iuniore, quidam ſub antiqua cupreſſu ſanctiſſimæ Dei genitricis imaginem occultauit; poſt multū verò temporis arbor ſacis inſtar ardere viſa, & immenſo lumine candere. Multa etiam ad arborem miracula ſunt cepta patrari. Demum cum à curioſo inueſtigatore magnæ noſtræ matris inuenta imago eſt, quæ luminis erat effectrix, prodigiſq; clarebat, permagnificum illo in loco Cyrillus Episcopus (vt libro ſecundo diximus) molitus eſt templū. Nempe Maria turbati maris ſtella eſt, & lumen, quod & ſplendet in tenebris. Hæc ex hominum animis ſtultitiam depulit,

facem-

*Damaſcen.
lib.3. de i-
maginibus
propè ſinem.*

*Nicephorus
lib.14.c.46.*

facem
Non t
mat E
poſſi
domi
ad qu
ſerijs
nis fla
templ
bant,
xeran
admir
gniqu
firmat
fidei, f
Deipar
inoula
lam, i
bantur
digen
currer
legis p
tinuim
tari v
noctes
ſpania
bandi
tacta
nis in
non n
tunt.
noctis
libera
tam n
demu
tenui

facemq; prætulit, quæ cæcæ mentis noctem illustret. Non tacebo, quæ Marineus Siculus de nostra affirmat Hispania, apud Olianam, quæ est in ripa Sicoris passuum quadraginta millibus ab Ilerdeni ciuitate, domū esse Mariæ Virginis Castiluenſis in edito loco, ad quam singulis annis mense Maio sextis, quibusq; ferijs ex quadam fluminis insula ternæ cærulei coloris flammæ surgebant, quæ per fenestras in virgineale templum penetrantes Lampadas omnes accendebant, exin ad eum reuersæ locum, vbi primum illuxerant, ex intuentium oculis vanescebant. Quam rem admirandam & ipsi populares, & viri alij graues dignique fide, vti idem Marineus scribit, constanter affirmarunt. Ego tres flammæ in æde virginis, lumen fidei, spæi, & charitatis interpretor, quas in Hispania Deiparæ meritis & precibus duraturas esse confido. Imolarant olim Iudei in nostræ Hispaniæ fertile solum, ibique, vt quondam in Asia Romani negotiabantur alacriter; ne tamē illorum perfidia nostris indigenis malo esset, immortalis Deus virgine intercurrente prouidit. Itaque illos eiecimus, qui abrogatæ legis perpetuos se obseruatores sunt professi, illos retinimus, qui posita pertinacia Christianis sacris initiari voluerunt. Et hæc virginis vna flamma fuit, quæ noctem discussit Hispaniæ: altera in Mauris, qui Hispaniam oppresserunt, de antiqua possessione deturbandis, eluxit, à quorum contagione gens nostra intacta permansit. Tertium lumen est sinceræ religionis in tanta hæreticorum vicinitate, qui prouincias non minùs pietate, quàm opibus florentes insecerunt. Nos igitur virgo sanctissima tua luce in tanta noctis caligine recreati oratione, cogitatione, actione liberalitati tuæ gratos memoresque præbebimus, & tam multis beneficium flammis amoris ignem reddemus, si non, vt es merita de nobis, certè quantum tenuitas nostra patietur.

*De rebus
Hispaniæ
lib. 5. c. ult.*

DE COSMIANA GERMANICI

*patricij uxore.**Ioan. Mos-
cus Euirat-
us in prato
Spirituali
c. 48.*

COSMIANÆ ad sanctissimum Domini nostri Iesu Christi sepulcrum religionis ergo introire cupienti, beatissima Dei Mater apparuit cum sanctarum mulierum comitatu, & his eam verbis castigauit: tu, cum nostra non sis, huc audes penetrare? Reprehensionem repulsa consequitur; ianuam quippè diuina mater occlusit, negans, quæ nostra non esset, ei aditum ad sacrosanctum Seruatoris Christi sepulcrum patere posse. Erat enim manna illa ex hæresi Acephalorum, quam eandem Seuerianam appellamus. Cùm veto Cosmiana instaret, & flagitaret ingressum à Deipara, tale responsum accepit: desine vrgerè, quæ aliena es, atque ista deposcere; nisi enim resipiscis, extra limen manebis, & hæc tibi non Catholica semper porta claudetur. His auditis, mulier Catholico ritu mysteria sacra percipit, acposito errore veritatem fidemque complectitur; ita ad sepulchrum intrare licuit, & augustissimum locum venerari. Et hanc quidem autor truncauit historiam, id quod Cæsar Baronius sapienter obseruauit. Ait enim historicus, continuè acersito Diacono orauit sanctum calicem sibi dari. Nam Sophronius vel potius Euiratus rem gestam breuius scripsit, quàm deberet. Quæ enim media intercesserant, prætermisit. Siquidem Seueriana & hæretica mulier ritu Catholico communicare non poterat, nisi adito Episcopo; Cuius erat, in hæresim lapsos Ecclesiæ conciliare, & Symbola sacre synaxis impertiri. Diaconus Episcopi minister erat, cuius in tali re imperium & auctoritatem sequebatur. Hæc ita tractari solere, mille Pontificum decreta demonstrant, & Ecclesiæ consuetudo penitus ostendit. Itaque Euirato faciendum minimè fuit, vt rem tantam arctius narraret. Cæterum Seuerianæ

*Annal. To-
mo 6.*

rianæ
Ius M
Eucha
Seue
rido p

D

H bitabar
fidei, se
mater
gus, &
nemiqu
ad exin
vteretu
ri venif
erat, et
myster
se conse
omnin
& iter &
venient
sans T
cator (e
para Ma
dixit, p
percuss
virgo e
ris pulc
cillo sen
est post
mosita
aufugit
nimo f

rianæ

rianos impios quantoperè sit Sabas infectatus, Cyril-
lus Monachus scribit copiosè. Illoque ipso tempore
Eucharistiæ Sacrosanctæ miraculis contra eisdem
Seueri affectas vera fides illuxit, quæ hoc eodem flo-
rido prato leguntur.

*In vita Sa-
ba Abbatis.*

DE QVODAM THEOLOGO.

HÆREBAT in recentissima quidam Theo-
logiæ doctor, & mali dæmonis molitione
de Mariæ Dei Matris perpetua virginitate du-
bitabat inuitus. Obijciebatur enim illa non quidem
fidei, sed rationis difficultas, qui fieri posset, vt Maria
mater esset & virgo? multosque annos vir Theolo-
gus, & planè Catholicus quiescere nō poterat, homi-
nemque nancisci cupiebat, quo magistro & medico,
ad eximendum scrupulum, morbumque pellendum
vteretur. Cumque ad huius Theologi & religiosi vi-
ti venisset aures Ægidij fama, qui D. Francisci sectator
erat, eumque esse Ægidium accepisset, qui ad diuina
mysteria contuenda sæpenumero raperetur, ad eum
se conferre statuit, haud dubia concepta spe mentis
omniò tranquillandæ. Ægidius hominis procul visi
& iter & animum præcognoscens, obuiam procedit
venienti. Et baculo, quo se sustentabat, terram pul-
sans Theologum his verbis anteuenit; frater Prædi-
cator (erat ex alumnis D. Dominici) sanctissima Dei-
para Maria virgo est ante partum; statimque vt hæc
dixit, pulcherrimum illic exortum est lilium. Iterum
percutsa humo repetit; frater Prædicator, S. Maria
virgo est in partu; & confestim alterum non mino-
ris pulchritudinis natum est lilium. tertio solum ba-
cillo feriens, frater, inquit, concionator, S. Maria Virgo
est post partum; simulque tertium exitit lilium for-
mositatis & candoris admirandi. His actis dictisque
aufugit Ægidius, cum dubitationem ex magistri a-
nimo funditus eiecisset. Quæ & si non errare cogē-
bat,

*ca. 25. &
deinceps. &
ca. 79. &
160.
Surius de
vitis Sanctæ.
Aprilis.*

bat, tamen animi tranquillitatem adimebat, & in fide vacillandi non leuem metum ingenerabat. ille vt *Ægidium* esse comperit, qui se curauerat, (non enim de facie nouerat) *Franciscanum* Ordinem ex tempore miro est amore complexus, *Ægidium*que præferim. Nec dubitauit, tria lilia *Deiparæ* beneficia fuisse, virginittatis perpetuæ fidem quasi triplici nodo, qui difficilè rumpitur, in concionatoris animo religantis.

DE S. PETRO MARTYRE.

Thomas
Leontinus
in ei⁹ vita,
qui fuit
Patriarcha
Hierosoly-
mitanus.

Luca 22.

AD hæreses extirpandas, quæ in *Cisalpina Gallia* (*Longobardiam* hodie dicimus) pullulabant, & summa pernicie succrescebant, *Romanus Pontifex Innocentius* hoc nomine *Quartus*, ex *Diui familia Dominici* plurimos elegit sanctæ fidei quæsitores. Sed *Mediolanū* tamen, vbi perfidia caput extulerat, *Petro Veronensi*, qui postea pro *Christo* necatus martyr est dictus, demandauit, commissum ille munus strenuissimè peragit, ac se contra hæreticorum astutias & incertos rerum dubiosq; euentus beatissimæ *Virginis* piè religiosequè commendat. post longas preces dormienti responsum est illud idè ab inclyta *Dei genitrice*, quod idem *Christus Apostolorū* principi firmauerat: ego pro te rogavi *Petre*, vt non deficiat fides tua. Hæc verba *Petrum Veronensem* ita constantem & firmum reddiderunt, vt nullum refugeret postea certamen, nullam disputandi conditionè ab hæreticis oblatam recusaret, nullos hostium declinaret impetus, nullas timeret insidias. Denique per eum multos ab doctrinæ falsitate virgo retraxit. Quo autem die martyriū ab hæreticis passus migravit in cælum, quædam, quæ longè distabat, monialis consopita somno, beatissimā *Mariam* vidit in sublimi throno sedentem mediā inter fratres duos. Quærenti, quisnam alter esset (alterum vel agnouit, vel

vel cu
esse V
arom
set. E
collat
in vni
athlet
votur
bum a
ferat.

D.

P
ptor, q
superst
pellan
ginem
giorie v
tantum
tantis p
to, & p
exerciti
lance p
la prist
ginea r
vt corr
uum G
mia v
teueba
tores t
genes
iectisq
uerfan

vel cupidè minus aspexit) responsum est, Petrum illū esse Veronæ, qui ad Dei conspectum tanquā fumus aromatum, cum gloria & splendore luminis ascēdit. Et cūm religiosa hæc soror rebus temporibusque collatis, & suam hanc visionem, & Petri Martynum in vnum eundemque diem incidisse agnosceret, Dei athletæ non dubitauit honores habere cœlestes, & votum pro sanitate nuncupare. Quo voto morbum depulit, cuius vim & grauitatem ægra perferat.

DE NOVATORVM AVDACIA

miraculo confutata.

PVELLA decem annorum grauissimo atque acerbissimo genere mortis tenebatur, cuius matera, quæ Tilmannus non contemnendus scriptor, quo hæc literis tēpore mandauit, affirmat fuisse superstitem, in templum, quod loci incolæ nouū appellant, ingressa ad dolorū sacratissimæ virginis imaginem, quæ gladijs transfixa depingitur, & illic religiose uisēbatur, accessit, & post fufas ex animo preces tantum se frumenti daturam uouit, quantum ægotantis puellæ pondus esset, corpore ad libram reuocato, & publica statera dimenso. voto hoc reddito, atque exrutinæ iudicio corpoream puellæ grauitatē æqualance ponderantis, promisso tritico persoluto, puella pristinæ restituitur sanitati. Et verò imago illa uirginea tantam præ se ferebat antiquitatem, carie penè ut corrosa esset, atque consumpta, exesoque capiti nouum sufficere necesse fuit; ipsumque brachium nūmia uetustate diuulsum vno duntaxat clauiculo tenebatur. Hanc eandem imaginem furiosi nouatores toto Belgio grassantes anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto audaciter inuaserunt, interiectisque funibus ab illo sacro abstractam per unitersam ciuitatem, perque aspera, & confragosa loca

*Tilmannus
Bredersbachius lib. 3.
sacrarum
collatio,
cap. 25.*

ad suam libidinem raptauerunt. Neq; tamen (ò rem miram, erat vetustate ipsa fragillima, cuius alterum brachium pene disunctum) tamen rabida iactatione, & asperissimo lapidum attritu lædi vnquam frangere potuit: Deo & pro suæ parentis imagine propugnante, & eiusdem matris oratu insanos ad sanitatem inuirante. Quin & Catholicorum confirmatus est animus, qui veteri religione retenta noua commenta despiciunt. Id enim annosa monstrauit effigies, quæ se tam bene defendit; id quoque testatus est clauus inter tot firmus iniurias, cui viuz fidei appensa lucerna est, quæ non extinguetur in nocte.

Prou. 31.

DE QVODAM NOSTRO

Sacerdote.

*Franciscus
Bencius in
Annal. Societ. de reb⁹
domus proba-
tionis
Cracouien-
sis, iisdem
verbis.*

QVODAM nouitius peregrinatus ad Deiparæ templum Cestochociense (abest Cracouia passibus septuaginta millibus) in reditu audiuit, quodam in oppido ministrum Caluinistam animam efflasse, & populares ipsos ad Catholicam fidem propensiores esse. ergò nihil prolatandum ratus, adit Senatum, impetrat, fieri sibi postero die (is erat peruigilium BB. Petri & Pauli) ad populum dicendi potestatem. Manè cum socio recta adit templum (obseratum erat vestibulum, & agnouit dolum.) Socius eius iussu murum transilit, sed aperto vestibulo alia obiiciebatur mora templo clauso. Tum commodum visum pulsari campanas; omnis ætas, & sexus accurrit, & referatur templum. Tum sacerdos silentio facto circumspiciens templum, quæ sit illius facies, querit, qualis cultus, vnde tanta deformitas? flectit deinde, vt dicat ipse, quis sit, vnde veniat, quò proficiscatur, quod institutum Societatis hortatur omnes, obseratque, vt fugiant hæresim animarum venenum, neve audiant authores & duces nouarum opinionum, apud quos nihil est integri moris, aut prisici. Retinete
vel

vos
fiden
anim
omn
anim
lens,
cent
mal
quis
vos i
istum
mina
ipsum
re, c
veriff
terric
verita
gram
& qu
pulus
libent
tione
dunt,
tentu
dote
mina
decla
ad vi
quem
Calu

D
P
mult

vos (inquit) antiquam religionem, & Catholicam fidem magno animo capeſſite, extra quam nulla animæ ſalus; quæ ſi abſit, fruſtra ſint homini alia omnia. Hæc, & alia dum dicit magna contentione animi, & ingenij, irrupit factioſus ciuis, ac peſtilens, ſimulque magna vi verborum perterrefacere dicentem, & concionem diſturbare conatur. Quis, malum, inquit, huic concionandi facultatem dedit? quis templū aperuit? etiam ne ab homine demente vos inſatuari gens leuiſſima ſinetis? eicit extemplo iſtum mihi, expellite, extrudite, niſi malitis aliud, quā minas ſonare. At noſter conuerſa oratione in eum ipſum grauitèr inuehi, emiſſarium diaboli increpare, corruptorem, & corruptum, facem & furiam veriſſimæ religionis, fumantem ſtipitem odore terribiſſimo, & æternis ignibus addictū. Quanta eſt vis veritatis! proiſti licet pudoris eſſet ille, nō ſuſtinuit grauitatem obiurgationis, ſed fremens fremenſque & quaſi furens contumelia exiuit à templo. At populus noſtrum ad finem uſque attent ſauribus, & libentiſſimis animis audiuit iucendiſſima approbatione. Cum peroraſſet, circum eum multi ſe effundunt, errorem agnoſcunt, inductos ſe ab hæreticis fatentur, & pollicentur, dummodò legitimum ſacerdotem habeant, Catholicos fore. Et videntur iam ſemina iacta illorum conuerſionis. Hæc Bencius; quæ declarant, peregrinationem nouitij noſtri ſacerdotis ad virginale templum Deiparæ gratum accidiffe, quem tam felici fortunauit euentu, multis ab inſano Caluiniſtarum errore deterritis.

DE QVODAM LVTHERANOS.

PRÆCLARÆ indolis adoleſcens ad nos aliquando conceſſit, curioſitate magis, quā cupidine diſcendi. In ſermone, cum dicerentur multa ad excutiendam illius pertinaciam, nullus

Idem de hiſtor. miſſionis Vratiſlauienſis in Austria, iſſedē verbis.

morta-

mortalium erit vnquam, qui mihi cripiat Lutherū, indignabundus increpuit. Cui noster, meliora de te speramus, Deo miserante. Mox abiit animo paratior ad resistendū. Postridie eius diei manē ad eundē patrem redit attonitus: narrat speciem sibi Dei matris niueo amictu oblatam in somno, dextera demulcentis caput, eodemque tactu sacerdotalem veluti coronam imprimētis; Itaque alia tunc mente execrari Lutherum, & toto pectore amplecti Catholicam fidem. Omnino tantus in iuvene ardor animi, vt mutationem esse clames dexterae excelsi.

DE QVODAM RELIGIOSO.

Ibid. de histor. collegij Diuionēsis, ijdem verbis.

In prato spiritali, cap. 46.

PATRONA religiosorum mater virgo quendam in proposito religiosae vitae vacillantem, ab eaque auxilium intentis precibus expetentem, firmavit hac ratione per quietem admonuit inspicere, quid apud se haberet. haeticum habebat librum, quem simul inflammavit, animi, corporisque sopore discussio, stetit cōsi; certus, nulla in posterum trepidatione. Hæc bonus Franciscus, de cuius fratribus hunc meū hortum frequenter irriigo; meq; hæc refecit historia illi admodum similis, quā ponit Euiratus de Abbate Cyriaco, cui dormienti se domina mundi monstravit; ibant comites duo illi maximi cælestes, quorum alter à baptismo cognomen accepit, alter ab Euangelio, quod sapientissimè diuinissimeque conscripsit. cum verò Cyriacus è cella egressus Deiparam, vt ingrederetur, orasset, illa resistens ita loquuta est: habes inimicum meum, & inuitas ingressam? quo dicto recessit indignans. Cyriacus iam vigil cogitare cœpit, quid peccasset in virginem, nam qui solus esset, quem intromisisset, prorsus ambigebat. Mœrore anxius librum sumpsit in manus dolori leniendo, quem librum Hesy chius Hierosolymitanus presbyter amicè commodarat. Sed cum librum

cuol-

cuol
hend
micu
quid
histo
Nest
igne
inim
illa q
Ren
bos si

AD

C
nis off
audita
consp
nerat,
que di
tum el
virgo r
& præ
tur. A
pis cell
& vere
manser
neque
fuga re
tibus A
gauden

euoluisset, duo scripta impij Nestorij assuta deprehendit. Quo animaduerso, quis esset virginis ille inimicus, intellexit. Ergo librum Hesychio reddit, & quid damni libri hospitio fecisset, exposuit, visionis historia repetita. At Hesychius recognita duos illos Nestorij teterrimi libros ex volumine sustulit, atque igne combussit, negans Deiparæ nostræque matris inimicum secum esse mansurum. Huius historiae, illa quam modò retulimus, videtur esse germana. Renouat enim Dei mater antiqua, & similes morbos similibus curat medicinis.

ADEST SACRIFICANTIBVS, ET
ad sacramentorum usum adhortatur.

CAPVT III.

De S. Bonito Aruernorum Episcopo.

CVM Bonitus Aruernorum Episcopus se ad Deum orandum in Sãcti Michaelis templũ, vt facere solebat, abdidisset, peractisque diuinis officijs solus ipse mansisset, repente canentium audita vox est, & cœlitum deinde ingens multitudo conspecta. Dei enim mater in templum illud aduenat, & Angelis, & sanctis animis comitata. Cumque diuinus ille chorus ad altare processisset, dubitatum est, quis nam Missam celebraret. Rogantibus virgo respondit, Bonitum adesse bonum pastorem, & præfulem dignum, cui munus illud demandetur. Audit Bonitus, & fugit pudibundus. eunti lapsus cecidit, in quo abeuntis Boniti, & se præ modestia & verecundia cupientis abscondere, impressa pedum mansere vestigia. Sed ab illis est inuentus, quorum neque manus, neque oculos valebat effugere. Itaque ex fuga retractus, & sacris vestimentis indutus, ministrantibus Angelis, Dei que gloriosa matre & audiente, & gaudente rem diuinam celebravit. Bonito post absolutum

Laurentius
Surius de
vitiis Sanct.
Ianuar.

lutum diuini altaris sacrificium virgo mater casula largita est, suæ præsentiz mirabile monumentum. Quam Aruerni (Claramontanos iam dicimus) quotannis ostendunt populo vndique confluenti. Vestis huius neque materiam vlli mortaliū ad huc dignoscere licuit. Est quidem cadoris eximij, inuolatæ molitudinis, leuitatis admirandæ. Processu temporis quidam alius Aruerniæ Episcopus sedis honore Bonito par, non par moribus & vitæ sanctitate, in Diui Archangeli Michaelis ædem illam ingressus talia videre tentauit, qualia Bonitus quōdam aspexerat, arrogantiaque vino temulentus atque ebrius, in illa modestiæ & religionis officina nocte vnā cubare & dormire constituit. Quem tamen nostri generis parens ille mitissimus non pro eo, ac meruit punitus est; tātum ab illo sanctitatis domicilio tot decorato miraculis eum incolumem & valentem exportauit. Postridieque manē in proprijs ædibus, inque suo cubiculari lecto sese iacentem & cubantem stultus & audax præsul inuenit; neque suos celauit, quā esset dignè & iustè repulsus. Illoque ex die de se cœpit submissius abiectiusque sentire. Cæterum Boniti quanta fuerit humilitas, præter illa, quæ de tanti honoris fuga narrauimus, id etiam argumēto est, quod cum mortuus, ex multorum corporibus morbos inuocatus expelleret, si qui tamen sanitatem receptam, Boniti que beneficia diuulgassent, eos iterum morbus opprimebat. Loquacitatem, si ita dicere fas est, Bonito secreti etiam tum amantissimo puniente, & silendi necessitatem talibus & prodigijs & pœnis imponente. Ad eum enim gloriæ contemptor erat, vt ne mortuus quidem laudari vellet. Ego illorum credo castigatam esse imprudentiam, qui salutem vni Bonito acceptam referentes, Deum bonorum omnium fontem in illa prædicatione, & gratiarum actione præterbant. Declarat, declarat inquam his miraculis
 suum

suum
 ratu co
 morbi
 goribu
 nati ve
 ne prin
 in san
 tum gl
 nitū co
 celo m
 caula, q

DE S

C
 concept
 probau
 leuens
 rit non
 ex suis
 lore cru
 nullum
 ludendi
 rit Andr
 depelles
 oculus vi
 quam ui
 non tan
 illa est, c
 cuperan
 quid An
 primis, v
 leatorum
 ac precib

suam numen, suamque vim misericors ille Deus oratu celestium, qui ad sua sepulcra quamplurimis in morbis, in rei familiaris angustia, inque varijs & angoribus & laboribus subuenerunt. In ipsa tamen sanati vel corporis, vel animi, vel vtriusque gratulatione primas sibi vendicat immortalis ille Deus, quem in sanctis veneramus, eiusque immensitatem cœlitum gloria ipsa testatur. Neque tamen abnuimus, Bonitū contemnendæ inanis & falsæ gloriolæ nobis de cœlo magistrum, publicas beneficij laudes non sua causa, quæ lædi non poterat, sed nostra respuisse.

DE S. ANDREA MONACHO CARMELITANO, & Episcopo Fesulano.

CVM Andreas Carmeli decus, qui familiae, quæ Deiparæ militat, ab ipsis erat parentibus voto promissus, eademque virgine adiuuante conceptus, suis se monachis virtutum perfectione probauisset, ad miraculorum granditatem vel adolebens Christo auxiliante peruenit. Ex quibus illud est non in minimis numerandum. Audierat quendam ex suis cognatis, qui Ioannes Corsinus dicebatur, dolore cruris vehementer cruciari. Cuius leniendi causam nullum respuebat ludi genus, adeo ut eius domus ludendi porticus diceretur; hunc his verbis aggressus est Andreas: Si me audias, & morbum istum Corsine depelles, qui te male habet, & hostium illorum, qui oculis videri nequeunt, vitabis insidias. Corsinus quamuis dubius de cognati Andreae promissis, cuius non tantam sanctitatem esse credebat, quam quanta illa est, cui desperatus morbus obtemperat, tamē recuperandæ sanitatis studio facturum se recepit, quidquid Andreas imperasset. Cui ille, opus est, inquit, in primis, ut istas ludentium consuetudines abijcias, aleatorumque cateruas extermines; deinde, ut ieiunio ac precibus virginem Mariam dies octo propities. Ioan-

*Idem Sur.
de vit. san-
cto. Ianuar.*

nes statim, vt Andreas illa præscripsit, vora nuncupat. & cum ex monachi cognati præcepto & esurisset, & virginem exorasset, pristinam valetudinem recuperauit. Bonus hic Andreas non multo post saceris initiatur ordinibus, sacerdotisque primitias Corsinorum diues, nobilisq; familia magnis sumptibus ingentiq; apparatu celebrare se velle profutetur. Hæc audiens nouus presbyter prouincialis, consulto longè secessit, & in abdito ac retruso loco sacrum primū facienti cum comitatu Angelorum virgo se mater ostendit, & gloriæ contemptorem Andream (talibus dedita Regina cœlestis) his verbis affatur: seruus meus tu, quæ elegi, in quo glorabor. In eoq; sermone sese paulatim in auras extulit, & ad suas sedes, cœliq; templa reuolauit. Eidē iam septuagenario ipsa Christi nascentis nocte sacrum in Fesulana sua Ecclesia facienti, cuius erat electus Antistes, eadem serenissima Dei nostri mater apparuit, obitusq; diem prænuntiavit in sequentis mēsis sextum, qui sacrosanctis Epiphaniarum feriis dedicatur. Quo virginis nuntio tantoperè exultauit, vt qui & propter ætatem, & propter vitæ asperitatem macer, squalidusq; esset, Seraphicum & colorem & nitorem induisse videretur. Ita que morbo arreptus illo ipse die naturæ concessit, in quo sanctissima & veracissima Deipara mortuū esse prædixerat. Ia obitu multa diuinitus acciderunt, quæ Andream ad superos euolasse testantur.

DE MARIA OEGNIACENSI.

*Iacobus vi-
triacus
Cardinalis
in ei' vita.*

FERIS beatissimæ virginis, quas quarto nonas Februarias celebramus, Oegniacensis Maria sanctissimam Deiparam videre solita est in templo filium offerentem, Simëonem occurrentem, diuinumq; puerum amplexantem. Tantaq; erat ex visione iucunditas, quanta fuisset, si rem admirandā, & planè cœlestem, quo gesta est die, & animi & cor-
potis

potis oc-
cerens, o-
diuinitu-
nificat-
stabant,
pieces e-
lestis aff-
talit ta-
lei sacra-
est. Anni-
mirandi-
flus præ-
tients p-
de hostil-
mis quar-
ribat, cu-
fore præ-

N
co are al-
creditor-
descente
inopia: l-
nostro de-
zenti ora-
insignis.
mantur.
næ, eius
morti pr-
teri obit-
queret ac-
nar feral-
misetta
fama

poris oculis aspexisset. in hisce ferijs huius virginis cereus, qui fuerat extinctus, sacrae tempore pompae diuinitus lumen accepit. Moribunda canticum Magnificat celeberrimè recinebat; fratribus, qui se circumstabant, librum magni muneris loco reliquit, in quo pteces erant & carmina, quæ in laudem Reginae coelestis assidue cantabat. Ipsaque Dei mater gratiam retulit tantæ pietati, cuius admonitu extremo sacri Olei sacram èto tepestinè peruncta mirabiliter recreata est. Animam agenti Apostoli adfuere, neque id valdè mirandum est, quando & ipse mundi seruator Christus præsens fuit, & crucis salutare vexillum ad momentis pedes affixit: victoriæ illius argumentum, quæ de hostibus sancta hæc virgo triumpharet. Dei matris quamdam imaginem religiosa & supplex honorabat, cui imaginè multum honorem ab hominibus fore prædixit.

DE QVADAM FOEMINA.

NOBILIVM congregatio & viris & virtutibus crescit. publicè carcerem inuisunt ferè quotidie, vincetos elemosyna sustentant, modico are alieno obstrictos soluunt, aliorum conueniunt meditatores, vt laxiorè diem statuunt soluendo. Ingratèscente annona magnus frumenti numerus coactè inopia leuandæ. Quadraginta horarum in templo nostro decreta comprecatio Septembri mense, continenti orantium similiter, & se verberantium ordine insignis. Hæc inter reliqui ciues ad pietatem inflammantur. Eâ auxit quiddam, quod auditum est femine, eius euincendo contumaci animo, accidisse, quæ morti proxima etiâ si accitus esset sacerdos, nõ cõfiteri obstinauerat muliebri peruicacia sequenti nocte p quietè ad diuinum tribunal adducta, flâmisq; addicta erat feralibus, nisi matrona excellenti specie ac pietate miserta subsidij confessione quærendi admonuisset:

*Ex Annal.
Bencij 1588.
de rebus
colleg. Ba-
riensis in
prouincia
Neapolita-
na, iisdem
verbis.*

discussit vecordiam cum somno, sacerdotem vocati iubet, absolutaque, vix præ gaudio compos, illud habuit vsque in ore, quoad loquendi potestas fuit; Deo grates, ab inferis sum crepta.

DE QVODAM VIRGINIS CVLTORI.

*Ibid. de reb.
colleg. Legionensis
ijsdē verbis.*

VNVS quidam erat simplex, & minimè malus, duodecimum iam annum quotidie percurrendo Rosario preces Deiparæ persolvebat. Narravit hic postea, ipsis quindecim seu viginti continenter noctibus visam sibi Matronam venerabili specie (beatissimam Mariam sibi persuadet fuisse) à qua excitabatur his verbis, Legionem contēde, tuorumque delictorum veniam à Iesuita aliquo per integram confessionem pete. nec vanum fuisse viam, interior animi motus ostendit.

DE QVODAM EX VIRGINIS

Sodalitio.

*Ibid. de reb.
colleg. Monachiensis
totidē verbis.*

SODALIS quidam cum, in se inquirendi, quid cogitasset, dixisset, egisset, omisisset, adhibito studio, recognosceret, obsecraretque Reginā Angelorum, ut omnia sibi fas esset peccata confiteri, ne vno quidem prætermissis; ecce tibi è sublimi antefaciem orantis pagella decidit candore eximio, quæ minutis quidem literulis, sed elaboratis quoddam illius peccatum expresserant, hoc addito, si illud aperiret, pieque Rosario recitaret in honorem Deiparæ, bene secum actum iri: auxit miraculum, quod cū sodalis alter eius æqualis, parens, parochus, aliique conarentur, nunquam chirographum illud intelligere potuerunt.

DE QVADAM FOEMINA, ET

quodam Indo.

*Ibid. de reb.
colleg. Pacensis
his verbis.*

INDVS, ut natura est gentis intemperans, effuderat se in omnes libidines, quas haud ita pridem male

male c
reuerer
mon al
tur ali
genti m
virginis
Christu
tum col

DE S

Q
tur, sed d
se ipse, ni
dum inc
egrotat,
seu neg
quali per
dine con
quos par
oe placi
idem fui
necum, q
visum fa
sancissir
inuo call
vixoris st
consilio
ritas fu
filius ost
sica temp
sensit sib
vno è no
mutaret

vocati
tud ha-
it; Deo

malè coercitas qualiscunque Christianæ religionis
reuerèria tardauerat. huius dormientis fauces ita de-
mon aliquando oppressit, vt cum sanguine videre-
tur aliquando exitura vita. Mulier, quam canis in-
genti magnitudine laniaturus accesserat, beatissimæ
virginis opem inuocauit. huic affuit Dei mater, illi
Christus, & vterque remedium præscripsit peccato-
rum confessionem.

ORX.
nè ma-
die per-
erfolue-
viginti
venera-
let suis
ontede,
quo per
le viu,

DE QVODAM ÆGROTANTE, ET
alijs alio in genere adiutis à virgine.

IS

QVODAM piam vitam egerat diu, quam paula-
tim in tepefcens etiam posthabuit, hoc iam
deterior, quòd non vitijs modò prouehaba-
tur, sed & praua animi contentione; nec reuocabat
se ipse, nisi à Deo correct⁹ fuisset hac ratione. in mor-
bum incidit. grauescente valetudine qui assidebant
ægroto, admoent cõfessionis. At ille dissimulabat,
seu negligebat. Adit ad eum sacerdos vnus è nostris,
quasi per officium persuadet, vt ex veteri consuetu-
dine confugiat ad auxiliũ Dei Matris, & Sanctorum,
quos patronos olim habuisset; nec frustra. Affuit illi
ore placidissimo Beata virgo confessionẽ præcipiens.
Idem fuit Ioannis Euang. & Francisci à Paula admo-
nitum, qui eidem se obtulerunt videndos. Narratur
visum familiaribus, reuocatur sacerdos, demum eger
sanctissimè expiatus decedit è vita. Et si alijs quoque
inuocasse Deiparam utile fuit. vir quidam nobilis, cū
vxoꝝ sterilitatem doleret impatientius, de nostrorũ
consilio precibus aggreditur cœli Reginam, quas nõ
irritas fuisse in ipsius festo ac solenni die susceptus
filius ostendit. Alter certus interficiendi inimici cum
sica templum nostrum ingreditur; hic virginem orãs
sensit sibi animum mitigari. Neq; antè discessit, quã
vxo è nostris interprete cædis consilium cum pace
mutaret. Quod alius similiter fecit vir clarus natali-

*Idẽ Beneius
in Ann.
1589. de re-
bus Neapo-
litana pro-
uincia ijsdẽ
verb.*

quid co-
bito stu-
nã An-
itẽũ, ne
ante fa-
o, que
modam
ud ape-
Deipa-
quod cũ
lijq; co-
telligere

T

Foderat
pidem
malè

bus, qui per noctem stipatus armatis imminebat occasioni obruncandi hominis, quem oderat.

DE QVODAM INDO.

*Ibi, de colle.
nostro Li-
mensi in
Peruana
provincia
ijsdē verbis.*

MAGNA verò res est, & ultra, quàm credi potest, admiranda, quantopere expeterent Indi sacramētum extremæ Vnctionis, quam sine illo exire metuerent, quod omnibus in locis similiter animaduersum. In Nosodochio, vbi per duos menses fuit sacerdos cū socio auxilio laborātium, cū quaternos denos plus minus quotidie foeda lues auferret, Indus quidam, qui iam ex morbo videbatur conualuisse, contēta voce sacerdotē orat, ne patiatur se discedere nō ante perunctum. cū sanæ mentis non haberetur, an non videtis, inquit, virginem pulcherrimam, quæ me in viam inuitat, admonetque supremæ vnctionis? Non vanum fuit visum, aut irritum votum. vbi mos gestus petenti, descessit.

DE QVADAM SVRDA

muliere.

*Idē de hist.
domus pro-
bationis A-
ronensis
ijsdē verbis.*

ERAT alia sensu aurium ita obtuso, vt, si audire vellet, intendenda vox esset. cupiebat peccata aperire sacerdoti in templo, verum cōscia imbecillitatis expectabat vacuum locum, & tēpus omnibus digressis. Ea cū spes euanesceret, alijs atq; alijs certatim superfluentibus, rem tacitè B. Virginis commendans audaciam à necessitate mutuatur. Et voto respondit euentus. loquentem sacerdotē, vt eius mos & officium ferebat, submisso murmure exaudiebat magna perinde admiratione & voluptate, nec tacuit beneficium Dei matris. Non multum differt, quod quidam noster in Occidentis India sibi accidisse scribit; nos historiā recentem ex Hispano sermone sic in latinum conuertimus. Pater Fernandus Monroius in ea, quā ad me misit, epistola, Indi cuiusdā morbo gra-

grauitate
confessio
lere no
preter
genitri
elegera
recurr
non ali
ternæ l
agrotat
idem n
aures a
ciperet.
monē a
gnant

IN

Qpoposc
tiones
mento
srae u
tuicali
negent
poreft;
histori
tissimu
dit, err
caligo,

grauiter affecti confessionem se audiuisse ait, cuius *Ex literis*
 confessionis cum nonnulla linguæ ignoratione cal- *patriis Ro-*
 lere non posset, neque ab ipso Indo, vt se per inter- *derici Ga-*
 pretem aperiret, impetrare valuisset, ad perbeatâ Dei *bredi pro-*
 genitricem, quam ignotâ illius linguæ sibi magistrâ *uincialis in*
 elegerat, confugisset; post preces ad egrotum fidenter *regno Per-*
 recurrisse, illudque perobscurum, in quo hæsitauerat, *uano anni*
 non aliter intellexisse, ac si Hispanû aliquem & ma- *sexcentesi-*
 ternæ linguæ socium audiuisset; beneque actum cû *mi.*
 ægotante, quem sacris omnibus ritè procuratis ille
 idem morbus extinxit. ita virgo Deipara & surdas
 aures aperuit, vt confessarij, submissam vocem per-
 operet, & Indicæ linguæ interpretis fuit; nam qui ser-
 monè audit ignotum, surdus est, & eius aures pre-
 gnanantur.

IN CASTITATIS PVGNA NON
deest, virginitatisque custodes sua præ-
sentia cohonestat.

CAPVT IV.

De sancta Iustina virgine & Martyre.

QVEMADMODVM se Iustina virgo à Cypriano *S. Greg. Na-*
 mago defenderit, Mariæque Dei matris opẽ *zianzenus*
 & auxilium in castitatis atrocissima pugna *oratio. 13.*
 poposcerit, sui que amatoris, opitulante Deipara, can- *qua est de*
 tiones eluserit, Gregorius ille commemorat cogno- *Cypriano*
 mento Theologus, cuius exempli splendorem no- *Martyre.*
 stræ memoria hæreticorum lippitudo ferre non po-
 tuit alijs alio inclinantibus. sunt enim, qui opus illud
 negent esse Gregorij, quibus nihil fieri insipientius
 potest; sunt qui ponant esse quidem Gregorianam
 historiam, sed tantus eos stupor occupauit, vt scien-
 tissimum Theologum, quem nemo sanus reprehendit,
 erroris insimulent. Et nimirum hæc est illa eorû
 caligo, qui lucis radios acriter intuentur, id est diuina

Prov. 25.

mysteria audaciter perscrutantur. Quos teste Salomone gloria ipsa solet opprimere; Catholicis acies integra est, qui solem intentis oculis videre non audent, sed cum opposito fidei velo contemplantur, & quia non amittunt aspectum, appellatae, imploratæque virginis quæ vis sit, & quanta, cognoscunt, & palam profitentur.

DE SANCTA EUGENIA VIRGINE
& Martyre.

*Simeō Metaphrastes
de vit. sanct.
Decembris.*

EVGENIA virgo Romana Commodi imperatore parentem Philippum Ægypti præfectū sequuta est, & Alexandriae cum matre Claudia & fratribus aliquandiu cōmorata. Cū autem Eugeniæ Christiana religio placuisset, & virginalis cordi esset integritas, vt se ex matrimonij vinculis, quæ parabatur expediret, ad quoddam monachorum cenobium, Alexandriae vicinum Poto Hyacintho que comitibus, virum se esse simulans, ire constituit. Ibiq; & baptismū suscepit, & monasticam vitā in seijs parentibus, & filia absentiam miserrimè deplorantibus, cum iisdē Proto & Hyacinto profitetur, qui ab Eugeniæ latere nunquam discesserunt. Cuius quam illustris & clara religio, ex eo facile intelligi potest, qd monasterij præfecto ex viuis excedente, omniū suffragio monachorum, quæ in cœ nobio triennium durat exegerat, præses eligitur, & monasteriū gubernare cogitur femina, viris rē ignoratibus, & Eugeniū esse credentibus (nomē cū veste mutauerat, & facili transitu Eugeniū se appellari dixerat) ita imperauit, vt etiam humanissimè, officiosissimeq; seruiret, infirma quæque tractabat, naturæq; horrore foetida refugientis virtute peruincebat. Erat Eugeniæ, quæ se merito ac iure nominabat Eugenium, ad morbos depellendos diuina virtus atque celestis. Cumque Melanthiam primariā foeminam curauisset febri quartana laborantem, illaque beneficij memor Eugeniā
fre-

frequenter inuiferet, sui medici, cuius erat insignis pulchritudo (medicum & virum esse communi putabat errore) amore capta est, & miserabiliter inflammata. Itaque simulata corporis noua ægritudine, curatione beneficam, sermonis consuetudine familiarem accersit Eugeniam. Erat quippe Melanthiæ domus Eugeniæ vicina cœnobio. Adest virgo misericors monachi habitu, facie quanto modestiore, tanto pulchriore. Melanthia vt Eugeniam vidit iisdem parietibus contineri, exclusis testibus, amoris impatiens ex malo cordis thesauro malos cœpit promere & proferre sermones. Cælibem se esse, atq; innuptam, auri, argenti, preciosæ vestis, agrorum, bouum, iumentorum, mancipiorum possessionem liberam Eugenio cedere vna conditione nuptiarum: liberos, fratres, cognatos sibi nullos esse, vacuã coniugio domũ esse relictam, qui matrimonium interpellet, neminem fore. cohibe linguam perdita mulier, exclamat Eugenia. sint ista procul indigna, quæ dicantur Eugenio. ô purissima Dei mater, non prodam castitatem, virginitatẽ tibi charissimã nunquam violabo. ô virgo (hæc ipsa secum) tua ope fulta, tuique præsidij spe nixa tuo me filio despondi, non fallam mea pacta conuenta. Hoc remedium inuocandæ virginis Eugeniæ, credo, solenne fuit, si quando monachorum, quibus cum versabatur, obiecta species animum deliniret. Nam Melanthiæ, quæ mulier erat, tanti opinor forma fuit. Quæ præterea restant ex hac iucunda comœdia, Simeon habet Metaphrastes. Nam percita furore Melanthia tentati stupri Eugeniam accusauit, & ad sui parentis tracta tribunal, quæ non inuenta, & ad sui parentis tracta tribunal, quæ non inuenta, reperta est, excogitatiq; criminis falsitas haud serò deprehensa.

DE SS. IULIANO ET BASILISSA.

IULIANO sponsalia fugienti, ac ne virginitatem, quam habebat charissimam, conjugalis vsus eriperet,

*Id. Meta-
phraſtes de
viris Sanct.
Ianuarij.*

peret, metuenti Chriſtus Seruator apparuit, vtque parentibus obſequeretur, admonuit: eam quippe datum iri in ſponſam, quæ eiufdem propoliti tenax, quo minus ſlos virgineus extaret incorruptus, impeditura non eſſet. Hæc effata mens illa diuina, cuius omnia numine continentur, Iuliani corpus attingit, & ad libidinis prælia vincenda reddit aptiſſimum. tū Iulianus ab oratione ſurrexit, nuptiarumque noctem confirmato animo præſtolatur; ad quas celebrandas innumerabiles viri ac fœminæ conuenerunt, nullo ludorum ac lætitiæ genere prætermiſſo. Erat enim generoſiſſimo fortunatiſſimoque Iuliano, pari nobilitate, ac fortunæ conditione, Baſiliſſa matrimonij ſancto fœdere ſocianda. ad genus, Baſiliſſæque diuitias formæ accedebat pulchritudo ſingularis. Iulianus ſimulatque pedem in thalamum intulit, precatione confidentiæ plena ſe munit & comparat poſt preces tantus liliorum & roſarū, cum hyemale tēpus eſſet, afflatus eſt odor, vt Baſiliſſa in amœniſſimo horto variis conſito floribus ſe verſari arbitraretur. Ergo Iulianum in hunc modum alloquitur; quid hoc, ſpōſe, noui eſt? Vnde florum ſuauiſ hic odor, quos hoc tēpore terra non fert? Equidem præ hac voluptate genialis læti delicias paruipendo. Tu verò vtum olſeceris hæc ipſa, ſcire ſtudeo. Iulianus, iſta, inquit, nauū oblectatio temporis eſſe non poteſt, in quo omnia pruina, vt videre eſt, & gelu obriguerunt; non arenis terræ, horrentiſque glacie ſoli; Non hortorum, quos humana colit, atque exercet induſtria; ſed Chriſti noſtri Dei caſtitem adamanſ, & eius cultores paradifi floribus adornanſ. *Quamobrē ſi, quæ mihi eſt chara virginitas, eadem tibi placebit, teque purā ab omni contagione ſeruabis; & hic in terris angelica gaudia percipies, & poſt obitum ad æternas voluptates proficiſceris, quibus nihil poteſt eſſe liquidius. Nam quæ hominibus ad corporis ſenſum omnia re-*

uocan-

uocantibus illecebra solet esse coniugij, si non accusabilis factu (nam Christianas nuptias, & earum fructū nemo potest damnare Catholicus) certè dictu honesta non est. Nos autem oportet maiora & sanctiora moliri, quibus hæc insolita uernat amœnitas. Non fuit Iuliano difficile à sponsa sua cœlitus adiuta perpetuæ continentiæ non modò propositum, sed etiam promissum obtinere. Igitur ambo vno animorum consensu virginalem munditiâ Christo auctori & fontî puritatis obtulerunt. Ac se quidem Iulianus humi præ lætitiâ prostrastit, Deūq; precatur, vt cepta confirmet. Basilissa sponsi sequuta exemplū sese ex lecto deiecit in terrâ. Tū cubiculi solū moueri ceptum est, & inexplicabile lumē affulsit, quod lumē conclauis læpadas omnes obscurauit; vt cum lucernæ tenuis fulgor in clariss. solis lumen incurrit. *Quin* & cœli & terræ Rex Christ⁹ apparuit, & cū eo candidatorū cœtus, quos numerate nō erat; è regione stare uisâ est gloriosâ Mater, & uirgo Maria, quam tã multe uirgines comitabantur, vt earū numerus comprehendi non posset. *Qua* se parte Christus ostendit, illud suauissimè canebatur; uicisti Iuliane. qui chorus Mariam uirginem Matremque cingebat, illud subinde cantabat: beata es Basilissa uirgo, quæ sponso salutariter admonēti paruisti, & captioso despecto mundo ad sempiternâ percipiendâ coronam temet prudentissimè cōparasti. Rursus ab æterni latere Regis acclamatum est; milites mei, qui serpentinam uoluptatē reiecistis, è terra surgentes, æternæ uitæ librum hūc attentè legitote: utrinque respondetur, Amen. deinde duo cædidis amicti uestibus, aureisq; cingulis redimiti, manibus coronas præferentes humo utrūque sponsū his uerbis excitauerunt; surgite, quandoquidem uicistis, & diuino cōcessu ex nostro numero, & cœtu iâ estis. Ecce thalamus, qui paratus est uobis. legite, & intelligite fidelem esse Dominum, atque eius rata promissa,

cumque

cumque vtriusque manus tenuissent, eas, vt in matrimonio fieri solet, amanter copularunt, vtque basilissæ dexteræ dexteram Iulianus porrigeret, & alter alterius manum castè constringerent, effecerunt. erat in medio liber aureis scriptus literis, totusque argento primo nitidior stratum cubile quattuor senes circumstabant cū aureis phialis plenis odorum. quorū vnus ita dixit: in istis quattuor vrnulis vestra perfectio conuinetur, quæ ad immortalem Deum odoris suauitatem iaculari non desinant. tu igitur Iuliane legito ex Dei, qui est trinus & vnus. imperio. legit Iulianus, scriptum erat: qui mei desiderio mundum contempserit, in eorum referendus est numerum, qui se cum mulieribus nunquam inquinarunt. Basilissa planè sincera, quæ corruptelam longo interuallo vitauit, in ordine virginum residebit, quarum Maria Iesu Mater princeps est atque Regina. hæc cum Iulianus recitasset, librum complicauit. Amen, sanctorū & sanctarum millia responderunt. Senex ad sponso in oratione conuersa: in hoc, inquit, libro conscripti sunt casti, sobrii, veraces, misericordes, humiles, mansueti, & qui charitate non illa quidem fucata, & emētita, sed vera & germana sunt præditi. hic item eos liber amplectitur, qui calamitates, ærumnasque perferunt, qui non patrem, non matrem, non filios, non agros, non diuitias Christo antetulerunt; illos denique liber hic habet, qui ne vitam quidem pro eodem Iesu Christo profundere dubitarunt, quæ vos res magna ex parte contingit. His dictis admiranda illa visa ex sponsa sponsæque oculis subito diffugerunt, parque illud virginum, quod noctis erat reliquum, in hymnis exegit & canticis. Illo ex tempore Iulianus & Basilissa, non de sua tantum, sed de aliorum etiam salute seduli & solliciti esse cœperunt. Iulianus viros, Basilissa mulieres adducebat ad Christum. Fuitque tam copiosa messis amborum, vt sponsus monachos decem

decem millia regeret, virgines sponsa mille gubernaret. Fuitque vtriusque mercatura tam felix, vt nihil damni sancta illa quærendi animas societas fecerit, quam ambo coierant; nulla, nulla inquam lucri, questusque iactura. Etenim qui Iulianum sequuti sunt ducem, constantissimi fuerunt: quæ Basilissam magistram audiebant de recto viuendi cursu nunquam dimoueri potuerunt. licuit vtrique coniugi illud venissimè dicere; quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis *Ioan. 18.* quemquam.

DE SANCTIS AVRELIO ET NATALIA.

AVRELIVS, & NATALIA sese matrimonij lege ac vinculo iugauerunt, sed diuino vtriusque coniugis animum illustrante fulgore castitatis delicias corporis voluptatibus anteponendas esse censerant. Quæ virtus planè Angelica, vt esset ab insidiis defensa magis, seorsum cubare decernunt, lectulorumque disiungere. Et cum totus genialis sericis stragulis culcitisque mollissimis, cum ad speciem, tū vel maximè ad rei dissimulationem, stratus & compositus appareret, tamen quiescendi duo illi lecti è crudis erant lateribus ciliis que contexti. Sanctum hoc cubilis stratique diuortium diuino est miraculo commendatum. Nam separatim noctu dormientibus candidorum agmen lucidum interuenit. Et cū ab his formosis hospitibus ædium pauimentum lintheis albis cœptum esse ornari, tota domus miro splendore colluxit. Mox introgressus est iuuenis inauditi, inuisique luminis corona redimitus, qui ad Aurelij lectum accedens, & locum cruce consignans verba pronunciauit, quæ NATALIA inde ab ipso visionis vigil exordio, tamen timore impedita non tenuit. Deinde cum ad NATALIAE quoque lectulum deuenisset, eademque & fecisset & dixisset, absens sit. Eadem nõ magis

*Laurentius
Scrip. de
vitiis sancti
August.*

*de
vitiis
August.*

magis Aurelij, quam Christi sponsa Natalia, vidisse se aiebat monachorum cœtum clamantium: ecce Doraina venit. Statimque quamdam effulsisse matronam inexplicabili maiestate: quæ vbi ad Aurelij spinosum cubile repressisset, eiq; leniter artississet, evanuit. Hanc Natalia Dei ac Domini nostri parentem esse dictavit, quæ castos casta complectitur, inuisit, consolatur. Et verò Aurelius & Natalia continentia hæc coronam laurea Martyrij compleuerunt, dum pro Christi nomine mortem oppetunt gloriosam, & nostræ Hispaniæ, pudicitiam, vbi gesta res est, immortalitati commendant.

DE D. THOMA AQUINATE.

Suri^o de vitis. SS. Mar.

PROCACEM scœminam, ac se turpiter inferentē, ab adolescentulo Aquinate Thoma in turrem per vim à propinquis ineluso foci titiōe profligatam esse, nemo est quin sciat: illud fortasse nescitur à multis, Thomam scœminę impudentis, tum verbis offensum, tum aspectu commotum, ad Deum castitatis autorem, & ad sacrosanctam Mariam virginem continentia patronam haud iriitis precibus confugisse, parta in præsens victoria, & in posterum sensu libidinis prorsus extincto, atque omni ex parte compresso. Maxima namque in eo momēta sunt, vt rem feliciter auspiciemur, defensoresque optimos accersamus.

DE S. HVGONE LINCOLNIENSI

Episcopo.

Surius de vitis Sanct. Nouemb.

HVGONEM virginali flore decorū, qui ex Carthusiano monacho Lincolnensis est factus Episcopus, vehementissim^o libidinis impetus inuitū & nunquam succumbentē sæpe numero rapiebat. pugnabat enim cum immundissimo stuprorum artifice ieiunij armis, & orationis, quæ semper fuere fortissima. monasterij præfectura in sua familia

familia ab eis delata, quorum auctoritatem aspernari non poterat, suscipienda quodam tempore fuit; in ipsoque exordio demandati muneris incredibiliter ab eo doemone, qui vina & lustra suadet, Hugonis tentata & oppugnata castitas est; victoriam tamen beatissimę Dei Matris ope, Basilique auxilio Carthusiani Prioris, qui non ita pridem ę vita migrarat, seq̄ oranti Hugoni monstrarat, firmam atque stabilem reportauit. Nihil enim postea, aut parum admodum sensit ardoris: superioresque pugnas, atque molestias pax, quę dono Virginis, Basilique Carthusiani meritis sequuta est, mirifice compensauit. Creatus Episcopus Regi suo fortissimę restitit, ecclesiasticam immunitatem audaciter opprimenti. Hortantibus autem amicis, vt maioris, grauiorisque mali studio vitandi, maxima quęque negaret, leuia quędam, minutaque concederet, negauit se vlllo pacto commissurum, vt timore periculi, quamuis magni, illius ecclesię, quę suę Domine sanctissimę Deiparę virginis ędificata esset, ius vel minimum lædi pateretur. Nam sedis Episcopalis ecclesia Marię Dei matris aduocatione gaudebat.

DE QVADAM FOEMINA.

Quo tempore sanctus Dominicus Rosariũ iubente Deipara in variis Dei ecclesię hortis cõferebat, Romam vsque ad eò diuina hæc plãta cõpleuit, vt nobiles, ignobiles, sacri, profani, Cardinales & Episcopi Rosaria gestarent. erat in vrbe foemina, quę Catharina dicta, illi tamẽ valde dissimilis, quam nomine referebat. rosarium illa quidem cõmuni more recitabat, sed a cõno tamen libidinis pedem minimẽ retrahebat, neq; ciuium ostensionem vitabat, a quibus propter insignem formã partim amabatur, partim ob vitę licentiam & lingua & digito notabatur. Huic Magdalene Christus apparuit, lãgoque

*Ex Chron.
Fernandi à
castello 16.1.
li.1.c.35. de
vita D. Do-
minici.*

goque habito sermone mentem atq; animum mulieris immutauit. eius confessionem Dominicus sanctus excepit, rosarii que ascriptam sodalibus bene sperare iussit. in ea societate persistentis sanctitatem & perfectionem diuo Dominico clementissimus ille Deus signis quibusdam ostendit. nam cum de nocte Dominicus more suo in preces incumberet, fontique mundo horrenda videret supplicia preparari; simul etiam animaduertit, ex delicati cuiusdam pueri membris, quem Catharina domi educabat, fluuios quinquaginta quinque deruari, iisque in inferos usque delabentibus eorum animos recreari, quos purgans ignis exureret; aliosque ex poenis illis euadere, alios mitius, leniusque detorqueri. Nam Catharina rosarii partem vnam illis impertiebat, qui flammis expiantur. vidit quoque Dominicus in eandem Catharinæ domum penetrare hominem vulneribus quinque confossum, ex quibus riuus quinque & quinquaginta profuebant aquæ lucidissimæ, cunctas mundi ecclesias irrigantis. Cognouitque Dominicus Catharinam Rosarii partem illam pro se, proque vniuersa ecclesia recitare consuesse. Sequuta deinde vox est Reginae Angelorum, nemini Rosarii sodali se defuturam affirmantis.

DE QUADAM VIRGINE SANCTI-
moniali.

Alanus
Rupensis &
Liberius

Aenatus, in

Virinsq; de

Rosario libr.

¶

CUM Regulus quidam ex vxore sua complures liberos suscepisset, atque in iis filiam procreasset, quo masculam prolem redderet ditiores, & ad virile suum genus pinguior hereditas perueniret, quæ mulier nata esset, eam in monasterio conclusit, cuius spiritualis fabrica rimas agere videbatur, morum sanctiore disciplina senescente, propter commemorantium accusabilem socordiam, ac dissolutam viuendi rationem. Nam ostia centum, vnde

totidem

totide
que pa
cerdos
ius fil
praua
xibiler
lemqu
quæsi
virgini
aliud s
rores r
magna
mentio
tum. A
ctus co
sunt, m
num ac
addubi
Rosario
se recipi
neque t
ret, si m
tatione
sacerdo
nis anir
deque l
sponde
decim i
gaudis,
structa
solum,
intrice,
mulant
mon p
virginis
nim ille

totidem voces ruerent, colloquiis externorum, nugif-
 que patefecerat vitæ licentia sororum. Cum verò sa-
 cerdos, qui virginibus erat à confessione, dynastæ hu-
 jus filia, quam diximus, licet sociarum moribus de-
 prauatæ, ingenium atque indolem perpendisset, fle-
 xibilemque naturam, qualis est ferè nobilium, docilemque animum considerasset, spe alacer de nouitia
 quaesiuit, vtrum Rosarium percurrere, & beatissimæ
 virgini flores illos offerre, consuesset. Nouitia nihil
 aliud se nosse respondit, quam quod monasterij so-
 rores raptim docuissent: eis se magistris quædã neq;
 magna, neque multa didicisse: Rosariū, cuius modo
 mentionem fecisset, ne de facie quidem sibi esse no-
 tum. At qui, pater ait, magna Rosarij salubritas est, fru-
 ctus copiosus, dulcedo tanta, quantã qui non sense-
 runt, minimè suspicantur. Illius vsum valde oportu-
 num ad ea, quæ profiteretur, explenda. Cum virgo
 addubitasset, atque vltra fidem & veritatem illa de
 Rosario dici existimasset, tamen quæ præciperentur,
 se recipit esse facturam, experturamque, quid esset:
 neque tam sui fore inimicam, vt Rosarium omitte-
 ret, si morum puritatem, animi quietem, vitæ mu-
 tationem illo genere precatationis inuenerit, quæ tria
 sacerdos ille monachus de Rosario pollicitus, virgi-
 nis animum excitarat. Inuitat impellitque sacerdos,
 deque Rosario eadem illa, quæ prius affirmare atque
 spondere perseuerat. Rationem vnà docet de quin-
 decim illis mysteriis philosophandi, ac diuæ Matris
 gaudia, dolores, & gloriam meditandi, præceptis in-
 structa recitat, retractatque Rosarium, neque mores
 solum, sed pellè propè ipsam virgo mutauit, illa ad-
 iutrice, atque auspice, quæ largè remunerat sibi fa-
 mulantes. Obita iam tandem professione, malus de-
 mon per suos satellites & ministros constantem
 virginis animum vehementer oppugnauit. Cum e-
 nim illo in cœnobio tam nouæ, quam veteres licen-
 tius

tius vagarentur, donis ac literulis hæc noua Christi Christoq; nupta, nemine prohibente sollicitabatur, multiq; adolescentes, quos egregia virginis huius forma commouerat, pretio & precibus sacram Dei sponfam pellicere tentauerunt. Sed quæ animū haberet multò pulchriorem, quam corpus, hostiles gladios fortissimè retundebat, & inimicorum telis, continentia, despicientia, silentiiq; scutum opponebat, se etiam Rosario armat ad pugnam, cuius erat experta subsidium. generosæ religiosæq; virginis sanctitatem à sociarum moribus abhorrentem, & amatorem studiis aduersantem domesticarum grex ille non tulit, caprarum potius, quam ouium: quas olidus hircus oblectat & foetidus. Adolescentum, quos hæc casta vestalis spreuerat, turba petulās, atque lasciuia morositate virginis deridebat. hos dolor, illas cruciabat inuidia. His enim obnoxia telis est perfecti hominis sanctitas, cum improbis habitantis; patitur, qui eiusmodi est, foris pugnas, intus timores, qualia diuus Paulus sibi cuenisse testatur. Noua Christi ancilla huiusmodi preliorum insolens, & inexpecta certaminum animo vehementer angebatur, remque omnem ad Deiparam referens Rosario non minus confisa, quam religiosa & perattenta uolebat. Quo in munere quodam occupata die de cælo cadentem videt Epistolam, cuius hæc erat inscriptio: *Maria Mater Dei filia Ioanna salutem.*

Literarum illa sententia. filia mihi admodum chara, rosariū istud meum, vt instituisti, fac recites: semper viros fuge, & eorum omnium consuetudinem vita, qui tibi ad virtutem, & veram animi libertatem capeffendam minus prodesse videbuntur. Caueo desidiā, inertiam, atque otium, rerum lautitiam, & ornatum curiosiorem remoueto, & tuum repurga cubiculū, in quo nonnulla remanent digna, quæ à religiosa muliere repellantur. Horum in locū Christi

Christi
ficio:
bit, si
riger
ualebi
tebus
timore
mæro
sanctæ
cauit.
lius cœ
lapsa q
rusque
sed me
nis con
monia
inuolu
nobis il
magne
gotij a
ditis, ex
pro me
atque
pulsore
quæ lo
dia in c
mine
bus inf
lam do
uerfaru
relegat
transier
Abbas
nam ac
ficia, ar
compro

Christi & sanctorum imagines, & sacrarū signa sufficiento: Quorum te patrocinium defensioque seruabit, si me audies, & quæ tibi facienda præscribo, monigero cultu perficies, & gratia apud filium meum valebis, & ego pro te Deum omnipotentem in tuis rebus afflictis appellabo. Perlecta epistola dolorem, timoremque Christi serua deposuit, atque ex illis mæroris & ægritudinis emersa fluctibus ad pacis & sanctæ lætitiæ portum suæ mentis nauiculam applicauit. Annus abierat, cum Abbas venit, ad quem illius cœnobij cura pertinebant, quæ deciderant, collapsaque erant, repositurus, si posset; renouaturusque non monasterij parietes, qui integri stabant, sed mores, quorum splendor obsolesebat. Fuit inanis conatus & labor, externis quibusdam pro licentia monialium, libertateque pugnantibus. Rediit altero inuoluto anno damnis & malis offensus, deque cœnobij illius miseria & infamia sollicitus, venientem magno applausu virgines exceperunt. Nihilque negotij à potentibus externis, vi quadam diuina prohibitis, exhibetur. Nocte quadam bono huic Abbati pro monasterij salute, proque sororibus excubanti, atque Deum bonorum omnium largitorem, expulsoremque malorum exoranti, perspecta lux est, quæ Ioannæ cubiculum vndique collustrabat. media in claritate cœli Reginam videt Angelorum agmine constipatam, quibus Ioanna sociata precibus insistebat: simul aspexit propè Ioannæ cellulam dæmonem ingentem multitudinem sub diuersarum imaginibus bestiarum, quæ Deiparæ iussu relegatæ ac repulsæ ad fatuarum virginum cubicula transferunt, aliasque alię cellas occuparunt. Hoc viso, Abbas pene exanimatus concidit, vt se collegit, Ioannam accersit, visa narrat, sciscitatur, quæ sint vitæ officia, artes, exercitationesque virtutum, quæ ratio comprecandi, quid agat tempore matutino, quibus

obsequiis talem ac tantam hospitam demeretur. Ioanna Rosarium se recitare respondit, & ex virginis præscripto vitam ordinare. Mirari Abbas vim, potestatemque rosarum, quæ virginum virginem cœlo deuocassent, tantique illius & honoris & beneficii originem in Rosario fuisse cognoscens, cuius assiduitas tam multa impetrasset, in eam adducitur spēs, ut monasterium Rosarii remedio restitui, & quasi decoloratum repingi posse arbitretur. Ergo Rosaria quamplurima comparat, ornari ea, & poliri quam pulcherrimè iubet, suum cuique sorori donat nullo non die recitandum. Id virgines studiosè factitant tū religione ipsa Rosarii virginalis, tum Abbatis commotæ sermonibus, magna & admirabilia de usu illo globorum promittentis. Hæc vna res, patrocinante de cœlo Deipara, tantam fecit medicinam, ut monialibus iis, quæ vagæ ante illud tempus solutæq; fuissent, nihil secretius, nihil esset honestius. Loquacitatē perenni silentio, laxitatem atque licentiam seuerissimo arctissimoq; recessu mutauerunt. Quæ verò meliore erant forma, quam fama, à castitatis insidiis quâ longissimè refugerunt. Rosæ quidē, quarum beneficio ex morbo multiplici conualuerunt, ad sanitatem quoque tuendæ, & adhibitæ sunt, & retentæ, beneq; olere monasterium cœpit, quod morum corruptela, quæ foetidissima est cloaca, putuisset.

DE QUADAM VIRGINE.

*Franciscus
Bencius in
Annal. Societ. de hist.
domus professæ Olisipo-
nensis ver-
bis auctoris.*

VNA virgo, quæ nostris frequenter confitebatur, ostendit, esse sibi castimoniam pulcherrimam vitam chatiorem. Hanc perditus perditè deperibat adolescens; captata occasione in eius conclauē armatus irumpit, solam fortè inuenerat, amorem fatetur, orat, miscet precibus dona, in omnem partem versat puellæ animum. Quam ubi obstinatum videt, ferrum è latere deripit, elatumque defert in pud-

in pud-
vitam
inquit
set op-
uit. Im-
moris f-
sum me-
tos post-
morbo,
natores
alios do-
rum pe-
adicisse
Matrem
memor-
ratus, oc-
fert, me-
stitutus

M

gere non
ad flagiti-
sylua pro-
flexitque
mis Deu-
deserat. I-
animo eg-
lento pas-
dem mu-
At ille, eg-
tecum in
homini f-
rea, in po-

In pudicum pectus, additque minaciter, hoc ego aut vitam tibi extorquebo, aut consensum. Mori mihi, inquit illa, milles præstat: simulque cum implorasset opem castissimæ virginis, sexum audaciâ mutauit. Importunum latronem domo exigit istum amoris furore, & (pœna diuinitus inflictâ) ferro, per summos cruciatus se mori vociferantem. Non multos post dies sanato utcumque vulnere, non autem morbo, quam vehementer vlciscatur Deus expugnatores pudicitia, malo coactus didicit ipse, & suo alios docuit exemplo. cum enim ad virginem iterum perrepsisset, & aduersus aspernantem preces adiecisset minas, eaque iterum propitiam sibi Dei Matrem clarissima voce inuocasset: Ecce tibi nouo memorabilique prodigio iuuenis grauissimè vulneratus, oculisque caligine offusa è cubiculo pedem effert, moxq; necessariis sacramentorum subsidiis destitutus repentina morte temeritatem luit.

DE QVADAM FOEMINA.

MVLIER non ita pridem per nostros è tur- *Ib. de hist.*
 pitudinis, & hæreseos coeno emersa, cum *collegij Fræ-*
 sola exisset ex vrbe, à quodam, quem effu- *burgensis*
 gere non potuit, vestigiis insistentem sollicitabatur *Germania*
 ad flagitium. exorabat illa tantulum spacij, dum è *superioris.*
 sylua proxima referat gradum. huc se mæsta coniecit,
 flexisque genibus suspiciens cœlum non sine lacry-
 mis Deum precatur, beatamque virginem, vt ne se
 deserat. Tum, quasi sensisset auditas preces, alacriore
 animo egreditur, & sequitur quidem impudicus, sed
 lento passu, altoque silentio similis pauenti. Vbi tan-
 dem mulier se in tutum perduxit, victrix exclamat.
 At ille, ego te, inquit, non timui, sed adolescentē, qui
 tecum in via colloquebatur. Persuasit illa sibi obiectâ
 homini speciem custodis Angeli, quem cultum an-
 tea, in posterum statuit colere diligentius.

ITEM DE FOEMINA.

Ib. de hist. colleg. Solanensis in Polonia verbis Coris.

VIR perditus equo insidens, cum in mulierem incidisset solam in agro, ad eam adhiniit, arripit manu renitentem, vociferantem, & humanum auxiliū summa contentione implorantem, sed frustra nemine exaudiente. Igitur tacitis votis inuocat miserorum patronam, in desperatissimis rebus matrem virginem cum sponione ieiunij ad certos dies. preces auditæ. Desilire properantem cæcum libidine ferociens equus cæteroqui mansuetus iactatione crurum & ceruicis in transuersum ait: vt cum vna manu sustineri non posset, ad regimen fuerit altera adhibenda, dimissa muliere, quæ se statim ex arcto nexu, Deiparæ gratulans, præcipiti fuga euellit.

DE QVODAM VIRO.

Id. Ibid. de rebus prouincia Aragonia verbis ipsius.

VIR quidam impura familiaritate mulieris, quæ Deo erat consecrata, tenebatur obstrictus. audiebat concionantem; singula eius verba, quasi tela quædam videbantur, quæ de superiore loco nullo imito iactu in pectus librarentur, & aduersum in alio. sensit omninò neminem. Sed pro illecebra, quam habet peccandi consuetudo, non dabat adhuc manus, ambiguus mutandi consilij. Cessit tandem tamen, vbi rem totam precibus, quas per aliquot horas effudit, enixè Deiparæ commendauit.

DE QVADAM FOEMINA.

Id. de rebus collegij Capracensis in prouincia Neapolitana iisdem verbis.

MATRONÆ nobilis famula erat, cuius pudicitia, quod excellēti esset pulchritudine, insidiæ tendebantur à multis. id cū Domina molestè ferret, nouacula faciē eius secuit, orisq; decorē multis vulneribus confudit, ne forma videlicet esset alienæ libidinis incitamentum. At virgo suā virginum Reginae commendans innocentiam, seruaturam

turam
que on
detulit
quæ co
vicerib
profus
DE D

E
lectum
de viro
iter faci
licum, à
ne illic
rum ten
ri forma
DE Q
E
G
P
V
citia hoc
atque ite
uentum
clausum
noster c
nem ac
etram
cum illa
contra a
rem iam
confessi
lius ma

turam se pudorem perpetuum voto obstrinxit, rem-
que omnem, & heræ tum stultitiam, tum sæuitiam
detulit ad nostros. Nec multò post, ope Deiparæ,
quæ corporum vulneribus simul & animi medetur
viceribus, restituta facies in pristinum, & ab omni
prorsus deformitate liberata est.

DE DVOBVS EX SODALITIO VIR-
ginis in collegio Alerino.

EX horum numero adolescens annorum se- *Id. Ibid. ijs-*
decim inuocato præsidio Mariæ virginis vicit *demq; ver-*
insanam libidinem mulierculæ, quæ ad eius *bis.*
lectum obrepserat nocte, vt eriperet pudicitiam. Idẽ
de viro accepimus ex sodalitate nobilium, qui cum
iter faciens diuertisset in copiosum hospitium pub-
licum, à meretricula persæpe sollicitatus ad flagitiũ,
ne illic esset cum animæ periculo, migravit in alte-
ram tenuius, priore relicto. Talia hominum pecto-
ra formantur in virginis officina.

DE QVODAM PARTHENIO SODALI.

GYMNASIO enata congregatio Parthenia & *Ib. de rebus*
pulcherrimis floribus, & verò etiã fructibus *colleg. Pa-*
vbertatem ostendit. Vnius adolescentis pudici- *normitani*
tiam hoc modo intellecta. Impura mulier semel eum *verbis ijsdẽ.*
atque iterum domi frustra tentauerat; tandem in-
uentum solum ruri, & procul ab omnibus arbitris iã
clausum solum cubiculo impudentius lacessebat. Hic
nostrer cum tacitus in vota inuocasset matrem virgi-
nem ac pudicitie patronam, tantum valuit apud ex-
cetram conditione causæ & efficacitate sermonis, vt,
cum illa pellicret ad breue flagitium, hic hortaretur
contra ad timorem supplicij æterni, adduxerit mulie-
rem iam meliora cogitantem ad consilium faciendæ
confessionis. Ita quem parata venerat, vt vinceret ip-
sius malo, ab eo victa magno suo bono discessit.

Id. in hist. collegij Placentini iisdem verbis. Sed quiddam proponitur non pœnitendū.

CVM de concionatore audisset mulier, quam sit pium, ac salutare, recordari Christi Domini cruciatus, dabat se quotidiano studio ad illos recolendos. inuidit dæmon, atrocem hoc agenti speciem offert tanto cum strepitu, vt nutarent tecta, & ruinam timentes domestici sese proriperent è lecto; ipsa iacuit pauore exanimis, qui & attulit morbum. dispulit vtrumque apud vnum è nostris sacerdotibus ritè confessā. virginitatem altera deuouerat Deo, hinc inflammatur in eam inuidia inferni monstri, multas per hebdomadas tam multa obijcit visa informia vsque ad gestus, & modos haud pudicos, voces infandas variè permixtas, vt dies ac noctes miserè sollicitam haberent: Donec tandem de consilio nostrorum suscepto voto inuisendi templi Deiparæ virginis, quod religiosè in hac vrbe colitur, assiduo terrore, omniq̃ue oculorum & aurium ludibrio liberata est.

Ibid. sed in Annal. posterioribus id est 1590. de hist. collegij Mexicani. iisdem verbis.

DE QUADAM VIRGINE.

ACCIPITE nunc miram constantiam virginis. Precibus eam ac muneribus corrumpere quidam cupiebat. cum frustra essent, vim adhibet. nocte quadam, cum abesse sciret eius parentes, transmissis pariete, ianuisque effractis, penetravit se in cubiculum, vbi erat puella: quæ magno animo millies se mori paratam prædicat potius, quàm vt pudorem amittat. Impotens iuuenis gladium stringit, non mentem pudica aut orationem mutat. at amore ille iraque incensus os cædit pugnīs, vt effluat sanguis; tum virgo positus genibus Dei matrem inuocans pudicitiaæ præsidem maiore nisu clamauit; sic importunus fatigatione, an timore vicinorum auersus, re infecta discessit.

De quadam fœmina diffidente.

MORBIS grauissimis Lyduuina confecta inuisebatur à familiari Angelo, qui sua pulchritudine, aspectuque Lyduuinam ita reueabat, vt cruciatuum dolor incredibilis omnino leuaretur. Ab hoc ipso Angelo & ad beatissimæ Deimatis imaginem, cuius libro huius argumenti secundo meminimus, deducebatur, & ea salutata ad locum amœnissimum, vbi florum mira suauitas, ac cœli tanta temperies, vt neque ab æstu, neque ab algore sibi Lyduuina metueret, perduci solebat. Hoc ipso tempore mulier quædam fragili naturæ cedens flagitiū immane commiserat, quod & si iam erat confessa, tamen dæmonis astutia nequissimi ad desperationē traheretur. Nam chartam obtrudebat, in qua scelus erat inscriptum, mulieremque imperiosè furiosèque pertentans sui esse iuris aiebat. Peccatū neque uiuenti, neque mortuæ remissum iri; sancti Spiritus numē esse violatum; quem qui offendant, indigni sint uenia. Mulier talia dæmoni suggerenti prope succumbit, captiosisque argutijs perplexa pendet, ambigit, hæsitat, conflictatur. Sed Dei instinctu, ductuque cœlesti ad Lyduuinam adit, quam sit sibi dæmon infestus quiratur, remedium animi querit ancipitis. Lyduuina figmentum dæmonis esse respondet, mulieris causam habet pro sua, apud Deum lacrymis agit & precibus, media in supplicatione rapitur, matrem Christi videt choro cinctam virginali. Citatus adest Sathanas, & imperio coactus ad Dei tribunal assistit. Schedam manu tenet, orat Lyduuina cœli Reginam pro tristi muliercula, illa protinus à diaboli manu extortam schedulam dirumpit, atque discerpit, chirographi frustra Lyduuinæ seruanda tradit, deriso ex-

*Ioannes
Brugman^o
Franciscanus in vita
Lyduuina
virginis:
multaq; a-
lia apponū-
tur, quia de
laudibus
S. Maria
virginis.*

exploſoque dæmone. poſt viſionem Lyduuina ſuū
 confeſſarium accerſit haud gnarum grauiffimi illius
 periculi, quod mulieri cogitabundæ crebatur. Sche-
 dæ fragmenta, minutiasque demonſtrat, totamque
 ex ordine aperit & explanat viſionem. Illo ipſo tem-
 pore ecce tibi mulier interuenit, cuius agebatur cau-
 ſa. Querimonias repetentem, & miſerè lamentan-
 tem Lyduuina conſolatur. finem malorum veniſſe,
 damnum ſe velle præſtare, nihil eſſe laborandum de
 ſlagitio veteri, quod expiarit bona & vera confeſſio.
 Sibi rem totam eſſe patefactam, de cæloque mōſtra-
 tam: Chartulæ nullum eſſe terrorem, quam in mi-
 nuta conciſam mulier demonſtrauit. Recreat ex
 angore diurno mulier, confirmataq; dæmonis præ-
 ſtigias parui pendit. Cætera ſubiſciam, quæ Brugma-
 nus affirmat ab hiſtoria virginis Deiparæ non ab-
 horrentia, quamuis huic aliena ſint capiti. Fuerat in-
 egentes Lyduuina miſericors. Quocirca illo eſt dig-
 nata viſo, quod dicam. In paradifum rapta lucem vi-
 dit mirabilem & candorem è cælo fulgentem, qui
 multos mortales ſoliq; huius terreni incolas illuſtra-
 bat. Vidit inſuper in hoc mentis reſeſſu beatorum,
 quaſi exercitum, mediamque Deiparam, exornariq;
 mēſas ſerico, & eleemoſynas, quas per id tempus de-
 derat Lyduuina famelicis, velut à ſupernis allatas q;
 aptiſſimè collocari. Potiones quoque, quas in figlinis
 vaſculis pro ſua facultate pauperibus ipſa porrexerat,
 partim cryſtallinis, partim aureis pateris reuerenter
 apponi: exin clariffimum virorum cetum illis in mē-
 ſis ornatis inſtructisq; diſcumbere, ſonitūque audiri
 quaſi iucundè, hilariterq; prandentiū, ſeq; illis alaci-
 ter miniſtrare. Inde memor viſionis beneficium er-
 ga inopes cumulauit. Ad altare virginis aliquando
 arrepta per viſum, illinc per loca pœnarum obita cur-
 ſim ad tontuendos cælicolas Angelo ducente perue-
 nit. Ibi Deum collaudantium, & coram eo plauden-
 tium

tium
 lupta
 ptu n
 retu
 quate
 præte
 quam
 in req
 eiusq;
 pius a
 hunc l
 duuin
 huc m
 quod n
 reſpexi
 ac terri
 tatis ſu
 thorita
 nuete,
 & vere
 cū ſui i
 videt n
 culū m
 duuina
 tamē tu
 capitē
 plius h
 habea
 paræ ab
 Lyduui
 confide
 no albū
 operis v
 mo per
 confeſſi
 imagin

tium infinitus visus est numerus, tantaq; oculis voluptatum & oblectamentorum obiecta copia, vt à raptu ne minimam quidem partē narrare se posse fateatur. ex illo autē sanctorū cœtu quosdam ita esse loquutos. Lyduuina; patere constanter & fortiter, quæ præterea ferenda, tolerandaq; restant: nos enim per aquam ignemq; transiuimus, nunc tamē, vt cernis, in requiete viuimus. Angelorum deinde Dominū, eiusq; excellentissimā genitricē cōspicatur. vbi propius accessissent, colloquutā ita esse Deiparam; cur in hunc locū inculta & inordinata venisti? Ad quæ Lyduuina: scis ipsa, scis Dei mater intacta, ab Angelo huc me esse perductā. tū Domina mundi, visne hoc, quod manibus fero, tuo capiti velamen imponi? illa respexit ad ducem dubia respondi, sed Deiparæ iterū ac tertio idem percontanti timida & pudens voluntatis suæ illud esse negat, quæ tota penderet ex auctoritate Deiparæ. Tandem Angelo, vt acciperet, annuēte, capitis ornamentū illud sibi dari timidè tamē & verecundè petiuit. Sed viso ex oculis illo dispulso, cū sui iuris Lyduuina iā esset, ecce rursus Deiparam videt multis virginibus comitatā, & capitis redimiculū manu tenentē, atq; ita dicentē: sæpe de te Lyduuina quæsiui, velles ne hoc habere velamen, neque tamē tuā mihi voluntatē explicasti; en illud aptamus capiti tuo, sed quando allatū de cœlo est, septē nō amplius horis erit in terris; dabis cōfessario tuo, non vt habeat, sed vt imaginis mei caput exornet. Post Deiparæ abscessum, & actionē gratiarū, velum de capite Lyduuina deponit, eiusq; formam, materiamque considerat. Erat crispum, colore cæruleo, neq; omnino albū, neque planè viridè, aptum tamen ex vtroq; operis videbatur esse textilis, sed quod mortalis nemo peruideat quale sit, quàm arte cōfectum, cumq; confessionis presbytero, vt beatissimæ matris aptaret imaginī, ex Deiparæ mandato vehementer instaret, ille-

Illeque & aperiendi, ac referandi templi tempus esse inficiaretur, & difficilem causaretur ascensum (erat locus imaginis valde sublimis) omnia fore perua Lyduina pollicetur. Itaque in tempore templi custos occurrit, portas aperuit, scalæque repertæ, quibus admotis velum virginali figuræ inditum est, sed ab Angelo confestim ablatum. Magna quæ de huic virgini Lyduinæ cum clementissima Dei parente Maria quasi familiaritas intercessit. Nam quotiescumque Christi vitæ mysteria, quæ scriptura commemorat, meditando recoleret, non ea tam mente agitabat, quæ oculis cernebat, cum Deipara filium lactante & parvulum lacte nutriente, lacte ipsa, quod mireris, alebat, cum gestante gestabat, cum exulante in exteris oris exul quoque Lyduina terras Ægyptias peragrabat, cum amissum puerum quærente quærebat, cum Maria ad crucem stante & permanente perstabat, cum sepeliente sepeliebat, & humato Dei vnigenæ filio vna ex præficiis parentabat, quas ex animo plorare videbat illis admodum dissimiles, quæ ad funera conducuntur. in ferijs Christi nascentis rem omnem Lyduinæ cogitanti atque altissima contemplatione rimanti, vbera, ne quid ad Deiparæ perfectam imitationem deesset, vbera inquam virginali & miraculoso sunt lacte distenta. quæ enim vivebat, vt pauci, digna fuit, quam obrem illud assequeretur, quod solet evenire per paucis.

DE QVODAM DESPERANTE.

*Ex Rosario
Alani Ruspensis sacra
Theologia
magistri ac
veri divi
Domin. servatores.*

QVIDAM eò miseræ deuenit, vt Caini, proditorisque Iudæi discipulus, de æterna salute diffideret, atque eiusmodi peccatis irretitum se esse diceret, quibus venia danda non esset. Huius vitæ finem sempiternæ suæ mortis aiebat esse principium. Nihil recte facta, nihil expiamenta prodesse, nihil vnquam profutura, divinæque misericordiæ iniuriosus

sus i
lis v
ætat
stor
pla n
ta ad
duce
infan
digni
miran
uissim
tali in
tenti
resque
uertur
effera
& stre
sent, m
sentien
possit,
etiam
conclau
tiæ qua
vt ad e
ma per
cultu d
nitenti
veniã n
dalena,
clemen
collecta
Inferor
litæ ob
emollin
nus mu
quo mi

sus ita & viuebat & sentiebat, vt ex inferiorum inco-
 lis vnus tartareas pœnas præcepisse videretur. Hac
 ætate bonus ille viuebat Alanus mirus interpretis hi-
 storicusque Rosarij, vnde nos præclara quædam ex-
 pla mutuamur. Qui perditæ hominis miseria cogna-
 ta ad eum se confert, verbisque à pestifera sententia de-
 ducere adortus, nihil orando profecit. Se Alanus &
 infantem, & qui, quod vellet, allequeretur ratus in-
 dignum, vir planè modestus & sui contemptor ad-
 mirandus, alios adducit oratores. Vt .n. quisque gra-
 uissimè affectus est, ita diligentissimè curandus, neque
 tali in re vno medico quamuis exercitato & bono cõ-
 tenti esse debemus. Itaque doctores veniunt suaso-
 resque grauissimi, sed re infecta inorataque causa re-
 uertuntur. Dolet Rupensis feram illam indomitam,
 effratamque persistere, canesque contemere, quos
 & strenuos & fortes immisisset, neque, si momo dis-
 sent, magnoperè bestia laborabat, quæ vim amiserat
 sentiendi, quid enim concionator magnoperè facere
 possit, vbi se non auribus & oculis modò, sed cætero
 etiam sensu priuauit auditor? Actum de se miser ille,
 conclamatumque iactabat, & in tam altum diffidẽ-
 tiæ quasi barathrum, fundumque se ipse depresserat,
 vt ad eum ne acutissima quidem vox, & contentissi-
 ma perueniret. Proponebatur, Rex ille Manasses &
 cultu deorum, & cæde infamis prophetarum, cui pe-
 nitenti, ac se ipsum retexenti grauissimorum scelerũ
 veniã misericors noster Dominus condonauit. Mag-
 dalena, Matthæus, Paulus, ac latro ille scælix diuinæ
 clementiæ testes citabantur: quæ tamen frustra esse
 collecta miserrimi hominis pertinacia monstrabat.
 Inferorum sempiterna supplicia, perennes cœli, de-
 litiæ obstinatum hominis animum, & cor lapideum
 emollire non poterant. Commemorabat idem Ala-
 nus multos ex ijs, quos quotidie Christus immutat,
 quo misero illi recenti testimonio fierent incredibi-
 lio-

lora, quæ monebantur, sed nullus in historia quamuis & noua & vera profectus. Erat, inquit Alanus, dolor mihi intimus ex rã misera hominis cæcitate animum ita despondentis, vt omnia omnium medicamenta respueret, neque ardentem orationem ad animum peruenire pateretur. Cumq; omnia animo & mēte lustrassem, aut nulla inquam desperato homini salus iam est, aut illa vna relinquatur, Rosarium vt recitet, cuius in obfirmato homine tentata adhuc medicina non est. Oratur Rosario Christus fons ipse bonorum omnium, oratur precatione illa, quã ipse discipulis tradidit; salutatur virgo Deipara, Angelæ & Elisabethæ verbis, & ad filium conciliandum adhibetur interpres; preces illæ, quarum est pater noster initium, quo religiosius emittantur, decies Aue Maria repetimus, & fructui illi benedicimus, propter quæ nostra fructuosa sunt opera. Rosas tales tamq̃ mirabiles huic ægerrimo liber apponere. Itaque ad hominẽ adeo, atq; me illi ita demum insinuo. Grauius & iniquo animo ferendum est frater, nullum vt meũ aliorumve cõsiliũ accipias, preces repudies, orationemq̃ illam aspernere, quæ ad tuam salutem tota confertur. Nunc ergo quando te esse Christianũ profiteris, & nos ponimus, te esse Catholicum, Dei matrem non honorare non potes, atque eius numen agnoscere, & potentiam prædicare. Annuit se credere, quæ mater credat Ecclesia, & Deiparæ non ingrata tibi esse memoriam; ergo illud ne nega mihi, quod est factu facillimũ, virginisq; gratissimum. Ede, quid sis, & quale. Vt sis vnus ex sodalibus cõscriptis, recitesq; Rosarium. Aut enim nullum iam tibi remediũ est, aut hoc vnum restat è multis. Equidem non dubito, quin tanti sis morbi leuationem habiturus. Orans, ac propè defatigatus Rosarium accepit, nonnullaque pietate pensum omne peregit. Non multi menses abierunt, cum tanta est sequuta mutatio, quãtam vt

creo
Mo
cept
spe
ret a
mut
uau
man
gere
dulce

IN
M
ab
gressu
imagi
laci y
ginis p
tris au
perfuc
ipes el
quã
lactym
pit. Ad
plures
foret; q
aram d
les ver
confes
deuinx

D
IN C
tis a
dali

crederent, qui nominis pertinaciam cognouissent. Morum & vitæ sanctitatis ille progressus fuit, vt accepti Rosarij minimè pœniteret. Cumq; ad solidam spem, quam animo conceperat, rectè facta non cessaret adiungere, hominis verè Christiani functus est munere, nouæq; illius & beatæ vitæ tenorem seruauit ad finem. Hæc Alanus, cui taurus ille cessit immanis mutatus in agnum; quæ Rosarij cultum augere possunt, & memoriam sacrosanctæ Virginis cū dulcedine renouare.

DE QVODAM MILITE.

IN ore Trauancoris pago res accidit digna literis. *Nicolaus Orlandinus*
Miles ex myoparonè defiliens, omni spe salutis *in Ann. Societatis Iesû*
abiecta, quoniam diabolo se ipsum addixerat, ingressus est templum, & corâ sanctissimæ Dei matris *de prouincia*
imagine prostratus in genua auxilium ab ea multis *India orientalis, deq;*
lacrymis implorabat. Cum ecce tibi ex amplexu virginis puer Iesus visus est cum milite lacrymari, è matris autem manibus emicare fons aquæ, quæ totam *collegio Cocinensi, &*
perfundit aram, vt intelligeret miles quanta sibi veniæ spes esset ab ea, quæ totius misericordiæ fons est, & *ora Mala-baresi ijsalâ*
quàm non difficilis sit filius ad matris preces; qui cū lacrymis perditum hominem ad se redeuntem excepit. Admoniti de re tota comites accurrerunt, vt, quò plures oculi conspexissent, eò maior prodigij fides foret; qui quidem imbutum aqua sudariolum, quæ aram diximus madefactam, partiti sunt inter se. Miles verò cùm venisset ad nos, vniuersæ vitæ flagitia confessus religionem vouit, vt, quanto iniquius se deuinxerat dæmoni, tanto arctius se astringeret Deo.

DE QVODAM DESPERANTE.

IN Collegio Olysiponensi, ad excitandū Iuuentutis ardorem, conditum est Deipatæ Virginis Sodalitium, nec tamen ab alijs nostrorum opera *Idem de prouincia Lusitana*
deside- *ipsis verbis*

desiderata. Est iuxta Olysiponem à collibus oliuiferis in speciem horribilis solitudinis reducta vallis. huc quidam rebus desperatis cum recessisset, mœstis clamoribus demones euocabat, orabatque, vt se vel necè à tantis malis eriperent. ecce tibi dicto citius truculenta specie dæmon ad hominem strangulandum paratus; quo ille spectro perterritus continuo reuocat orationem, implorataque à sanctissima Dei matre ope, periculo eximitur; inde ad collegium recta, vbi expiatis confessione peccatis ab infania illa ad sanitatē, ad spem à desperatione traducitur.

DE QVODAM PASTORE.

*Franciscus
Bencius in
ann. de hist.
provincia
Toletana.*

PASTORITIAM vitam adolescentulus quidam agebat, beatissimæ virginis, quam venerari ab infantia instituit, obseruantissimus. Castissime porro vt placeret, castitatem toto pectore cōplecti. Non ferre hoc hostis spurcissimus, & inuidere simplicis adolescentuli bono. Ergo turpibus eum incendit cogitationibus, acribusque subinde stimulis faucium animum rapit in diuertia. Hac ille labe conscientia cum se existimaret esse miserimum, ad opidum si quando commearet, nix in templo ad virginem genibus lacrymas profundens eam orabat, vt ne seruulum abijceret suum, neue ope destitutum humana perire pateretur. sed valescebant in dies solitudines, progressionem cum ætate facientes. Hoc miser precibus intērior, cū afflicteretur aliquando, vt nihil magis, in quadā sylua arboribus densa hominē videt nescio è quibus latibulis emergentem, qui blanda oratione ac subdola causam mœstitiæ requirit, & paulatim exploranti similia à volente nolente extorquet. rum ille, (dæmonem ex eo agnosceres) nihil esse, quod se maceret; si cogitationum illecebrę adrepunt menti, etiam si intrant, ac diutius in ea morantur, per impressā delectationis vestigia, satis esse, si nō

erum.

erumpant; neq; enim cogitando peccatum, sed tantum perpetrando committi: Nihilo magis placatus rustici animus, quem amor virginis ab impuris cogitationibus arcebat, paucis post diebus cum tentaretur vehemētius, propè absuit ab assensu; tum verò omnis ab cōsolatione clausa est via, quod peccatum se admisisse putaret inexpiabile. Hicce erat in angustijs. offert se illi vir seuerus ac tristis, pallenti vultu, quasi qui ætatem consumpsisset in studijs literarum. tum verò causam astute expiscatus ægritudinis, ita exaggerauit illius sceleris culpam, eam vim dixit esse peccati, vt nulla ratione possit absolui. Subijciente rustico (neque enim dum pestis in animo infederat) quid est igitur, quod aiunt, omni culpæ impetrabilem esse veniam? crede mihi, respondet versutus, intelligenti nimirum in his rebus, quarum scientiam & vsu percallui, & lectione voluminum, peccatorum, quibus violari ea putatur, quam tu diligis, si quod est, vnum est remedium. quod? quærit alter. Martyrium. Hic factus rusticus audiendi cupidior, quod tandē martyrium? Vnum è tribus, ait callidus nocendi; aut si te è præcelsa suspenderis arbore, anathema nobiles; aut si aridorum lignorum feceris struem, atque intum magno animo infenderis multo igne succensum; aut denique si in lacum proximum (& digito intento ostendebat lacum) præcipiti iactu animam extinxeris. Per ignem aut aquam trāsibis ad palmam martyrij. Remansit rusticus post pessimi discessum consiliarij, quàm antea, muldò incertior, inter peccati confessionem, quæ occurfabat animo, & mortis atrocitatem, quam natura fugiebat. Ambiguus pudoris & metus, tandem vim faciente conscientia, & cupiditate criminis eluendi, detestabile ministerium cæcus occupat, aggerat in remotiore sylua ligna ad accipiendam flammam aptissima, quam cum subduisset, in mediam moribundus intumpit; sed nec

accendi potuit ignis, & si fortè illo iterum inflammante accensus est, spacio interposito relanguit. Ex mulier maior humana specie candenti palla semel, iterum, tertio ignarum consilij ex igne extraxit. Hoc igitur cum sæpe tentasset, fessus, inops consilij, te imperfecta resedit. Obijcit se ille iterum magister sceleris; quærit ecquid placuerit remedium; illo affirmante. *esne vsus?* inquit; etiam respondit; sed non successit. Altera aggreditor via, excipit dæmon; illa nimirum non placita erat hostia. iam te in lacum conijce, vt eluatur peccati deformitas; nec fuit difficile persuadere cupienti. Ita sunt mortalium animi eius, quod semel sterit, propositi pertinaces. It prope ad lacum; quærenti aditum subit, eo die nõ persolutum pensum Virgini statarum precationum; abijcit se in genua; humiliter accepto Rosatio, quo percurso cum è corpore detraxisset lacernam, è pedibus calceos, inuadit, quod putabat esse Martirium, desiluit in lacum, adest iterum mulier candida velle, & sæpius renitentem hominem, apertoque ore inhiantem aquis, & in viteriorem gurgitem omnimpetu progredientem superiore apprehensum amiculo reponit in sicco. Vbi hoc non processit, abit inde conturbatus, nec explicabat, quid facto opus esset; tandem incertus curarum, cum ad urbem venisset, miecta est cogitatio, vt ad nos accederet, petiturus ab aliquo sacerdote consilium. Hoc dum facere aggreditur, animaduertit, ac sacerdotem admonuit, se loqui non posse, inferente videlicet se dæmone in eius fauces, & vocem strangulante: sed tandem sacris contacto collo reliquijs, Deo propitio factum est, vt & importunus ille spiritus, & desperatio omnis abscellerit.

DE QVODAM MISERO MISERE
diffidente.

SODALES Parthenij, qui in collegio nostro in-
formantur, apparatus instituerunt pompam Re-
gum vatumque factorum, vel à prima origine
mundi longo ordine incedentium. Claudebat ag-
men Gregorius Põtifex maximus sacrosanctam pre-
ferens effigiem Dei matris: cuius ope Romam ali-
quando ingenti clade ac pestilite ereptam annales
veterum prodidere. Nempe hæc agebantur augendæ
Virginis venerationi. *Quam* cumulauit recens & ad-
mirabile exemplum. Præcipuo quidam studio, & ar-
dore amoris in Deiparam ferebatur. Ei sese ac sua tra-
diderat in manum, hanc cogitare, hanc inuocare, hanc
patronam, hanc præsidem, hanc matrem poscere in
rebus dubijs solebat. Felix, si perpetuam hanc mentem,
vt ei placeret, quam delegerat, nulla infuscatam labe
criminis, puram atque integram seruauisset! sed in-
uidit dæmon, mentem miser & corpus polluit. Sepè
autem fit, vt cuius grauitatem sceleris non aduertunt
homines, cum patrant, tum denique aduertant, cum
reprehendi magis, quam corrigi potest: vt quorun-
dam anguini morsus veneno se prius produnt, quam
ictu. perpetrato scelere pudor subijt, & infantia me-
tus. Itaq; hominum veritus existimationem, vt con-
spectum fugeret multitudinis, voluntarium exilium
cõsciscit. Oppressit nox in vasta solitudine iter facien-
tem. Nam vt erat occupatus ægritudine animus, nõ
intellexit deficientem solem, nisi vbi nigrae tenebrae
terram operuissent. Igitur cum liberiolem poeniten-
tiam locus ac tempus daret, postquam diu dolori
& lacrymis indulsit, (inquit) miseram vitam ago?
Cur latebras infelix, & fugæ solitudines capto? certe
vt omnes lateam, meipsum nunquam latebo. Quo-
quò fugiam, me porto, reus idem & carnifex. Ego

*Idem de his-
tor. Pro-
uincia Lu-
stania ijs-
dera ver-
bis: erat co-
legium hoc
Briganti-
num.*

mibi æternum supplicium ero. *Quin* nunc primùm exluo me hisce curis? & finem viuendi, ac lugendi facio? vbi non sis, qui fueris, non est, cur velis esse. Ergò constituit se in fluiuium dare, qua erat transiturus. Huc magna celeritate contendit, quasi ad remedium mali. Vt accessit, constitit aliquantisper, haud credo, deliberabundus: iam enim steterat mori, sed vñ quadam tacita naturæ tum sceleris à Deo veniam petit, & in extrema vota eius parentem suam Dominam vocat, vt famulo velit adesse, quem inundantiũ æstu cogitationum sic pœnitentiæ fluctus agitaret, vt vltimis immergeret supplicijs. quis neget cœli Reginam suis famulis adesse? occupat penè orantium preces. vix ediderat voces vltimas, cum matronam videt insignis pulchritudinis supra humanum modum, & ad eum; bonum animum sume, audacter me sequere. Hæc effata flumen ingreditur; quod ille cum facit parens dicto, miratur quasi marmor substratum pedibus, & hinc atque illinc liquidas discessisse vndas; non aliter, ac si parietis faciem referrent, ita aduersam ripam incolumis penetrauit. Nec tamen à comite deseritur, antequam vêtum esset ad ædiculam vrbi propinquam. Tunc enim eum admonet, vt ad bonam mentem, & ad oppidum redeat, itox purò sese insinuans cœlo, clarissima luce pulcherrimam faciem abscondit.

AD CATECHISMVM HORTATVR,

*& rudium institutionem, doctrinamque
commendat.*

CAPVT VI.

De duabus faminis.

SEQVITVR vita & mors cuiusdam mulieris, cui Franciscæ nomen, prorsus admiranda. In oppido nata erat ab vrbe Mexico procul; diuino instin-

*Franciscus
cuius in
nal. So-
aris, de
. Mexi-
i, iisdem
bis.*

instinctu Mexicum venit, vbi cum esset, ad nostrum templum crebro ventitabat, in res coelestes, & utilitates proximorum semper intenta. Animo tantummodo vita fruebatur. Imbecillo corpore quasi alieno, ac superuacaneo circumdata grati; Dei nomen assidue in ore, quem vnum in pectore habebat, obiurgabat scelera acriter, castigabat vehementer, admonerat omnes officij sui. In nosocomio versabatur egrotis studiosè inferuiens, quoad familiares eius morbi paterentur. Is autem vsque adeò graues erant, & acerbi, vt decem interdum diebus vix gustaret cibum; cum mens interea diuinis visis illustraretur, & perfunderetur gaudijs. quin etiam hoc aliquando narravit: incesseerat me cupido pernoscedi in vindicandis sceleribus, quæ non expiata essent, vim diuinæ seueritatis; cum interea liberior animus prostratum corpus deseruit, & memoranda mihi species obiecta. Puerum conspicio elegantissima forma, vultuque lætissimo; credidi Angelum custodē. Is mihi blandè arridens trepidanti, & quid agerem, nesciæ; sequere me, inquit, quod cupis, ostendam. Tum per deuium quoddam iter & confragosum ducit me in barathrum formidolosum, fœdumque, vbi plurimos excruciatos vidi pœnis infandis, dolore intolerabili, quæ eiulatu testabantur. inhorruui ab hoc tetro spectaculo, deducor in campum amœnum, ac placidum, quod nullus vnquam nec cœlo temperatior, nec solo fertilior, nec florum varietate iucundior. Et per viam cõstratam auro cum essem progressa, affulsit domus non humano condita artificio, aureis columnis sustentabatur, gemmaque radiabat, summæ nimirum pulchritudini, & maiestati debita, vt me meæ deformitatis & humilitatis puderet. Hæc inter aspicio virum diuina dignitate & maiestate excellentem, agnoui terrarum, cœliq; rectorem, Dominum meum, splendorem tamen non sustinui, & deiçci oculos pudore

dore victa; paululum cum sustuliffem, ecce tibi mulier incredibili forma, ornatu pulcherrimo, vestituq; regali, scilicet Dei mater ac virgo, cui me vel à primis annis consecraui. Facem dextera ferebat late fulgentem. Mox cum ad filium accessisset, filij, nondum, inquit, est tempus, vt Francisca apud nos maneat. Reuertatur potius ad munia, & accuret pensum. Annuit filius parenti, mihiq; imperat, reuertar ad custodia m corporis, simulq; rudem gentem comendat doctrinae initijs, bonisque praecipis imbuendam. Ea verba ita mihi haeserunt in animo, vt eorum nec obliuisci, nec meminisse, quin maxima afficiar voluntate, possim. Quin & memorabat, in montis vertice oblatas sibi aedes e crystallo non absimili piaculari globo, quem in Rosarium indiderat, auditos cantus suauitate vocum, & varietate modorum alternantibus choris longè iucundissimos. igitur vbi ad se redijt, quasi nihil egisset antea, secum ipsa certans illuc intendit, vt expoliret rudes, & reduceret errantes in viam. Nempe intelligebat, facere se, quae Dominus imperasset, sibi que eam causam vitae producendae. Id adeo vel ex hoc cognosces. Vir quidam erat in omne facinus promptus, & quonia latere diu scelera non possunt, apud omnes famosus. Huius correctionem laborem suum cum rata esset Francisca, ad eum venit, & diuino spiritu, quousque tandem, inquit, abutere Dei clementia? Quem ad finem effrenis ista sese iactabit libido? Nunquam virtutem respicies? semper turpitudine delectaberis? Non metuis instantis periculum mortis? non teterimos inferorum cruciatus, qui te manent, perhorrescis? expergiscere, & flagitiorum culpam confessione abole, infamiam mutatione vitae: nunquam sera fuit peccati poenitentia. Durus adhuc ille, & quanto veriora exprobrantur, acrius accendi, nec ferre muliebrem reprehensionem, increpare imò illam, & nã obloqui desisteret, minas intendere.

Fran-

Franc
prisq;
inflig
nullu
ba d
mare
certo
confe
liet ex
natur
mala
diu
gitati
cubic
orat a
laxet
que t
lests
in lau
leri
dolo
mun
illud
pli co
cana
mira
aqui
dum
uire
natu
nost
vsur
liari
bar
mi
mo

Francisca nihil territa vehementior insurgit, consur-
 pitque precibus, diuinam iustitiam, quo tardio-
 rem infligit penam, hoc grauiorem inculcat; impunitum
 nullum vnquam scelus fuisse: isq; mentis ardor ver-
 ba dicentis sequebatur, vt incenderetur ipsa, inflam-
 maretque audientem. Vis & necessitas ostensa ab in-
 certo mortis, & spes à Dei misericordia, & salus à
 confessione peccatorum. in his atq; talibus sese mu-
 lier exercebat; sed cum videret deprauatione humane
 naturæ valescere illicita, & tardiora esse remedia, quã
 mala. ea cura ita penetrauit animum, vt caperet tæ-
 dium vitæ, & desiderium æternorum. eum hac co-
 gitatione vt ipsa cuidam retulit, concessit in angulū
 cubiculi, dein victa in lacrymas voce supplex Deum
 orat animæ excessum è corpore, abruptat laqueos,
 laxet custodiam, ne polluant amplius aures, oculos-
 que tam improba hominum dicta factaque, sed mo-
 lestis soluta vinculis tota mente atq; animo insitam
 in laudes tuas. Intenta numini ea dum precatur, ce-
 len iacta non visa sagitta hæsit ad præcordia certo
 doloris sensu, cuius vi, atq; acerbitate cum ad extre-
 mum vsque viguisset, integris sensibus defungitur,
 illud supremum orans, vt vel pro foribus nostri tem-
 pli corpus sepeliretur. idem Bencius de eadem Mexi-
 cana historia. Nec defuerunt hoc etiã anno quædam
 miraculis non dissimilia; irrigat enim frequentibus
 aquis hoc recens plantarium suum bonus agricola,
 dum succrescentes arbores corroborantur; vnū bre-
 uiter collocabo. Mulier quedam (vt sunt ferè omnes
 natura ad pietatem propensæ frequenti ad templum
 nostrum aduentu cœlestia mysteria religiosissimè
 vsurpabat. ea vni è nostris narrauit quiddã in fami-
 liari sermone, ad hunc modum. Grauissimè ægrotā-
 bam, iamque appropinquam supremis, deserta ab o-
 mnibus, cum puero equè affecto, socio solitudinis &
 morbi, spem omnẽ ad subsidium in Deo habebam.

Nam illi preces tuli non irritas. Videre visa autorem salutis cum matre virgine, duobusque viris ignotis quidem mihi, sed eius venerationis, ut facile sanctus putarem. Aspiciebam altare adornatum, in eoque Escharam augustissimam; tum vox audita, surge, comede, inceptumque opus tradendae mulieribus Christianae doctrinae, mox in caelum à nobis adducenda, feliciter exple. Somnus me repente reliquit & morbus. ea mihi causa frequentandi Sacrosancti mysterij, & explicandi, quoad possum, mulieribus Christianae legis praecepta. & sanè non vanam fuisse imaginem, eius vita, laborque, quae modica licet virium, semper ad pietatem intenta nunquam cessat in suscepto opere. declarat haec noster, diligens & verus historicus. Cuius utriusque exempli testimonio docemur, quam sit rudium institutio chara Deiparae, quantumque intersit, pueros Christianorum lacte nutrir.

*Spartianus
in Antonino
Caracalla, &
Tertullian.
ad Scapula.
cap. 4.
Baronius
tom. 2. An-
nal.*

Cuius vis apparuit in Antonino Caracalla, quem Euodij vxor Christiana educauit, nutrix videlicet egregia, cui Caracallae praecleara pueritia refertur accepta. Cuius laudes his verbis Spartianus exequitur. Huius, inquit, pueritia blanda, ingeniosa, parentibus affabilis, amicis patentum iucunda, populo accepta, grata Senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris. Non ille in literis tardus, non in benevolentis segnis, non tenax in largitate, non lentus in clementia, denique si quando feris obiectos damnatos vidit, oculos auertit, quod populo plusquam amabile fuit. Septennis puer cum collusorem suum puerum ob Iudaicam religionem grauius verberatum audisset, neque patrem suum, neque patrem pueri, ut authores verberum diu respexit. Haec Spartianus, qui Iudaicam nominauit, quae verè Christiana esset, ignoratione discriminis. Id quod Tertulliani verba confirmant, euenisseque Baronius existimat, ut Antoninus

ninus Christiano Christianæ nutricis lacte nutritus, (quæ nutrix alumno suo Christum tacite, dissimulanterque detegeret) in ludis puerilibus sociū æquē Christianum habuerit eundemq; collectaneū, Euodij scilicet alumni filium, quem tamen, quod Christianam religionem ludibundus, vt pueri solent, Antonino puerulo puerulus suaderet, & pater Seuerus Imperator, & collusoris pater Euodus acriter verberari iusserint, sed ob indignum facinus æqua lance est pensata vindicta. Nam pater Seuerus aduultum iam Antoninum vsque eo rebellem sensit, vt, si Dionius credimus, palam sit Antoninus patrem conatus occidere, mœroreque magis, quàm morbo consumptus Seuerus obierit. Sed & pueri pater Euodus filij verberum meritas penas dedit Antonino. Nam ab eodem Caracalla, Dione teste, est iussus occidi. Et qui sæuissimus in ethnicos, non attigit Christianos. Durauit enim ingenerata pietas, & lac illud nutricis sicari nō potuit, cuius saporem immanissimi principis labra gustauerant. Heliogabali mater qualis ipsa esset, talem filium educavit: à cuius moribus Maria soror procul abhorrens Alexandrum filium optimis moribus instituit, scemina scriptorum omnium celebrata præconio. Quare mirandum non est, vt Deipara de Christianorum eruditione sollicita duas elegerit præceptrices fidei, quæ doctrinæ lacte, cuius maior est vis, quàm vberum, quibus aluntur infantes, in fide paruulos erudirent.

*In Schemo.**Herodianus lib. 4. hist.**Eusebius 6. histor. c. 13.*

OBEDIENTIAM PRÆCIPIT.

CAPVT VII.

De sancta Brigitta.

BRIGITTÆ virilis, vegetusque animus asper-
 rima ardentem amabat, & quæ pœnæ nomine
 vel imponuntur, vel sponte sumuntur, auidis-
 sumè

Reuelatio. lib. 4. c. 28.

simè sitiebat. Sed confessionis pater iustis de causis
 austeram temperabat, & castigationis præfiniebat mo-
 dum. Parebat illa quidem, sed agrè ferebat imperiū,
 verita ne ex huiusmodi tormentorum, quas poeni-
 tentias appellamus, releuatione, ac lenitudine virtus
 caperet detrimentum. hæc agitati virgo Mater ob-
 uenit, & in hunc modum loquuta est; fac, Brigitta,
 duos nunc esurire, & Christiano ieiunio corpus velle
 contundere: In his vnum, quippè qui libet, suiq; iu-
 ris sit, voluntariam abstinētiā ad exitum & finem
 perduxisse; huic quidem vna tantū est merces, pro-
 pter vnam ieiunij sanctitatem. demus alterum ieiu-
 nium, quod perficere optarat, obedientia cogente o-
 misisse; dubitandum nō est, quin hunc iustus Deus,
 & verus æstimator officij duplicata mercede remun-
 neret. Nam quia ieiunium in voto habuit, illudque
 erat, nisi obedientia impedisset omninō absoluturus,
 perfecti ieiunij donandus est premio; quod verò suo
 patri dicto audiens esurire desierit, obedientiæ, quæ
 perfecta virtus est, palmam assequetur. ab hoc die
 Brigitta suis quamq; rem momentis ponderauit, re-
 busque duris atque asperis, quarum erat appetentis-
 sima, rectoris iudicium auctoritatēq; præposuit.

DE SANCTA CATHARINA VIR-
 gine & vidua.

Laurentius
 Surius de
 vitis Sancti
 Martij.

HÆC, quam modò retulimus, Brigitta mira-
 bilis filiam sui similem procreauit, quam in
 sacro baptismate Catharinā appellauit. quæ
 annū agens 22. Romam, vbi mater annū iam quin-
 tum degebat, peregrinari constituit. Cumq; ad urbē
 annuente marito peruenisset, matrē abesse compe-
 rit, quod eam sub idem tēpus Bononia iustis de cau-
 sis detineret. Desiderium charissimæ matris Catha-
 rina non tulit, ad eamq; visendam Bononiam prope-
 rauit. Paulò post urbem Brigittæ matris hortatu Ca-
 tharina

rina reperit, sanctæque ciuitatis loca lustrauit. Pius
 quæ Romam traxerant, persolutis, in patriam
 cupientem mater Brigitta retinuit, cuius se so-
 in indiuiduam Catharina fore promisit. ad hanc
 mananæ mansionis voluntatem mariti obitus per-
 modè cecidit, qui eo ipso tempore peregrinatio-
 Catharinæ decessit, vir sanè probus, qui licet Ca-
 tharinam sibi despondisset, tamen virginitatis spon-
 claustra non rupit. Cæterùm Catharina ex quo
 se cum matre mansuram, tanta coelitus est do-
 sapientia, vt vel apud principes, & viros eruditio-
 clarissimos de diuinis rebus, & sacrarum intelli-
 gentia literarum scientissimè disputaret, ipseque Sum-
 Pontifex Urbanus Sextus hoc nomine & prom-
 & diuinam Catharinæ eloquentiam mirare-
 Enimuerò Catharinæ inuidens veterator anti-
 quiete ante hac, & tranquillæ virginis animum
 presentis horrore, pristinae voluptatis memoria,
 patriæ recordatione turbauit. Ad has doc-
 artes eludendas de matris consilio sese virginis
 paxque rebus in presentia fuit, & si non
 modum diuturna. Cum enim ex Romani absentia
 Pontificis Auenione residentis Romanorum ro-
 licentia esset, & in immensum creuisset im-
 peritas, peregrini excursorum vim & audaciam me-
 se domi cõtinebant, nec loca sancta, quorum
 venerat, inuisebant. Maximè aut foeminas for-
 prestantes, & ætatis inualidæ, etsi omnis mulierum
 imbecillis est ætas, timor inuaserat. Quæ causa Brigit-
 impulit, vt Catharinam foras prodire non sineret,
 euenire solebat, vt ad stata sacra votiuasque pre-
 mater sine filia contenderet; cuius occasione dia-
 Catharinam rursus oppugnat, virginisque ani-
 sollicitare nõ intermittit. Ergo solitudinem at-
 ocium exprobrat, & salutis propriæ negligetiam
 vanitatis obiectat. Tu, inquit, ignaua cessas, alijs
 ani-

animorum suorum lucra sectantibus! & cum vir-
 ginem pietatis hac specie decepisset, patriæ, pater
 quorumque memoriam refricare, vitam cum
 conferre, virginalique animulæ mœroris ac
 quasi noctem offundere. Hæc ita in animo
 manserunt, vt nusquam virgo misella
 Reuersa mater à sacrorum veneratione sepul-
 insolitum filię mœrorem, & frontis nubem
 ram aspexit, causam rogat. Catharina loqui se
 negat; nam tantus erat dolor in animo, pallor
 re, fumus in oculis, vt non procul abesset à
 Nox terras obscurauerat, mœrenteque
 Brigitta, filia tristissima ægrè tandem ac victa
 uit, videreque visa terras ardentes, & horribili-
 dio conflagrantes, se flammis vndiq; circum-
 & in exigua quadam terræ portione de salu-
 dentem. trepidanti & mortem mente atque
 præcipienti Mariam beatissimam affuisse,
 poscisse remedium, virginem Matrem illi se
 fore negasse, quæ tanto patriæ desiderio
 Ego tibi opituler, inquit, quæ neq; Deo, neque
 neque tuæ matri, neque confessario, pares,
 das: cum autem Catharina omnia se facturam
 spondisset, quæ Dei Mater imperaret, Dei
 ditionem accepisse, vtq; tam parenti Brigittæ,
 sacerdoti, à quo solebat audiri commissæ enu-
 perfecte obediret, monuisse. soluta somno
 na matrem suam adit, inconstantia, superbia
 veniam petit, seque ad mortem vsque peregrina-
 nis atque exilij comitem fore promittit. se
 Petro Oleuio viro sancto obedientia voto sub-
 misit, quo & ad confessionem peccatorum,
 & ad animi regimen & patre uteba-
 tur, & iudice.

L
 DE HE
 OLV
 Abba
 cedine
 mater hun
 demanda
 ato, cano
 vt fratrib
 rumque
 moniam
 atem, qu
 alubenter
 priuari f
 us esset
 possent,
 Tum præ
 corabat, &
 quibus &
 Salutem
 vero semp
 voluebat,
 que Mari
 terram al
 rum &
 agrè hac v
) in
 in ta
 erat enim
 No
 audiri
 didicit.
 tenturo, I
 ri suum
 comiter,
 p

DE HERMANNO CANONICO
Steinualienfi.

OLVIT aliquando Hermannus, ea sibi à suo Abbate imperari, quæ contemplationis dulcedinem impedirent; videntisque misericorditer hunc filium, quem adoptarat, ob negotio-demandata munera tristiozem, sic illum affata canonicè, nihil tibi tam esse necessarium, ut fratribus ex charitate deseruias, & rectoris utrumque capeffas imperium. quo monito & moniam missam fecit Hermannus, & officij curam, quam nescierat, intellexit. Ergo Matthæe libenter exercuit, ac Dei propter Deum quasi priuari facilè tulit. Cùm autem ad ea munera esset, quæ Mariam Magdalenam habere possent, sibi esse redditus, ac restitutus videtur. Tum præter consuetas preces, quibus Dei Mariam adorabat, & honorabat, nouas quasdam exco-municibus & implorare virginem, & laudare non cessabat. Salutem ab Angelo sæpenumerò repetebat, neque in fine. Ad Mariæ nomen sese humiliter adhibebat, causam rogatus, ita respondit, quod quæ Mariam nominari audio, me me, ut certè terram abijcio, non sine fructu; quando odorum & aromatum suauitas in nares influit, ègrè hac voluptate careo, (careo autem, si meo) in surgendo sum tardior. Viro huic in tacta sese quàm frequentissimè demonstrat enim rara Hermannii castitas, & virginibus. Non semel ad orandum intentus Deum audiuit, eaque magistra, quæ nesciebat, edidicit. In quandam sanctimonialium Ecclesiam, Dei Mater anteuertit, sororesq; ad suum sacerdotem, (Capellanum vulgò comiter, benigneque recipere: agrotans post

*Laurentius
Surius de
vitis Sanct.
Aprilis.*

post sanguinis è vena missionem admonitus est
 virgine, quemadmodum dormiret, & venæ huius
 periculum deuitaret. Non est silenda plena admi-
 rationis historia, quam qui scripsit, de eodem Herma-
 no se audiuisse narravit, & ex illius ore admiratus
 steritati mandare decreuit, ne rem tantam obliui-
 peliret. Nocte intempesta, cum ad solitas preces
 manus vigilaret, in medio choro inexplicabili
 chritudine virginē vidit regali amictu decoram. A-
 erāt duo formosi iuuenes. stupens nouitate vici-
 vnum dicentem audiuit, ecquis huiusce virginis
 sponsus? cui ab altero respōsum est, non alius, nisi
 qui adest. Veni ergo: venit timidus & verecundus
 ad Reginæ præsentiam; tum sic est loquutus vna
 Angelis (Angelos fuisse cognouit) hanc tibi illustre
 mam puellam despōderi necesse est. ille & talis
 sa, & illo sponsi nomine se fatetur indignum. Se-
 more, quàm sit humilis, abiectusque, pronunciat
 luctantis ac refugientis Angelus acceptā manū
 virginis manu coniungit, & his verbis sponsalia
 traxit; hanc virginem tibi sponsam tradimus, ut
 quondam Iosephi, cuius nomen cum sponsi
 oportet assumere. Quod quidem nomen alio
 visio confirmavit. Nictabundus post longa
 recumbit in lectulo, iamque obdormiscens
 est ad eundem precationis locū rediisse, ibi
 etiam, excitatamque suspiciens beatissimam vir-
 ginitatem, quæ pulcherrimum gestabat infantem. A-
 para familiariter vocatus accessit, & infantē
 sibi dari poposcit; illa aliquandiu distulit, ut
 rium aueretur, denique dedit, porta inquisit
 meum, ut olim Iosephus in illa ad Ægyptum
 portauit, quo fiet, ut ferendi onus eiusdem
 honorem mereatur. Monitus insuper est à Deo
 ne ægrè ferret se Iosephum appellari. Ac ne illa
 dem filebo, quod ad mores conformandos

valet. Hermannus hic talis & tantus humanæ infirmitatis vitio tantillum de pietate remiserat, & in beatissimæ matris officio persoluendo, hymnisq; & horarijs precibus recitandis, negotiis, curisq; distractus, negligentior cessatiunculam minus ipse obseruat. Nam per illos dies quidam monasterij fores effregerant, inque rerum custodia defixus, quid & quântum omisisset, minimè senserat. Virgo beatissima suo nouo Iosepho de cœnobij tutela nimis sollicito nõ formosa, vt solebat, occurrit, sed anili figura, & fronte rugis deformata. Expauit primò Iosephus, & latrones, quos habebat in mente, suspicatus, quid rei esset exclamat. Ego, inquit diuina mater, huius monasterij sum custos multo iam tempore. Ille agnita voce, ignota facie, tunc, inquit ò domina, & rosa pulcherrima? cum annuisset, quid igitur ista sibi figura vult? Atqui, mater ait, talis appareo, qualis tibi iam sum. Tempora illa requiro, in quib⁹ me millicies salutabas, laudabas, memorabas, nec te pudet in hac re esse remissum, mei memoria senescente. Seruandi monasterij, quod latronum iniuria reserauit, necessitatem excusas; sed est inutilis ista defensio, me enim in tali re appellare debuisses, cui est curæ tutela cœnobij; caue igitur, ne tuæ amor sponsæ refrigescat. Correctus emendatusque Iosephus primum ardorem renouauit. Et nihil de pristina viriditate & florida amoris quasi iuuentute diminuit, vt adolescenti adolescentem se virgo monstraret, nec vetulæ formã indueret, quod in grauissimi supplicij loco ponebat. Accidit aliquando, vt minus cautè progrediens laberetur, in casu duos dentes pronus, & ad terrã afflictus excuteret, quos manu tollens virginẽ vidit, à qua rogatus amanter, vt haberet, dentes hos, inquit, amisi, & graui dolore discrucior, da istos mihi. quos vbi de manib⁹ gemētis accepit, in os inseruit, dolore sanato, nulloq; vulnere in Iosephi bucca manēte vestigio. Ad aram Iose-

Iosepho religioso canonico rem diuitiam facienti, æternoq; Patri immaculatum agnum offerenti Dei mater affulsit, cum aureo calice, cuius in medio crux aurea resplendebat, diductoq; sacrificantis pectore, illuc visa est cum luce & calice penetrare. Neque mirandum est, in illius cot sacerdotis intrasse Deiparam, in quo & virginis vigeat amor, & erga Dei matrem ardebat charitas, & virtutes omnes habitabant. In summa hyemis asperitate hoc ipso Deiparæ intimo Iosepho sacrum faciente, quædam virgo, cti Elisabethæ nomen fuit, in tanto frigore moram & lenitudinem Missam dicentis admirata, oculis mentis hinc ab ipso Iesu, illic à Dei Matre medium videt teneri presbyterum, cuius dexteram calefaciebat Christus, sinistram virgo & parens fouebat à frigore. Cantorum Cantica exhausto iam corpore, confectoq; morbis aggressus exponere, tantam ex Mariæ Matris laudibus dulcedinem sensit, vt nihil omninò doloris, nihil infirmitatis perpeti videretur. Maxima sanè quidem, maxima hæc sunt amoris erga hominem è terra concretum argumenta, nò incredibilia tamen, si Deiparæ bonitatem, & admiranda huius alterius Iosephi merita perpendamus.

FIDEI HOSTES EXTERMINAT.

CAPVT VIII.

De Iuliano Imperatore, qui à Christiana religione defecit.

Amphilochius in vita S. Basilij.

Fulbertus in serm. de Deipara.

Quo tempore perditissimus ille nostræ fidei desertor, proditorq; Iulianus ad Persicum bellum properabat, D. Basilio Cæsareæ Capadocum Episcopo acriter resistenti, & pro vera religione p̄opugnanti, Cæsariensium interitum truci aspectu, vultuq; est iracundo minitatus. Tum pastor bonus vt gregem tueri, & ab impendentibus

malis

malis
popu
æden
ad t
cong
esse o
circu
uit. A
ginæ
filio d
quo n
tionis
descen
fisse, ar
sent, q
Basiliu
pulum
duxisse
turba r
ceam c
certum
stor no
militen
vibrant
fero vu
hostem
historia
cubante
xemplo
vetusta

V
matris,
citate il

malis seruare Basilium posset incolumem, ieiunium populo triduanum indixit, virosque & foeminas in eadem sacrae virginis, quae in excelsa monte sita erat, ad tantae matris patrocinium implorandum sedulo congregauit. hic matronam eximio ornatu visam esse oranti Basilio, quae maximis quibusdam viris se circundantibus vt Mercurium accerferent, imperauit. Accessisse cum armis continuo Mercurium, Reginaeque iussu ad Iulianum interimendum abiisse. Basilio deinde librum ab eadem Domina datum, in quo mundi ortus legebatur. Expergefatum ex orationis somno Basilium Eubulo comite ad urbem descendisse, martyris Sancti Mercurij sepulchrum visisse, arma non apparuisse, de templi custode, vbi essent, quaesiuisse, cum ille iuraret vespere illic fuisse, Basilium visioni credidisse, ad montem rediisse, populum pauentem, & precibus intentum a timore deduxisse, tyrannum occisum acclamasse, ad urbem cum turba remigrasse, martyris sepulchrum reuississe, lanceam cruore madentem reperisse, post septem dies certum de Iuliani nece nuncium accepisse. Nam quae stor nomine Iulianus ex praelio reuersus quendam militem de repente astitisse narrauit, hastamque manu vibrantem Iuliani latus confodisse, illatoque mortifero vulnere ex oculis euanuisse, Christi acerrimum hostem impia vociferantem expirasse. Quae quidem historia Deiparae patefecit animum pro religione excubantem, & de Christiana pace sollicitum. Huic exemplo perantiquo duo noua subijciam, quibus ita vetustatis fides augetur.

DE LOVANIENSIBVS.

VTroque anno vrbs Catholica, saeuiente milite haeretico, in magna trepidatione fuit, sed ea magis a fida Dei custodia, eiusque auxilio matris, cuius hic templum insigne miraculis, & sanctitate illustre, quam a praesidijs hominum, aut mu-

*Bencius in
Annal. in
hisor. pro-
uincia Bel-
gica iisdem
verbis.*

rorum obiectu semper defensa. Affirmat hostis, se, ubi in conspectum veniat urbis, nulla palam causa (haud dubie diuino exterre numine) repente pauore percelli. Ira cum expugnandi vires non desse intelligat, ne oppugnandi quidem mentem dari. Deinde hoc ab eodem Bencio, quod ad nos pertinet, alio in genere. vir consularis, desperata à medicis valetudine, ut primum se, si morbo superesset, sodalem fore beatæ Virginis vouit, melius habuit.

DE AGENNENSIBVS.

*Ibidem de
historia pro-
uincia A-
quitana
ijsdē verbis*

AGENNUM, Aginum alij, urbs est Aquitanie penè princeps, alluitur Garumna loco ad cōpeditiosas excursiones valde opportuno. Huc acceptum ante collegium missi è nostris duo apud Episcopum versabantur. Incendebantur ciuium animi cupiditate collegij, destinatae ædes, ubi olim prauitatis ministri; nec quicquam propius erat, quam ut res cōficeretur. Interuenit malum, quod propè euer- sa urbe, spem quoque bonorum subuertit. Impellente diabolo transfugæ manus iungunt, & captato silentio noctis proximæ ante Epiphaniorum diem, occupant urbem incustoditam. Existimare potestis ex vestro sensu, quid animi nostris fuerit, ubi excitati turbidis vocibus senserunt intus esse hostem, & nunciatum est, non abstinere à rapinis & cæde, auaritia scilicet & crudelitate per captam urbem grassante. Quinque horas integras in foro maximo furiae veluti castra fixerunt in suo regno, cum præsertim Episcopum, in quo ipsi cum paucis erant inermibus, impudè diriperetur. Et erant qui iacerent ad augendum an- timorē, an quod periculum fidem rumori faciebat, Episcopum esse interfectum. Ipse quidem Deo protegente seruatus. Cum enim magno in habitu militati exequitur munia ducis, collectosque ciues insigni manu, voce firmat aduersus hostem, vndique vibra-
cibus

tibus
rū ma
Nequ
se m
præla
adhuc
vnus
teum
retard
celsam
cebat,
Nostr
excipie
donec
spe res
Demiss
phani
precari
plures
bus ad
incendu
hil spe
que ma
igitur
gilio Ep
tantum
Laureta
di fuit;
hostes, v
bus agi
ster; egre
sillum c
multo p
veste, &
tēpli Eu
c. Duo

tibus globis ex ære excuffis illæsus fuit, & quod mirum magis, propè cum collapsò famulo perducente. Neque tamen immatura adolescenti mors, ad quam se multis ante diebus ex nostrorum colloquio, quasi prælagiente animo, præparabat. Nec dubium, quin adhuc ipsum circa Antistitem desiderati fuissent, nisi vnus ex hostibus, neque ipse gnarus locorum, in puteum delapsus cum vi extrahitur, sociorum impetum retardasset. Sic spatium fuit Episcopo euadendi in præcellam turrim vibis, vnde & missilibus inimicos arcebat, & literis accerlebat amicos, qui proximi erant. Nostri interim, qui mos est in desperatione extrema, excipiendis domesticorum confessionibus intenti, donec domus etiam ipsa inuaditur. Igitur sublata spe resistendi, aliud scilicet querendum per fugium. Demissum lapsi per funem, in proximum sancti Stephani sacellum inferunt se; hic pacem & veniam à Deo precari penetrant rursus cuiusdam canonici ædes, quò plures clerici cum conuenissent, mutis sese hortatibus ad mortem libenter pro Christo oppetendam incendunt. At Episcopus cum eo loci res esset, vt nihil spei ab hominibus ostenderetur, ad Deum se, Deique matrem, quæ Laureti colitur in Italia, conuertit; igitur ieiunium annuum sexta quaque feria, & per uigilio Epiphaniarum in omnem vitam, sic vt tantum & aqua vescatur, & quingentos aureos ad Lauretanam supellectilem vouet. Id votum Deo cordi fuit; tanta enim repente consternatio incubuit in hostes, vt versi in fugam Panicis, quos aiunt, terroribus agi viderentur. Nec defuit occasione sacerdos noster; egressus nempe in forum à latronibus diu obsessum catholicorum crexit animos, firmavitq; nec multò post adfuit sacrorum Antistes còspicuis militari veste, & inter mutuas gratulatiu lacrymas ante ianuam templi Eucharisticum præiuit carmen populo prosequens. Duo traduntur hoc incurfu hostiu super cætera me-

*Te Deum
laudamus.*

moranda. Primum, quod eorum dux, cuius interatroces minas illud sæpè exaudiebatur, facturum, vt concionator noster ante meridiem ederet votum supremum, sub idem ferè tempus vnà cum filio occubuit; alterum, quod quidam ex eodem grege facilego in diuinum numen, atque impia lingua cum obtruncatus fuisset, à feris volucribusque ita dilaniatus est in loco publico, vt quædam tantum eius restarent reliquæ corporis, quæ ostentui essent, cum tamen cæsa aliorum corpora illæsa mansissent: Et quia de victorijs, deque hostis fuga superiore libro multa collegimus, his tribus contenti, quæ restant merita Virginis animum spectantia narremus.

DÆMONE VEXATOS CVRAT.

CAPVT IX.

De sancto Antonio, quem Paduanum vulgus appellat.

*Laurentius
Surius de
vitis sancti.
Lunij.*

LVSIANVS ANTONIUS Seraphicæ Diui Francisci familiæ decus & lumen, cum quadragenarij ieiunij nocte quadam diurnis occupationibus fessus somno se paulisper dedere voluisset, à diabolo compressis faucibus nihil propius factum est, quam vt strangulatus animam ageret. At Antonius beatissimæ Dei matris nomine inuocando, signoque crucis fronti imprimendo, atque eo illo hymno pronunciando, ò gloriosa Domina, tortorem decemona vertit in fugam. Cumque se proripientem humani hostem generis videre cupiens, sanus iam ac liberoculos sustulisset, totam illam cellulam, vbi cubabat, augustissimi luminis vidit splendore fulgentem. Morte propinqua eundem hymnum, O gloriosa Domina cecinit, & pernecessario tempore patrocinium virginis implorauit.

IN Carthusiana familia monachus ex numero barbarorum vitæ erat sanctitate præclarus. Obedientiæ, submissioni, suiq; victoriæ diligentem nauabat operam, itaque vivebat, vt mundo sepultus esse videretur; neque aliud scire, cogitare, ac velle, nisi Iesum Christum crucifixum, cuius matrem verè gloriosam proximè & secundum Deum humani generis tum spem, tum singulare præsidium singulari colebat pietate. Et cum ab ipso religionis initio in ijs se rebus exereceret, eo sãctitatis ascēdit, vt antiqui hostis in se inuidiam concitaret. ergò in cellã in cluso ac cœlestia de more cogitanti dœmonum turba motu se ingressit repentino grunientium figura porcorũ; qui factò agmine in sanctum iuuenem irruerunt, ac dentes & longos & acutos religioso fratri horribiliter intentarunt; pallet ille, sudat, exalbescit, præsentemq; interitum reformidat. Pauorem nouo duplicauit species hominis interuenientis inusitata corporis magnitudine, vastitataq; deformati; quem bonus frater dœmonum, qui porcos conuenienter induerant, ducem ac principem suspicatus, inhorruit. Vbi tartareus hic Polyphemus intrauit, ita cum suis, quid segnes, ignauiq; cessatis? Quin istũ tractũ rapratumq; discerpitis? ad quem porci, istud quidẽ septentauimus, irritò tamen inaniq; conatu. Atqui, excipit gigas, iã ego faxo, quod vestra segnities, socordiaq; non audet. Simulq; ferreum harpagonem longis ac recuruis vnguibus metuendum elatũ manu vibrabat, aptabatq; minaciter. monachus mète consternatus penè mentis factus est impos. Cumq; ferreum vncum vndique dentatum, fratrem rapturus concisurusq; , rexisset, præpotentis Dei nostri mater opportunè subuenit, & ea forma, qua videri posset, virgam manu prætendens occurrit,

*Petrus Ab-
bas Clunia-
censis lib. 2.
miraculo. c.
9.*

hisque vocibus cacodæmonas obiurgauit; quæ ista audacia est, bestię immanes prædam non vestrâ inuadendi? maturate fugam, & fratrem Deo charum, mihi que deuotum oppugnare desinite. Dixit, illa que inferna, immunda que manus temporis momento diffugit, & sumi instar euanuit. Perstat & permanet virgo sanctissima, pauentem que his verbis recreauit, quæ facis cordi mihi sunt, perge ita viuere, ac te Deo & mihi ista ratione probate. Age quod agis, inque dies meliora tum mente concipe, tum vita & factis exequere. Et hæc quidem vniuersè: illud nominatim, vulgares vt cibos ederet, vestibus tritis & vilibus vteretur, operibus, quæ manu fiunt, sedulus incumberet his præceptis cum instruxisset, ope adiuuisset, præsentia recreasset coelos Deipara repetiuit.

DE HENRICO SVSONIO.

*Fernandus
Castelli in
chronico
predicatorii
part. 2. lib. 2.
ca. 9.*

PRIVS QUAM ad illa venio, quæ præsentis sunt argumenti, quædam Suson i facta præmittam, quibus, quam esset virgini charus, ostendatur. Quotidianæ lucis aduentum gallo præcinente, Hæricus hic gente Sueuus, secta Dominicanus, Deiparæ nostram auroram humi stratus adorabat, hymnisque prosequeretur & laudibus: quam ad rem auium opportuno illius temporis cantu solebat excitari. audito salutationis Angelicę signo, & sono matutino singularem quamdam ex Gabrielis & Elisæthæ verbis dulcedinem sentiebat. Quadam autem die, dum illa ipsa hora Christi veri solis auroram Mariam voce canit, animo contempletur, concinentem Angelorum chorum audiuit numeros, & verba. cum attendisset hymnis Angelicis, primū versum tenuit (Stella Maria maris hodie processit ad ortum) quem versum cū ipsis modulatus est Angelis, rei dulcedine & animū & vocem rapiente. Quo absoluto cantu, cœleste sy-
dus manè, vt solitus erat, salutauit. Pridie illius diei,
in

in quo Cinerary celebrantur, in oratione processit ad lucem, tantisper quiescere incipientem, dum salutandæ suo more virginis matutinum tempus accederet, Angelicus cantus occupauit; surge illuminare Hierusalem, quæ harmonia Henrici & aures & animum voluptate compleuit. Et cum dulcedinem tantam capere mens ipsa non posset, lacrymis videntes oculi suauissimi ponderis parte aliqua ebullientem animum releuarunt. Diei lucisquæ primordia hoc modo celebrabat Henricus. Qualis esset incunte anno, quæ ratione Ianuarius Kalendas agitare, operæ precium est scire. Mos in Sueuia fuit, vt noctem illam leuissimi quique adolecentes cantu & symphonia peruigilem, insomnemquæ traducerent, ab ijs, quas amarent, mulierculis coronam, vel quid aliud muneris nomine pignus amoris extorturi. Ergo suorum consuetudinis memor castus Henricus, qui virginem omnium longè pulcherrimam adamaret, nõ committendum putabat, vt nocte illa dormiret, in qua sui ciues bacchabantur, & amicas demereri cupiebant, virginemquæ virginum inoratam relinqueret. Quare ante Deiparæ pernoctabat imaginem, quæ versu & cantibus allicere conabatur. Quin & filium, cuius ibidem vt assolet, erat effigies, lacrymis sollicitabat, & precibus: pangebatur Dominicas laudes, sui quæ animi secreta pandebat. Omnium, qui Deum charum haberent, & effectorem redemptoremquæ suum perfecto amore diligerent, se interpretetem atque internuncium fieri cupiebat, vtque Dei amantium cogitata in suo ipse animo atque pectore tanquam in thesauro custodiret, optabat. Quo arcani sui cordis Oceanus, confluentibus vndique optimorum quorumque votis, velut excrecentibus aquis redundaret: Et si enim, scriptura teste, intrantibus fluuijs hoc nostrum mare non affluit, tamen pectus humanum Dei amicorum suffragijs, tanquam

fluuiorum accessione, fit amplius, atque perfectius. Carminum, hymnorum, & precum, colloquiorum-
 que Hērici hæc erat clausula; Iesu Pascha meum, cor-
 dis mei verna & amœna temperies, serena lux, dulcis
 amice, quem vnum diligo, sitio, concupisco, cuius
 causa terrena despexi, peto suppliciter, vt mihi coro-
 nam illam dones, quam castus solet amor adipisci.
 Noli me in hoc anni vestibulo vacuum inanemque
 dimittere. Sic ille Christi circuncisi ferias & anni e-
 xordium celebrabat. Sed non sine magnę alicuius ad-
 ditamento mercedis. Austeritatem vitæ ex eo intel-
 ligere licet, quod Germaniæ rigidam hyemem sine
 camino & foro tolerabat: Sitim nulla leuabat potio-
 ne. Cumque Dominico illo post Epiphaniarum diē
 festum, quo nuptiarum miraculum celebratur, siti-
 bundus arefceret, neque cum fratribus prandentem
 cibum capere sitis ipsa permitteret, è mensa surgēs ad
 suum se sacrarium contulit ibique fuis lacrymis
 se ipse vehementer accusauit, quod asperitatis genus
 illud ferre non posset. non in medijs querelis roborari
 se diuinitus sensit, appropinquantis tacita promissio-
 ne remedij. Itaque Deiparam cum filio vidit ma-
 nu vasculum sustentante paulò maius, quàm quod
 monachi in triclinijs haberent: quod de filij manu ac-
 ceptum cum Deipara Henrico propinasset, sitim sobri-
 j fratris extinxit, inde per angustam itineris semitã
 eidem Henrico gradienti mulier ex aduerso inops at-
 que egens occurrit, huic dum de via cedit non capiē-
 te duos, in lutū decidit. Fœmina pudibunda de Hen-
 rico quærit, cur sacerdotalis dignitatis oblitus nimiam
 illam comitatem adhibuisset, se neque conditione
 præstantem, haud illo honore dignam. Henricus eū
 se mulierum generi honorem habere respondit, pro-
 pter Deiparam, quæ ex fœmineo genere ad tantam
 esset dignitatem assumpta. Tum muliercula & stu-
 pens exclamat & læta, ac Dei genitricem toto
 pectore

pecto-
 ti me
 virgini
 ferre
 mola
 tricem
 & ref
 derit:
 ricum
 nono
 male h
 ricus in
 tibus o
 Christi
 go sum
 tas, hau
 Henric
 bolum
 sagittar
 moeror
 quereba
 nis auda
 grauissim
 patiens
 alterum
 misero v
 nomen
 nos cum
 tus refer
 ris tradit

D E

V
 n
 n

pectore comprecatur, vt talem obseruantiam viuenti mortuoque remuneret, quando propter virginum virginem tantum bonus ille viator mulieribus deferre consuevit. Consequenti nocte virgo valde formosa Henrici obiecta oculis, seque Dei testata genitricem, ego, inquit, te potu refeci proxima nocte, & reficiam, quotiescumque similis te labor ostenderit: deinde ori poculum admouit, quod Henricum incredibiliter oblectauit. Sequitur illud, quonono hoc capite disputamus pro monacho, quem male habebat, anxietas. in sacellum precaturus Henricus intrauit, nigerrimi que figuram aspexit, ardentibus oculis, arcuque prætentio. Æthiopem Henricus Christi nomine iubet aperire, quis esset, Dæmon ego sum, respondet, spiritusque superbiæ, quod captas, haud tardè monstrabo. è sacello post hæc exiit Henricus, vt in odæum veniret, cuius in aditu diabolum offendit arcum intendentem, quo ignitam sagittam iaculatus monachum illum fauciauit, quæ mæror occuparat, quique tota die, vt de se David querebatur, contristatus incedebat. Hac cacodæmonis audacia iratus Henricus pestilentem sagittarium grauissimis verbis obiurgauit; ille reprehensionis impatiens, nempè qui superbiæ pater est & inuentor, alterum arcui telum aptauit Henrico feriendo. At misero vires ad Deiparæ nomen torpuerunt, quod nomen trita illa precatione pronunciarat Henricus, nos cum prole pia benedicat virgo Maria. Inde scitus refert ad monachum, ei que serie detecta, & angonibus traditis remediis socio attulit medicinam.

DE QVADAM ANGLICANA
puella.

VIRGINEM annos natam duodecim Rogeri nobilissimi Equitis filiam, quæ à malo dæmone horribiliter excruciani soletet, Thomas

*Thomas
Morus lau-
datissimus
martyr li. 1.
dialog. c. 26.*

mas Morus scribit, ad diuæ Mariæ templum tanquã ad portum tutissimum diuino admonitu confugisse, in eo coram inelyte virginis imagine preces fundentem, yniuerso inspectante populo plenam atque integram sanitatem impetrasse: Puellamque hoc tanto & miraculo & virginis merito vsque eò esse permotam, vt, patre nequicquam resistente, nuncio mundanis rebus remisso sese in eadem virginum sacrarum abdiderit, sanctitatem, & vitæ religionem professura. Quod mirabile opus ad finem vitæ perseuerantia effectrice pertinuit.

DE QVODAM ÆGROTO.

*Nicola^o Or-
landinus in
Annal. So-
ciet. de hist.
Francie ijs-
dem verbis.*

QVIDAM valetudinis vitio furere adeò cepit, vt exerceri putaretur à Dæmone, præsertim quod latinè nesciret, mens tamen furibunda latina verba fundebat. Sed cum effrænatus & præceps furor nullis posset opibus contineri, à suis arcè constringitur. accersitur ad eum sacerdos è nostris is, qui sodalities præerat Dei matris, cum eo confessionem peccatorum institutam persequi vsque ad extremum per amentiam non licuit. Paulò post habitis ad eum de pietate & religione sermonibus, cum paulum remississe furoris impetus videretur, spondit, si conualeceret, nomen se sodalitati daturum. Cum iterum morbus vrgeret, ad beati Ildeberti vincus effertur. Vbi nouem ipsos dies pro eius incolumitate, tum huius, quem dixi beati, tum beatæ patrociniæ virginis imploratur. Omnino magnam vim habent subsidia cœlestium ad impetrandum. Non prius supplicanti factus est finis, quam inflammatus furor ille resedit; itaque pristinae valetudini restitutus, suisque pedibus domum regressus, sodalitati, vti sponderrat, se dicauit.

DE QVADAM PVELLA.

PVELLA erat extra Heluetiæ fines, quæ per sex iam menses vexabatur à diabolo, sic vt prioribus tribus

tribus horribile esset, quæ loqueretur. Auium cantus & voces bestiarum concinne exprimebat. Audisses crocientem coruum, glorientem, gallinam, pipentem pullum, passerem pipillantem, a credulam minusientem, grunnientem rursus suem, mugientem bouem, latrantem canem, equum hinnientem, oris præterea sibilum ita inflectebat, ut tibias referret, dæmones suos duos, tres, interdum sedecim recensabat; posterioribus mensibus loquendi, veicendique parcissima cibum omnem respuebat, sorbilo tantum victitabat, minimo lactis, quod cum micis admiscebatur, per vim in guttur inserto. Venenum videlicet in quolibet manso metuebat. Ad hanc illustris cuiusdam Abbatis, cuius magna erga nos beneficia, rogatu venit sacerdos è nostris. Erat illa in eius aduentu ad nostram. ut sacerdotem conspicata est, decidit in terram, venientem & dictis & conuitiis excipit, & spiritus ingerendis; post die eius diei exorcismum aggressus pater vinciri fugam quærentis pedes, à tribusque viris valentibus, quibus fessis integri succedebant, immotam teneri iussit. Et tandem post quintam horam placuit diuinæ bonitati, ut expulsa dæmonis nequitia, puella veluti obdormisceret somno placidissimo, quam cum excitasset sacerdos, & quæreret, ubi fuisset, digitum intendens ad aram perpetuæ virginis, ibi, inquit illa, ibi surrexi. Delata est domum, cibo, vusuque mentis ac rationis recepto. Missa deinde nostra pecunia; quam cum remisisset, non minorem ferè ex ea recusata admirationem, quam ex puella sanata voluptatem omnibus tulit.

Franciscus Bencius in Annal. Societ. 1586. in hist. col. Lucernensis Superior. Germania ipsa verbis.

DE QVODAM NOSTRÆ SOCIETATIS VIRO.

Ib. de hist. coll. Mussi

OMNIS monstrorum turba cum haberetur ludibrio euanuit, quod & fratri quidam nostro accidit, qui cum iter faceret cum comite externo,

Pontani in prouincia

Francia ipsa ut ad dem verbis.

vt ad proximum pagum diuerneretur, & nox euntes oppressisset, narrat a se sex septemne cacodæmonas aspectos fuliginosæ in speciem caliginis, cui alter sublucebat ignis, forma molossoꝝ, quales sæpe in iis locis conspici dicuntur viantibus nocturno tempore, vt aberrare cogantur. gnarum id fratri, itaque hæc spectra procul intuitus confestim Rosarium in manum accipit, dat alteri pyxidulam, in qua aliquotè cera consecrata agni cœlestis imagines, nec mora, quæ ferarum simulacra contra ferebantur, retrocedere visa, dum tandem ad fluuium, qui erat pago proximus, apparere desierunt.

DE QVODAM MILITE.

*Ib. de hist.
col. Anguē-
sis prouincia
Lusitana
iisdē verbis.*

ALEATOR quidam miles, malè cedente ludo, crumenam perdiderat, quam iacturam vbi percensit, ad diras conuersus cacodæmonem contentissima voce insanus appellat, & ad socios, num quis quid ad principem Satanam? vocatus illi adfuit truci (videlicet ipsi soli visus) aspectu. Tum excussa homini audacia, consternatus enim subito ac penè exanimis cadit. Accurrit properè vnus è nostris, trepidantis confessionem exaudit. Monstrum in preffens concedit, rursus redeunti domum se offert minus iniectans, suamque se prædam dictitans, in infernum carcerem abducturum. Enim verò ille contremiscere, quibusque potest vocibus Dei matrem inuocare; perducitur interea à comitibus in sacellum virginis superioris anni inelytum miraculo, vbi rursus cum repentina corruisset formidine, iterat confessionem, atque omni tandem periculo liberatus ipse sibi exemplum ad morum & vitæ emendationem fuit.

DE QVODAM IUVENE.

ACCIDIT quiddam vni iuueni, quod propter speciem facti hisce annalibus fuit inferendum

rend
die v
vt fa
aud
uada
sus ic
cubic
dent
ille ex
diit, r
niam
se obl
Nicol
causa
fuligi
cerna
auxili
neam
tera n
pugna
so, ne
que ta
audite
sturni
terru
secur
gis oc
iuuen
sibi: n
torum
DIA

De T
mor

rendum. insaniebat hic amore aleæ & ludi. quodam die vespere, cum haberet domi collutores, orta est, vt sæpe fit, inter eos contentio. Cùm hic peierans audacius, veluti liti finiendæ, ne viuam inquit, inuadat in me malus dæmon, ni hoc ita se habet. visus iecisse fulmen. eodem vestigio temporis totum cubiculum intremuit, & tetra vmbra ante oculos videntum oberrans circum parietes apparuit. metu ille exanimatus in terram cadit. vbi primum ad se rediit, multò magis pavidus, & vecors conscientia veniam à Deo, eiusque matre suppliciter petit, votoque se obstringit curandi sacri in proximum diem beati Nicolai Tolentinatis, pedestrisque itineris religionis causa ad Varalli montem suscipiendi. Nihilo secius fuliginosa volitat effigies circum cubiculum, & lucernam conatur extinguere, Iesum ille & Mariam in auxilium vocare. At socij terribili spectu crucem ligneam, quacumque ferretur, opponere. Ab hora altera noctis ad diluculum vsque formidolosa durauit pugna; ita aleatores renouantes, subinde oleo infuso, ne deficeret lumen, æquauerunt nocti, in lucemque tulerunt non ludum, sed timorem. tum verò audito matutino signo Angelicæ salutationis noturnum monstrum, quod caua sub imagine omnes terruerat, inimico offensum sono procul nebulis obsecurum in suas tenebras recessit, cõsternatorum magis oculos, quam animos relinquens. Ad nos illicò iuuenis exanguis & attonitus, nec fatis securus visus sibi: non ante miseram mentem metu, quam peccatorum vinculis absolui.

DIABOLI LAQUEOS RVMPIT, ET
pacta dissoluit.

CAPVT X.

De Theophilo, qui abiurata Christi fide se totum demoni obstrinxerat, per virginem sanctissimam liberato.

*Ib. de rebus
coll. Ver-
lenfis iisdem
verbis.*

berato. Authore Eutichiano patriarcha Constantinopolitano, qui se eiusdem Theophili adibus natū, & historia testem oculatum fuisse testatur.

*Agnoscit
hęc eandem
hist. Honor.
ser. 1. de As-
sumptio. &
Petrus Da-
miani serm.
1. de Nat.
xrg.*

IUSTINIANO imperante Theophilus floruit Ecclesię ceconomus, vel vt alij Archidiaconus Adanę vrbs in Cilicia, cuius tanta erat vel gratia vel sanctitas, vt mortuo vrbs illius Episcopo populi vniuersi consensu ad Pontificatum sit Theophilus postulatus, quod tamen ille munus constantissime repudiavit, negans eum se esse, qui Ecclesiam gubernare posset, & gregi commisso commodę providere. & quoniam virtutis, & quę virtutem, & velut umbra corpus sequitur, glorię comes esse solet inuidia, Theophilus ab inimicis & aduersariis iniuste accusatus, & falsis criminibus circumuentus, de illo est ceconomię deiectus officio, quem dignum episcopatu paulo antę populus iudicasset. Theophilus non tulit iniuriam, quam Christi & sanctorum exemplo ferre debuisset, in eamque efferati animi rabię impotentiamque deuenit, vt hortante quodam Iudæo magiã dedito à Christo, eiusque matre purissima syngrapha data defecerit, & sacrosanctę Catholicę fidei desertorem publicum egerit, ac se totum imperio sathanę deuouerit, quem sathanam oculis videt, perfidiosi quem diximus Iudæi artibus exitum, & nefariis cantionibus euocatū. quid agat miser Theophilus, quondam tam fortis, & abstinentis, tiazque pontificiã contemptor, nunc in inum miserię fundum, barathrumque deiectus? Æstuat, furit, insanit, nullo in loco consistit, id quod ab eo fieri necesse est, qui se videat ex vrbs oraculo dæmonis vilefactum esse mancipiū. in tantis angoribus, tantaq; animi perturbatione, nubilo cęlo conferenante paulisper ad Dei matrē confugere statuit, quę desperatissimis quibusque morbis ac malis mederi consuevit. Vbi in templū Marię perpetuę virgini sacrum intrauit, ieiuniis

corpus

corp
lit, an
phili
appel
ca tr
ris, &
& an
quos
quide
& tibi
uissim
sed in
diam
vbi co
neuole
se à su
preces
netque
recor
atque
ginei
tis con
ista nob
dum D
uimus,
que int
Deū re
restas, v
grauissi
philus
mentar
di finen
seueran
li lacry
rium ill
lus exar

corpus attriuit, misericordiæque parenti preces obtulit, animo esse cœpit meliore. Verba hæc fuere Theophili deplorentis, flagitium agnoscentis, & virginem appellantis: Domina mea, solatium meum, spes unica mea, cui Angelus benedixit, humani tutela generis, & omnium, quotquot ad te confugiunt, portus & anchora, faue, succurre, subueni, meque omnium, quos terra tulit, longè teterrimum miserare; scio equidem quanto me facinore obstrinxerim, qualem & tibi, & ex te genito filio iniuriam intulerim, grauissimi, teterrimi que sceleris reum me esse confiteor, sed intimo animi sensu dolentem, gementem, perfidiam execrantem, Deipara, suscipe, tuo me filio siste; vbi conseruatoris mei Christi iratum animū ad beneuolentiam lenitatemque deduxeris, qui nunquam se à sua matre frustra sinit orari, miserimi Theophili preces exaudi, quem veterator premit antiquus, tenetque captiuum. Flet, eiulatque detestandi fœderis recordatione Theophilus, querelis omnia complet, atque suspiriis, faciem verberat, humi cubat, & in virginis templi ieiunus hæret pauimento, ad Dei parentis conuersus effigiem, te, inquit, mater alma, quam ista nobis proponit imago, te proximum, & secundum Deum adiutricem & aduocatam, qui peccauimus, habemus, ad te aspiciēs intacta illa seruabo atque integra, quæ tibi vota nuncupo, neque enim post Deū remediū quæri potest aliunde, nisi à te, quæ sola restas, vt nobis sis saluti, quos angit sceleris concicietia grauissimi. In hac virginis eade sanctissime dies Theophilus quadraginta permansit, nullumque orandi, lamentandi, patrociniūque Mariæ virginis implorandi finem faciebat; verberum, precationis, ieiunij, perseuerantisque fiduciæ fructus apparuit. Nā Theophili lacrymosæ preces ita virginem exorant, vt nefarium illud chirorgaphū, quod sua manu Theophilus exararat, sigillo consignarat, demoni que tradiderat, de manu

de manu deceptoris extortum virgine adiuuante receperit, metumque posuerit, tabellis namque, vtiunt, obsignatis, cum Theophilo agere, & cum chirographo conuincere tenebrosus iam ille non poterat, posteaquam ad Theophilum scheda rediit, in qua fidei horribilis, nefariaque inficiatio legebatur. Cumque animi verè poenitentis documenta dedisset, & per Episcopum reconciliatus esset Ecclesie, eò sanctitatis, celsitudinisque peruenit, vt in sanctorum numerum relati, ascriptique Theophili pridie nonas Februarias diem festum Græcorum agat Ecclesia.

DE DIVO VINCENTIO FER-
variensi.

Petrus Ra-
nascanus in
eius vita li. 1.
c. 3. & 9.

MARIÆ Virginis pietas, atque religio in Vincentij adolescentis animo ita radicibus fixis infederat, vt, quodcumque diuini verbi concionatores sempiternæ matris laudes attingerent, inexplicabili lætitia perfunderetur, neque præ gaudio lacrymas contineret. Et hoc quidem amorem virginis, honorem illo testabatur iudicio, quod in Mariæ laudem, antequam Prædicatorum ordini se mancipauit, horarias præces quotidie recitabat; Dominicanus iam factus matutino absoluto penso nocte vna precans, quemdam forma senili vidit, & barba longissima, qui se hoc insinuauit exordio.

Adsum, atque aduenio ex Ægypti solitudine remotoque secessu, vbi mirabilem continentiam cum rara & inusitata ciborum ieiunitate coniunxi. Qui enim iuuenis omnes eram corporis voluptates expertus, tandem aliquando resipiscens scelerum veniam clementissimi largitoris dono promerui. Quocirca si homini seni & visu rerum edocto habenda fides est, autor tibi sum, vt florentis ætatis tuæ miseratus intempestiuam istam vitæ asperitatem senectuti referues

referu
gemq
tatis e
bi tar
dæ mo
natus,
& imp
iussit, q
xit, sed
fus. Sci
licet no
pe, pro
ui, tuos
fractus
teterim
centius
perpetu
uidium
que lect
trauit, v
eius cus
vox est, r
que datu
temque
te potuis
rato titu
gaum qu
illa velle
adduci p
castitatis
bus virgo
na proce
vt horrib
dignaretu
Mater Vir
se præbui

referues. Te enim quandocumque respexeris, ad frugemq; receperis, Deus ille clemētiæ fons & benignitatis excipiet. His auditis, Vincentij pectus expauit, ubi tamen collecto animo monita illa perpendit, ac dæmonis esse coniecit, nullo hospitem responso dignatus, sese Deo & beatissimæ virgini commendauit, & impressione crucis tortuosum serpentem facessere iussit, qui non Ægyptium monachum, quem se finxit, sed tartareum dæmonem esset oratione profusus. Scilicet me tironem falli posse credideras; at ego licet nouus miles, & inexercitatus, tamen Christi oppe, pro quo his me laboribus asperitatibusque deuoui, tuos impetus retardabo. Dæmon resecta fraude fractus abiectusque discedit, magno edito gemitu, & teterrimo odore diffuso. Alio quodam tempore Vincentius antelucanis vigilijs Hieronymi librum de perpetua Mariæ Dei Matris virginitate aduersus Heluidium lectitabat, ac diligenter euoluebat, suauitateque lectionis allectus beatissimam virginem obseruauit, ut ne suam virginitatem lædi pateretur, sed eius custos esset, atque patrona. Hæc oranti inaudita vox est, non omnibus licere virginitatem adipisci, neque datum cuique esse, ut corporis florem integritatemque conseruet. Te hucusque virgineum appellare potuisti; non tamen sinam te amplius tam honorato titulo triumphare. Vincentius ancipitem ambiguumque sermonem retractabat, & quid sibi verba illa vellent, anxius ac mœrens cogitabat, neque tamē adduci poterat, ut orationem illam parum amātem castitatis ex Mariæ ore fluxisse crederet, quæ virginibus virgo studiosissimè patrocinator. Itaque in genua procumbens virginem Matrem enixè obsecrat, ut horribilis minacisque sermonis verum sensum dignaretur ostendere: breui interuallo beatissima Dei Mater Vincentio cum augustissima luce videndam præbuit, cuius aspectus mœstum Vincentij animum

mum mirabiliter recreauit. tunc virgo hunc est exor-
 sa sermonem: quæ audisti, verba diaboli fuerunt, id
 agentis, vt eorum obiecta mole deterritis à virtute
 delectas. Tu verò & cautus & constans esto; etsi e-
 nim hostis antiquus innumerabiles tibi tendat insi-
 dias, & ad virginitatem euertendam, cæterasque vir-
 tutes labefactindas, machinas omnes ad moueat, ta-
 men speres oportet, atque omnia tibi de dominante
 illo in nobis Deo præclara promittas, cuius præsidio
 tectus & dæmonis arma contemnes, & omnes eius
 artes versutiasque peruincas. Vincentius beatissimæ
 Matri tum consulenti, tum maximè præmonenti gra-
 tias egit ex corde, quibus actis, illa discessit. Illo ex
 tempore tantus Vincentium ardor incendit, itaque
 mutatus est, vt non homo ex terra concretus, & cor-
 poris mole grauatus, sed Angelus esse videretur.
 Quod, vt alia præmittam, duplex de duabus femi-
 nis victoria declarauit, quarum altera primaria
 fuit, & non minus genere, quàm forma præcellens:
 quæ Vincentij amore captiua ægrotare se finxit, &
 peccatorum euentita confessionem Vincentium
 accessit. Adest ille nominatim vocatus, recedentibus,
 qui aderant, solus cum sola relinquitur, titubantem
 audire incipit, ac verba præ pudore scindentem. Sed
 cum augefcente amoris egritudine pudor ipse decre-
 sceret, turpem morbum animique vlcus aperuit.
 Ô virginis rata promissa! Ô Vincentium verè videri:
 non matronæ magna formositas, non preces illæ
 molliculæ, non blanda conciliatrix nobilitas, non se-
 creti inuicula cubiculi, non species obiecta sensi-
 bus, non à dæmone subditæ facies in tanta oportu-
 nitate flagitij castissimi sacerdotis animum mouere
 potuerunt, vtque ipse palam confessus est diabolus,
 medijs ex flammis intactus exiuit. Meretrix altera
 fuit, quæ in eius intromissa cubiculum, lenocinia
 frustra tentauit, & quæ subornata venerat, corrupta-
 que

que
 entol
 fella

D

O

ijs qu
 vetter
 gante.
 trona
 imagi
 deiecto
 strepit
 tua nu
 tabat.
 huiusc
 obliuio
 tem co
 est sibi
 tes, ac v
 tes; que
 ginem;
 da esse
 bono ole
 salutari
 tis mei
 qui à se
 congru
 ciam, vi
 diuit ar
 tis. Neq
 diu iuci
 Parisijs

que muneribus, vt Christianum hunc Xenocratem
entolliret, Vincentij sanctitate commota scelus con-
fessa emendationem promisit.

DE QVIBVSDAM NOVITIIS EX
demoniaco timore ac fuga retractis.

QVAM esset Virgini charus hostias ille Domi-
nicus, nutantium quorundam nouitiorum,
beneficio Deiparæ, confirmatio declarauit. Ex
ijs quidam grauissimè oppugnabatur à dæmone, vt
vestem albam, & vitæ candorem relinqueret, insti-
gante. ille anxius accurrit ad Virginem religionis pa-
trionam, eamque precando sollicitat. flexis ante illius
imaginem genibus, & toto ad reuerentiam demisso
deiectoque corpore. Cum in mundo essem, atque in
stupore populari versarer, me Mater protegebas: in
tua nunc me domo viuentem ne derelinque, clami-
tabat. Noli me destituere, Mater gloriosa, nec tironis
huiusce tui, quem valde dæmon impellit, te capiat
obliuio. videbatur arridere imago Deiparæ, ac me
trem consolari. Nocte alia eadem comprecans visus
est sibi videre duos se à Monasterij foribus excluden-
tes, ac vestes, quas profanus induere solebat, offeren-
tes; quo quasi monstro exterritus vociferatur ad vir-
ginem; Mater te appello, hunc religiosæ vitæ cursum
da esse perpetuum; fretine me in hoc vitæ genere la-
borioso illo quidem atque aspero, sed tamē maximè
salutari. Perfice, vt secundum Dominici legem paren-
tis mei proximorum concionator euadam non is,
qui à seipso dissentiat, sed qui vitam verbis præbeat
congruentem, vt & mihi, & ijs, apud quos verba fa-
ciam, vitalis esse possit oratio. hæc precans vocem au-
diuit annuentis Deiparæ, ac se ita facturam pollicen-
tis. Neq; tētatus est amplius, recedētiq; tristitiæ gau-
diū iucūditasq; successit. Alter nouitius ortu Belgæ, q̄
Parisijs nomē Dominico dederat, principio suauissi-

simè habitus, post vel quia prosper esse nesciuit, vel ut vtrumque expertus prodesset omnibus posset, fortissimo Serpentis ictu eius est tentata constantia, vel victa potius. Egredi enim ex religioso clauastro statuerat, & ad ollas Ægyptias remigrare. Ergò die quadã, finita iam circuitione illa cœlesti, qua salue Regina solenni cærimonia cantatur, dum alij alibi ad templi angulos, atque recessus, ut Deum ac virginem sibi propitient, adhærescunt, qui mos auream illam Dominicanorum aetatem decorabat, ipse exitum quærit, & captat occultum; quem cum non inuenisset, cõmunem portam adoriri non dubitat, & cum ipso, si fortè resisteret, lanitore pugnare. Erat in ipso ad ianuam cursu beatissimæ imago Deiparæ affixa parietis, quam salutare necesse fuit more & instituto monachorum. Nemo in Virginis incidebat effigiem, quin flexis genibus salutationem Angeli recitaret. Surgere cum vellet, precatione absoluta, non potuit; iterum conatus se attollere perstat Immobilis; quare diuinit⁹ se teneri ope & opera virginis intellexit, mæfionisque voto emisso, re nulla impediente, surrexit. Vbi è terra extitit, meliora & cogitauit, & fecit, & in illa vitæ professione perdurauit. Tertius & genere, & virtute conspicuus subito dæmonis incurfu prolapsus respectare cæpit ad illa, quæ abiecit, impellenti cedens, primas vestes, lugubremque (etsi ei latus videbatur) vitæ laxioris amictum repetiuit. Iam religionis Antistiti, ac fratribus longum valedixerat exitum frustra dissuadentibus, cum ad Virginis, priusquam egreditur, altare decurrit, ut & illam relinqueret salutatam. vbi genua inflexit, ita cum virgine, scis Mater, scis inquam, tantis & asperitatibus & laboribus, qui huic vitæ comitantur, parem me esse non posse; itaque te annuente discedo: exeuntem adiua, & quacumque ingrediar, tuo me fauore prosequere. Illicò febris iuuenem tam grauis, vehemensque corripuit.

pui
tiu
lect
tiu
toq
que
hon
nis p
co S
patr
runt

C
deie
dieq
macu
nou
vitæ
inter
præte
se irre
tur. D
pro ar
mole
laqu
tè de
nefa
tris, &
ipse r
rat, pr
catam
Ab ha
stros l

puit, vt se pedibus sustinere non posset. Fratres nouitium miserati ad valetudinarium deduxerunt, & in lectulo amantissimè collocarūt. Morbi occasione diutius manere, intra cœnobij muros necesse fuit, sanatoque nouitij corpore, sanatus pariter animus est, atque ita dispulsæ tenebræ, vt nulla per omnem vitam hominis pectus nox talix obscurârit. Quin & dæmonis palam apparentis, ac plurimos tentantis, Cantico Salue Regina, solenni que pompa, Dominicani patres vim ac tyrannidem sæpe numero compresserunt.

DE QVODAM DÆMONIS
familiari.

QVIDAM, cum a flagitiosa vita ne diuinis quidè monitis animo frequenter illapsis deterri possset, nocturno viso perterritus, ac de cubili deiectus statuit diuinis monitis obtemperare; postriedieque, cum sacerdotem conuenisset, è nostris scelerū maculas confessione deleuit, deque eius sententia nouum vitæ genus instituit. Alius cum superioris vitæ tempus sanctissimè traduxisset, sensim pietatis intermittens officia, pari turpitudine innocentiam præteritam obscurauit. Iis enim vitiorum illecebris se irretierat, vt iam familiariter malo dæmone vtretur. Demum post aliquot annos hominem diabolus pro amicitia rogat, vt suam sibi vitam, & corpus immolet. Cum ille annuisset, & in secretum locum, vt laqueo vitam clauderet, secessisset, ecce tibi lux repēte de cœlo. Pristina virtus redit in memoriam, & benefacta præterita, & votiuz peregrinationes Dei Matris, & Sanctorum causa susceptæ. Quæ dum secum ipse reputat, priusquam collum in laqueum inferat, proximam concedit in ædem ipsi Dei Matri dicatam, quam præcipua quadam religione coluerat. Ab hac alium subito mutatur in virum, & ad nostros longo itinerum interuallo contendit. Vis lacry-

*Nicolaus
Orland. nris
in Ann. Societ. 1584.
de historia
Lusitana
provincia
ijsdè verbis.*

marum, & doloris plena confessio facile declarauit, quam praesens illi fuerit beatissimæ Virginis auxiliū, quæ neminem vnquam deserit piè ac suppliciter implorata.

EXTRAORDINARIIS SCELERIBVS

*veniam impetrat, anticipatoque remedio à
pœnis liberat sempiternis.*

CAPVT X.

De quodam summo Pontifice.

*Thomas
Cantipra-
tensis in vi-
ta Ludgar-
dis virginis
sanctæ.*

VIR doctus & grauis, qui vniuersæ fuerat pastor ecclesiæ, vita sanctus se Lutgardi purgationibus ambitum flammis ostendit, nomenque suum edidit, & Mariæ virginis deprecatione ab inferorum perpetuis pœnis liberatum se esse affirmauit quibus nisi misericordiæ Mater obstitisset, cuius in honorem monasterium grande condiderat, puniretur, illiusque precibus ac meritis sibi ab immortalī Deo extremam pœnitentiam impetratam, sed purgantis ignis quàm longissima restare supplicia, quorum tardissima acerbitas beatæ illius vitæ expectatione tolerabilis reddebatur. vtinam Christiani saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent! Mortuorum sunt pœnæ atrocissimæ, diuusque Augustinus quædam ex actis sanctæ Perpetuæ testimonia desumit, & illud in primis de Dinocrate septenni puero eiusdem Perpetuæ fratre germano, quæ mortuum, & id ætatis pœnis obnoxium precibus à tormento liberauit. Non sunt hæc negligenda Christianis, sed animo semper meditanda, atque ita viuendum, vt cursus animorum in cœlum aut parum aut nihil retardetur.

DE QUODAM DYNASTA.

*Ex Chroni-
co Fernandi
à castello*

PARISII diuo Dominico alacriter concionante, vir quidam summæ potestatis, & opū maximū in eadē vrbe commemorabatur, vitijs omni-

mibus, sed maximè libidini deditus, qui morbus i- *to. l. r. de*
 ta in hominis animo inueterauerat, vt neque moni- *rebus S. Do*
 tis, neque precibus locum relinqueret. Hæbebat in *minici. cap.*
 matrimonio foeminam sanctitatis laude percelebrem *34.*
 ex Galliæ Regum stirpe generatam. hæc & ex perdita
 mariti vita, & ex ipsa pellicum naturali inuidia
 grauem animo dolore capiebat. Nam Dei offensio
 ex viri obscenitate dolori erat, & sibi concubinas esse
 prælatas ægrè admodum tolebat. Quin & ipsa,
 quod minimè debuit, vltura viri, adulteria vicissim
 cogitabat. Huic perturbatissimæ matronæ monstrata
 per visum inferorum illa supplicia, quæ ob breuem
 voluptatem æterna libidinosi patiuntur. Pro molli-
 bus lectis fornaces grauissimis incendijs æstuabant;
 libidinosi horribiles dracones imminabant tam ar-
 cto complexu, vt se neque defendere, neque expedire
 possent. ex draconum oculis, naribus, atque ore flâ-
 mæ erumpebant teterrimi odoris, ardentis sulphuris
 venas. diceres veneno multiplici immundoque per-
 mistas. Hæc tabe purulenta corpus omne à capite ad
 pedes perpluebat, & ad visceta vique fornacis instar
 ardentia permanabat. Dracones liquefactum æs vn-
 dique profundebant, ita medicatum, vt corruptis il-
 lis partibus, quæ dolorem omniû maximè sentiunt,
 clamare & vociferari tam intentè cogerentur, vt plâ-
 goribus tartara remugirent. Et tamen mori non po-
 terant, cum id maximè cuperent, scilicet desperato sine
 tormentorû. locû quoq; viro suo præparatû aspexit,
 dolori sempiternæque miseriæ, si ita viuere pergeret,
 subeundis. Soluta somno, coniugis miseretur; cogi-
 tarique pœnitentia flagitij, suoque adhuc Zelotypiæ
 tabescens cruciatu, diuum Dominicû conuenit pœ-
 næ releuandæ, quæ dies noctesque animû cruciabat.
 Bonus pater mulieris hanc ægritudinē sacra illa rosa
 curauit, quâ de manu Virginis accepisset, & salutariû
 calculorum religioso sadalirio persuaso, animum ab

illo mœrore ad lætitiã iucunditatẽque traduxit. Quin & suum ipse Rosarium matronæ dedit, ac post quindecim dies, quos in eo peruolutando positura esset, mariti nocte dormientis vt capiti supponat, admonuit. Hoc accepto munere domum spei plena reuertitur, ac sacri funiculi globulos omnes piẽ & religiosẽ, vt erat iussa, precando percurrit; quo euoluto tempore, sub quiescentis conjugis puluinari locat, rẽque totam Deo, eiusque beatissimæ, ac beneficentissimæ Matri commendat. qua primũ nocte suppositum Rosarium est, vir ille primarius vehementer cõtremuisse dicitur, & vim magnam lacrymarum profudisse, inque vxoris manibus & gremio totum se lamentis dedisse, Deum implorasse, suę vxoris se precibus commendasse. Consequenti nocte consopitũ vocat ad iudiciũ Deus, demonum turba circũstante, & innumerabilium flagitiorum, quæ opponebantur, vltionem debitam flagitante; fuitque tanta inter dormiendum anxietas, vt somno abrupto confictaretur vehementer, veniamque adulteriorum ab vxore peteret emendatione promissa. Nox tertia subiecto itidem, quod nesciebat ille, Rosario omniũ maximẽ horribilis fuit: siquidem in somnio tractus ad inferos pœnas vidit, quibus illie turpis voluptas & obscœna punitur. Neque oculis solum, sed cætero etiam corpore doluit, eorumque tormentorum, quæ in illis sedibus libidinosi mulierosique perferunt, partem aliquam dormiens viuensque præsensit, & in illis cruciatibus, qui corpus verẽ torquebant, tandem perstitit, dum Angelus fautor occurrit, qui cum hominem ex illis tormẽtis eripuisset, Rosarium, Rosarii que sodalitatẽ imperasset, nuncium attulit, illa si faceret, vitæ melioris. Necessẽ est, inquit, Rosarii te initiare mysterijs, vt per illius sanctæ societatis fratres obtineas, quæ minus ipse per te mereris accipere. vbi è somno euigilauit, magno cum doloris

sensu

sent
con
tia,
se
ctet
one
præ
relat
riur
ste, d
gifsq
tor, l
mou
integ
rum
pore
lum,
rifiem
conte
quid

D

D
nulla
ille to
cipe q
stitit:
rectio
mia ex
vitæ f
miseri
copio
vnde

sensu vxori syncerum à morem, fidemque pollicitus
 conjugalem promissorum, veritatis, atque constan-
 tiæ, omnia patefacientem testatus est diem, daturum
 se operam, vt morum correctionem mundus spe-
 cteret vniuersus. Vitæ nouitatem auspicatus à confes-
 sione, diuo audiente Dominico, & viuendi leges
 præscribente, in sodalium, vti mandarat Angelus,
 relatus est numerum, tanta cum firmitate, vt Rosa-
 rium nunquam è manibus poneret. Bellàs cum ho-
 ste, domi quietus, in agro, in itinere, cum Rege Re-
 gisque intimis, vbique locorum, Rosarij tenax recita-
 tor, laudatorque fuit, cuius pietatem maximè pro-
 mouit in Gallia. Nobilissimæ suæ vxori, quoad vixit,
 integram fidem conseruauit. Longo demum anno-
 rum euoluto spatio, vtrumque coniugem, vno tem-
 pore mors extinxit, animisque aduolantibus in cœ-
 lum, Maria virgine deducente, amborum corpora Pa-
 risiensis primarij templi vna atque eadem sepultura
 contexit; est enim hæc rosæ vis, vt ne marcescens
 quidem, suauitatis odorem amittat,

DE QVODAM ALIO VIRO PRI-
 mario.

Frater Ioã-

DIVI Dominici Cæsar Augustæ habitæ con- nes Monta-
 ciones omnium studiis excitatis ingentes *nes D. Do-*
 clamores plaususque commouerant, neque *minici co-*
 nulla tum opinio de Rosario, quod vbique cœlestis *mes, & asse-*
 ille topiarius ferere studebat. Fructus laboris in prin- *cla in com-*
 tate quodam viro, qui Petrus dicebatur, maximè cõ- *mēt. de vita*
 fluit: cuius quo erat vita deformior, eò magis cor- *& miracu-*
 rectio & salus enituit. Erat magna Petri nobilitas, ni- *lia S. Domi-*
 mia ex fortunis, opibusque potentia, sed vtramque *nici, & Fer-*
 vitæ flagitia dedecorabant, vt nihil illo tota in vrbe *nādus Ca-*
 miserius, id quod euenire necesse est, vbi in generosis *stellanus li.*
 copiosisque hominibus probitas vitæ requiritur, *1. tom. 1. de*
 vnde & genus, & diuitiæ claram lucem mutantur. *rebus S. Do-*

Hic diui Dominici præclara facinora ex ore narratum admiratus, ita secum tacitus egit. Spem equidem salutis abiecti, & diuinæ misericordiæ ianuam aditumque præclusi, vel argilla potius, & saxi obturati, sed eorum tamen spectator, quamuis ociosus ero, & testis oculatus curiositati satiandæ, quæ de hoc concionatore à tam multis prædicantur. Itaque die quodam in templum magno tum clientium tum famulorum comitatu sola nouitate ductus intrauit. Vidit ex ipso ambone Dominicus miserum dynastiæ à tot dæmonibus catenatum pertrahi, quot scelerum genera commisisset. fudit pro illo preces ab imo pectore, & hominis sui cognati, quod nonnullæ historiæ confirmant, causam & litem rerum omnium effectori Deo votis ardentissimis cōmendauit, tum demum concionem exorsus est, quam nondum inchoarat. In ea animorū ex mortifera culpa perniciæ, stragem, interitum, exitium, & quamdam quasi carnicinam verbis atque sententiis diuinus ille orator amplificat, non quales Rhetorum ludus docet, sed quæ in Christu schola traduntur. Terruit quidē Dominici uehemens oratio petram illam, silicemq; durissimum, & quasi loco mouit, non tamen emolliuit. Apparebat hominem esse cōmotam, nullo cum sanitatis & vitæ proposito melioris. Iterum celeberrimis quibusdam feriis in templum Petrus ad rem sacram audiendam ingressus, Dominicū concionantem offendit, Rosario manu prætento, quo tanquā Mosis baculo tot res tamque mirabiles faciebat. Diuinus præco minimè ignarus, auditorē illum, interuentoremque miserrimum sine ingenti miraculo conuerti non posse, ad Petri introitum ira exclamauit: Christe & prædulcis & præpotēs perface, ut auditores mei eius qui modo in tuam ædem pedem intulit, miseram conditionem, animi statum, periculūque peruideant. Preces chari Dominici Christus accepit, ac

pit, a
dente
capti
hic
bilis
inuis
tant
re om
fuga
tentio
stupu
cur ip
rent, &
facies
tum, a
bus p
ferna.
natio
simul
tartar
consp
poter
formi
rat, cū
incept
riam, c
& que
suique
me pe
minur
pinqu
tanqu
nicus
signa
recrea
menta

pit, ac multi ex illis, qui aderant, Deo vim suam ostē-
 dente, cacodæmonas mille viderunt Petri animam
 captiuam ferroque deuinctam pertrahentes. Ingens
 hic ortus est clamor, concitatusque tumultus horri-
 bilis fugientium, vociferantium, perstreptentiū, vt ab
 inuiso immani que monstro sibi quisque caueat, hor-
 rantium, belluamque trucem auersantium, immine-
 re omnibus tartarum, quem Petrus circumferret, in
 fuga esse salutem. Ad has vocum incredibiles con-
 tentiones, terroresque multorum, inscius Petrus ob-
 stupuit, & ex vno famulorum tremefacto quaesuit,
 cur ipse fugeret, aliique palantes, ac dispersi recede-
 rent, & pauerēt, attoniti; Ista, inquit famulus, me tua
 facies, & figura conturbat, quæ non meum mihi he-
 rum, ac dominum, sed Sathanam repræsētat. Te ere-
 bus pro suo habet, vincit, rapit, & raptat manus in-
 ferna. Hinc fuga popularis, murmur, terror & cōster-
 natio plurimorū. Ipsa quoque nobilis vxor exclamat,
 simulatque Dei voluntate mariti sui miseriam, &
 tartareos illos vexatores aspexit, tancillæ dæmonum
 conspecto agmine gemitus & vlulatus continere nō
 poterant, trium horarum spatio insolens illa forma,
 formidolosaque species templum omne turbaue-
 rat, cum Petrus iam sui & compos & similis ita fari
 incepit; in extremam mihi videor redactus esse mise-
 riam, quem plebs cuncta, famuli, amicique defugiūt,
 & quod est admirabilius, coniux ipsa perhorrescit,
 sui que mariti cane peius & angue vitat aspectum. ō
 me perditum, ac plane desperatum! cui vni post ho-
 minum memoriam accidit, vt notos, ignotos, pro-
 pinquos, alienos, domesticos, externos suo aspectu
 tanquam Cerberus alter vertat in fugam? Tū Domi-
 nicus tempestiua oratione pauentē populū, & crucis
 signa iterantem anhelitumque trahentem à timore
 recreauit, & fratrem Bernardum comitem suum adla-
 mentantem, plorantem, & se sine modo plangentem
 Petrum

Petrum cum mandatis, Rosarioque mittit; hæc erit Bernardo interprete præcepta Dominici: quacunque gradiaris, quoque te vertas, orcus insequitur, populo id quidem spectante, & te, cuius id scire maximè intererat, nesciente; sed tamen de peccatis tuis omnibus confitere, ac pœnas à te ipso quam durissimas repete, cape simul hoc Deiparæ Rosarium, & in eius salubri precatione totus occupare, nisi vis, vt te terra discedens absorbeat. Rosarium Petrus accepit, ac tremebundus ita respondit: Meo nomine, frater optime, renuncia Dominico, hoc eius munus mihi fuisse gratissimum, & quando meas miseras multò me videt apertius, det operam medicinæ faciendæ, idque à me suppliciter postulari. Inde Rosarium illud coram beatissimæ Dei matris imagine recitavit, mox apud eundem Dominicum totius vitæ scelera posuit. quibus auditis, sanctus pater Virginem ad sententiam in difficili causâ rectè ferendam inuocauit, ac de pœnæ imponendæ modo consuluit. Igitur suavis Virginis præter alia, quæ tam publicè propter exempli offensionem, quam priuatim expiandis occultis sceleribus tum faciendâ, tum patiendâ præscripsit, Rosarium toto vitæ spacio recitare iussit. Peccatis absolutum consolatur, atque confirmat, in Dei iustitiâ & seueritate, inquit, incurreras, sed Rosarij beneficio in misericordiæ sinu conualescis. Ergò quo hæc tibi firma sit stabilisque possessio, in Sodalitium ascribitur, vt aliena merita tibi egentissimo suffragentur. Paret illicò Petrus negati toties Christi dolore contabescens, gallique cantu, id est Dominici voce correctus, seque ipse propria manu in sodalitatis tabulas refert, & catalogo ascribit sociorum. Denique Iudicium æquante Deo, qui prius miserimam Petri seruitutem aspexerant, teterrimaque spectra timebant, tribus ornatissimis coronis eiusdem Petri caput cinctum, redimitumque viderunt. Cumque

Rosa-

Ros
tion
pro
in
An
stus
vtri
ad v

H
no. N
educ
uini
paul
ad lu
mun
ynar
mou
vna è
cuius
nimu
fessio
mini
catur
fam,
se del
dopt
diis p
uas h
lasciu
uitiar
Deo f
nico

Rosarium, vt erat iussus, quotidie offerre, & salutationes veluti flores ex illa amœnitate legere, & ore proferre non sinerent, dignus fuit, quem Dei mater indulgentissimè habitum, mortis horæ præmoneret. Animum agenti affuit cum sua Matre Iesus Christus, de Deo Deus, & æterni patris vnigena filius, & vtriusque tutela defensus dæmonis partes irrisit, & ad vitam ascendit immortalem.

DE QVADAM FOEMINA.

FLORENTIÆ mulier quædam Dominici viuerebat ætate fortuna & forma percelebris, quæ Benedicta dicebatur, nomine factis alieno. Nam parentum socordia in formosæ diuitisque educatione filiolarum, ludorūq; adultæ frequentia, conuiuiorum, lentæque mente luxuries, & vitæ licentia paulatim ac sensim Benedictam alioquin honoratam ad lupanar prostibulumque traxerunt, dedecus vltimum sceminarum. Illo ipso tempore Dominicus non vnam ciuitatem, sed cunctam suis concionibus commouebat Italiam; Benedicta diuitum tunc præconem vna è multis audiuit, verba ad populum facientem: cuius oratio tam altè in huius meretriculæ pectus animumque descendit, vt abeuntem prosequuta confessionem cum fletu poposcerit. Haud grauatè Dominicus, cui nihil erat cœlesti illa animorum mercatura iucundius, auditam, admonitam, reprehensam, & sine numero sceleribus absolutam, vt Christo se desponderet, hortatur, virginemque patronam adoptet, & poenitentia, vitæque austeræ septa præsidis pro castitate propugnet, ac cæteras virtutes nouas hospites tueatur, haustamque cum nutricis lacte lasciuiam profus exterminet. Christianæ scholæ nouitiam malus dæmon inuasit, annumque vnum Deo sinente cruciauit. Post annum, precante Dominico noua Christi discipula à Diaboli tortura liberatur.

*Alanus Rus
pensis lib. de
Rosario.*

tur. Eam Prædicatorum pater, ne fallatur atque erret præceptis informat, ad cætera remedia integri Rosarij pietatem adiungit, in quo centum & quinquaginta salutationes Angelicæ insunt, ac Dominicæ quindecim preces includuntur; Iesu & Mariæ crebra appellatione ab illis sordibus mundū fore animum, quibus se toties inquinasset. Patri dicto audiens Benedicta religiosum illud munus impleuit, sed breui temporis spatio in idem relapsa cœnum multo est facta deformior. Vt enim fluuij opposita mole sese vehementius, valentiusque profundunt, ita Florentina hæc meretrix, quo se diutius castra tenuerat, eò audiens impurissimas voluptates hauriebat, ut primum ad aures Domini venit, Benedictā recidisse, eò magis doluit, quo plures illi erant quos Benedictæ forma capiebat, & captos trudebat ad mortem. Ergo in eodem Benedictæ venit, porcorumque gregem inde expulit, quos Circe illa de mentis statu deiecerat. Ad templū adductæ confessionem audit, & lacrymis testatur, quanti mulieris sibi stare interitus, Rosarij arma rursus capere iubet, & in Christiana vigilia permanere. Cum autem malus dæmon iterum miseram distorqueret, tamen ad duo illa Iesu & Mariæ sacra augustaque nomina, quæ sine fremitu ac rabie immensissima bestia audire non poterat, nouam hanc Thaidem agitare intermittebat. Post aliquot dies tracta est in visio ad Dei tribunal præpotentis, uiuorumque & mortuorum iudicis incorrupti. Proposito libro vitæ omnia scelera, & maleficia legere cogitur, ac multorum videre tormenta, quos ipsa ad æternum interitum præmisisset. Vidit quoque quam plurimos, quos turpissimæ vitæ portento, monstroque pestifero quasi venenosi anhelitu draconis partim exterruit. Etenim quæ impudica femina est, leuiculus lenocinio semper illaqueat, constantes vitæ turpis offendit exemplo. hoc illa spectaculo

cul
cha
tibu
cid
suis
de p
fuis
scel
iudic
re. l
tissim
niter
hic q
crum
recon
que p
& pra
medi
ta de
quib
hæc v
lerun
tam r
recol
nem,
sit pec
vel in
enda
tat in
genie
adem
nis ex
rum q
suppl
magn
tas,

culo vehementer exclamat, se erubi seminarium, & charybdim adolescentiæ compellat, væ, inquit, patribus meis, quorum dissoluta negligentia in hoc decidi pelagus vitiorum. Væ item illis, qui me primi suis blandimentis puellulam deceperunt, ac delinitâ deprauarunt. Talia ingemiscenti D. Dominicum adfuisse suadentem, vti ad Deiparæ pedes pudibunda, scelerum pertæsa, & supplex accideret, eiusque illo in iudicio patrocinium lacrymosa, & gemens imploraret. Id fecisse confestim fientem & eiulantem, beatissimamque virginis personam interponentem, vt penitendi tempus spaciumque daretur, impetrasse. Et hic quidē visionis illius & finis & fructus. Mox dū sacrum audit, quod idem Dominicus faciebat, scelerū recordata, quæ legerat, vt ex libro deleterentur, inanescque paginas videret, quas scriptas in suum dedecus & probum aspexerat, vehementer exoptauit. Hæc meditans subito arripitur, & à sensibus procul ablata de manu virginis quinque sibi rosas dari vidit, quibus peccata literis signata deleteret. In prima Rosa hæc verba inerant aureis literis exarata: tuorum scelerum, ac diuinæ pariter misericordiæ memento, quæ tam tibi propria fuit. Alterius rosæ illa erat inscriptio: recole acerbissimam Christi Domini nostri passionem, quæ vnâ cum sanctorum vitis asperimim, quæ sit peccati sceditas Deo inuisa, monstrabit, quando vel innocentissimi sui nece filij hominum scelera luenda, vlciscendaque esse iudicauit. Flos tertius ita est inscriptus; Adamum, Adami que recordare progeniem; illi vna tantum culpa deliciarum paradysum ademit: hanc eadem illa culpa felicissimæ conditionis expertem in hanc compulit malorum miserationumque congeriem: quin & illa perpende, qualibus supplicis peccantes affici soleant, quorum profectò magnitudine quanta sit mortiferæ culpæ deformitas, declaratur, teque tanto pluribus obstrictam flagi-

flagitiis nullas poenas tales dependere, quæ longè grauiores, merebaris. In quarta Rosa hæc legebantur; Agnosce Dei beneficium singulare, vt in Christianorum terris nascere, tanto ante prouidentis; quo illorū sacris imbuereris, inter quos nata esses ac genita. Quo bono quam multæ regiones, regna, prouinciæ, quantaq; orbis destituta sit portio, te minimè fugit. Nam mundi incolæ maximā partem à fide viuunt alieni, cū tibi quamuis indignæ veritatis lumen affulserit, & ex interitu ad vitam sis reuocata, tuis te factis accusantibus, suppliciumque immane poscentibus. Etiam atque etiam cogita, tali ac tanto Dei clementissimi dono nullā vitæ nec religionem, nec sanctitatem parem esse futuram, tantamque Christi Domini liberalitatem nullis nostris meritis posse adæquari. In quintæ rosæ foliis tanquā pagellis hæc monita cōtinebātur. Pœnas memoria teneto, quibus sōtes in hac misera vita iudex ille rectissimus punire cōsuevit. Repete à Caino sui parricida germani; repete à Cham sui parentis irrisore; illos reminiscere, quos ob leue furtum furca suspendit, cum tibi longè turpiori supplicium Dei misericordia, nemo iudex imponat. Considera permultos, qui ob errata leuiora, tamen quia mortifera, æternis inferorum pœnis cruciātur, quibus hodie vniuersi orbis possessio tanti nō esset, dummodo ad has oras vnus horæ reditus concederetur sceleribus expiandis. Tu interim otio abundas, quod illis denegatur, tempusque tibi suppeditat ad vitam corrigendā. post visionem hāc, illius philosophiæ interpretē, quæ morū est præclara emēdatrix, Benedicto eiusmodi vitam instituit, quæ omnium admirationem commoueret. Nā & de suis Florentinis quā plurimos ad Rosariū inuitauit, cuius medicina tā salutaris extitisset. Alio quodam tempore eisdem Benedictæ Seruator Christus affulsit, ostensioque superioris libro visionis, qui errata omnis vitæ

scelera

fec
turi
pè
la
niu
da
por
hi d
iter
Chr
Ala
que
virg

V
lustr
Deu
inuo
que n
pellas
que i
culo
admi
conf
dit fa
rum
Terti
parui
quo n
Brigit
perat,
tus à c

sceleraque clauderat : en, inquit, liber ille de rebus
tuis insolitisque flagitijs ex nigro factus est albus, quip-
pe quem & candida mea rosa parentis, & tuæ ipsius
lacrymæ dealbarint, atraque tuorum scelerum notas
niueo cādore mutauerint. Nunc igitur in charta mū-
da atque alba puritatem vitæ conscribere, quam esse o-
portet æternam. Exara patientiam, cuius amorē mi-
hi debes, albis his paginis, ter sisque ac mundatis. Vifa
iterum Deipara est, monens, vt ad illa præstanda, quæ
Christus imperauit, Rosarij vteretur auxilio. Hæc
Alanus Rupēsis tum ex diuino oraculo, tum ex libro
quem Thomas à templo Diui Dominici affecla de
virgine scripsit, se didicisse testatur.

DE QVODAM VIRO
prædiuite.

VIR quidam copiosus & potens cū & corpore
ægotaret, & mortifero animi morbo teneretur, nec adduci posset, vt peccata confessione
lustraret, idque sancta Brigitta sciret, miseratione tacta
Deum pro illius obstinantis salute precibus sollicitis
inuocauit. Mox ad Brigittā Deus, vade, inquit, tuum-
que moneto presbyterum, vt istum, pro quo me ap-
pellas, inuisat ægotum, ad peccatorum plenam at-
que integram confessionem adhortetur. Abit curri-
culo sacerdos, vt se aperiat, ac de peccatis confiteatur
admissis, author est ægro. Negat ille in præsentia
confessione sibi opus esse, quam sæpè factitasset. re-
dit sacerdos infecta re, mandat Brigittæ Deus, vt ite-
rum mittat, inde simileque responsum reportauit.
Tertiò Brigittæ perditarum ouulum recuperator ap-
paruit, & quæ tandem hominis impedimenta sint,
quo minus peccata fateatur, ostendit; sacerdotem
Brigittæ confessarium vt eodem tertiò destinet, im-
perat, præscium illorum, propter quæ pertinax ægro-
tus à cōfessione refugeret, cum tertiò pater adfuisset,

*Blosius in
Monili spi-
rituali c. i.*

& flagitia, quæ à confessione retraherent, à Brigit-
ta cœlestis admonita edoctus exprobrasset, nouam
tenebrosæ hominis peruicacis menti uicem attu-
lit. Nam peccatorum tantoperè tædui, tantoq; est
scelerum horrore percussus, ut diceret, dubium se esse
de salute sempiterna; lacrymarum vim ingentē post-
habita cōsolatione profunderet, sacerdotemq; illum
Dei interpretem his verbis percontaretur; qui fiet,
bone pater, ut veniam Deus mihi condonet tantis,
tamq̄ue inauditis sceleribus irretico? Ad quem pres-
byter: caue desperes, inquit, de quæ diuina miseratione
diffidas Licet enim multo plura, & longè grauio-
ra siue flagitia, siue maleficia perpetrasses, tamen con-
fessione legitima, atque animi intimo dolore remis-
sionem à nostro Deo, se agnoscentibus, corrigenti-
busque facillimo, consequeris. Hac spe erectus erra-
ta detexit, illoque ipso die, post primam confessionē,
quam à tam perditō homine factam oportebat esse,
tum longam, tam maximam, tres alias repetiuit. Die
postero sacrosanctum Christi corpus accepit, sexto
animam suo reddidit creatori Brigittam fons ille bo-
nitatis Deus de mortui hominis huius æterna salute,
dequæ sospitatis scelicissima sorte fecit certiozem, in-
quæ purgante igne, dum pœnas noxarum soluat, de-
tineri, illius autem inusitata: admonitionis tripli-
catum nuncium, singularisq; Dei patientiæ eleme-
ntiæq; causam ad Virginem referri debere pro illo de-
precaentem. Amauerat enim locuples ille Dei ma-
trem, & quos dolores ex acerbissimis filij tormen-
tis Virgo pertulerat, eorum dolorum memoriam ui-
uens recolebat. Fuitq; angorum Deiparæ, quã gladius
Simeone prædicente transfodit, meditatio salutaris
in morte: ut verissima esse credam, quæ de Senensis
Catharinæ quadam apocalypsi dicuntur. Indicatum
illi diuinitus, sanctissimã Virginē ac Dei Matrem in-
comparabilem, esse suauissimæ instar habere, in ha-
mum

*Lansper-
gius in ser-
mo. de As-
sumptis.*

mum Dei piscatoris insertæ, ad homines capiendos,
 & ex vitiorum profundissimo pelago, & perditæ vitæ
 fluctibus extrahendos, Sanctusq; Bernus Abbas Au-
 genſis in Epistola, quam ad Petrum Pannoniæ Regē
 scripsit, præcepta dedit minimè negligenda. Monet
 enim, vt ad Mariæ pedes sese frequenter abijciat, atq;
 eandem ardentissimo studio deprecetur; hoc enim,
 inquit ille, si facis, perpetuumque conseruas, pedem
 citò referes ex omni rerum ac temporum difficulta-
 te, omnesque animi angores, molestiasque depelles.
 Nam si Deus humilium & abiectorum preces exau-
 dit: quanto libentius postulata suæ matris accipiet?
 Hoc etiam S. Gertrudis visione comprobatur, cui cœ-
 lestia contuenti Dei mater / ac cœli Regina præsens
 affulsit, palla mirabili corpus omne contegente. quo
 ipso tempore diuersa animalia sunt obiecta Gertru-
 di, bestię dissimiles ad Deiparam alacriter accurren-
 tes, ac se pallē illius oblongę sinibus occultantes. Quas
 vniuersas Dei mater humanissimè acceptas laxitate
 vestis obuelabat, singulas leniter manu tractabat, &
 blandè permulcebat: vt heri catulos solent, qui domi
 nascuntur. Gertrudi admiranti, & quid illud esset, ne-
 scienti declaratum est, mutas illas pecudes, variq; ge-
 neris animantes perditorum hominum, & multipli-
 citer in Dei legem peccantium imaginem quamdam
 exhibere, qui tamen Virginis amantes ad eam in ad-
 uersis rebus turbidisque confugiunt, illam autem ad-
 uersus animalia rationis expertia charitatem miseri-
 cordiæ symbolum esse, qua clementiæ mater libidi-
 nosis, flagitiosis, facinorosis se inuocantibus opitu-
 latur & fauet.

*Multiplex
 fructus in-
 uocata Vir-
 ginis.*

*Blossus ibi-
 dem.*

DE QVADAM FOEMINA.

NONVM fœmina, vt postea compertum est, *Franciscus*
 annum stultitia, an alterius suasu, impiè de *Bernus in*
 Christo, eiusque matre sentiebat. Sanctum *Ann. Socie-*
 qui-

*tatis 1588.
de Prouin-
cia Neapo-
litana, ijsdē
verbis.*

quidem vtrumque, sed neque illum Deum, neque illam virginem. Ingressa cœnobium mulierum tam dirum venenum coquens in pectore ab imaginaria confessione ad venerandum Eucharistiæ sacramentum accedebat, & accipiebat quidem, pandens sepulchrum gutturis, panem Angelorum: sed vbi licebat per astantiū aspectum, mox expuebat in linteolum, indignissimè proculcandum. Et hanc tamen non abiecit Dei clementia. tertio Paschatis die cum Dominicum corpus de more obtereret, acuique, quales ferre ad ornatum capitis mulieres solent, atrociter confingeret, è qualibet punctiuncula fluidus sanguis eminebat. Viso perterrita in ignem proiicit; vereri visus ille conditorem suum, in geminas diuisas partes loco cessit, & seruauit illæsum. Tum verò piget mulierem incæpti, execrandum scelus agnoscit, vocatoque sacerdotei curatori animarum palam aperit; de huius sententia, & illius voluntate res Barium defertur ad nostros, per hos deinde ad superiores, & consultum scœminæ. Valuit, quod in illos dies incidit, lubileum pontificium cuiuslibet noxæ expiandæ. Eidem interea oblata dicitur imago Euangelistæ Ioannis cum Deipara virgine, quæ etsi primo indignationis manifesta præbuit indicia, postmodum, vt sunt placabiles cœlestium animi, spem veniæ, viamque ostendit. Et visitur etiam nunc Sacrosancta hostia sanguineis guttulis, interpuncta, quam etsi sacerdos ille vehementer contendit, vt nostri accipiant seruandam in templo, dilata deliberatio ad aduentum patris Prouincialis, qui propediem nunciabatur affuturus.

*Ibid. de hi-
stor. Ger-
mania su-
perioris, ijs-
dem verbis.*

DE QVODAM PECCANTE
grauissimè.

CVLTVI beatissimæ Virginis deditus quidam graui perpetrato diuino scelere quietem capiebat nocturnā, cum sub primum somnum

num excitus est ab incerta voce obiiicentis commis-
sum flagitium recens, & venisse se, vt supplicium de
eo sumeret, obstrepentis. Non oblitus est in supremo
periculo veteris patronæ; ea inuocata aduentum nō
differt, pellitque hostem immanem hæc cum fremi-
tu ingemiscētem: enim verò summa iniuria est, me
vnicum propter peccatū, quod admissi primus, æter-
nis pœnis addictum, istum tam multis coopertum
sceleribus ad spem veniæ reseruari. Excitauit strepi-
tus domesticos omnes, qui metu attoniti missam
exaudiere vocem cūm stridore horrendo.

DE QVODAM IUVENE.

IUVENIS profligatus ac perditus, cūm nec pa-
rentum, nec vxoris admonitu innouare se vellet
ad honestatem vitæ, in nocturnis tenebris post
strepitum, & fragorem ingentem videre visus draco-
nem horribili specie, & statim perterritus exclamat
ad coniugem; fer opem vxor; draco diductis fauci-
bus mihi interitum minatur. At mulier nihilo au-
daciore, cruce frontem muni, inquit, & Mariam Dei
matrem voca; hoc facto diffugit spectrum, & audita
vox, abijceret sarcinam peccatorum, adiret Societatis
patres de tota vita consilium daturus.

*Ibid. de hist.
sedis Pas-
cuariensis,
ijsdem ver-
bis.*

SVORVM MENTES VIRTVTVM

omnium condecorat ornamentis.

CAPVT XII.

De sancto Euthymio Abbate.

THEODOSIVS veste Monachus, moribus *Cyrillus*
& secta dæmon horribilis, Palæstinæ bonam *Monachus*
partem infecerat, Eudociam religiosi impera- *in eius vi-*
toris religiosam vxorem deprauarat, Nestoriano ne-
fario dogmate ab inferis reuocato, Chalcedonensiq;
Synodo vehementer oppugnata. Et cūm monachos
multos

multos falsus propheta coëgisset errare, magnum quoque per duos oratores, vel potius deceptores inuadit Euthymium, ad suam corruptissimam sententiam conatus adducere. ille impudentissima audita legatione, Catholicæ Ecclesiæ Concilia sequi palam affirmavit, & cum Cyrillo Alexandrino sentire se dixit, qui veritatis magister optimus esset, deinde Mariam virginem Deiparam pleno ore pronunciat, quæ unigenitum Dei filium peperisset, qui filius, quod ad diuinitatem attinet, æternus sit, & ex Patre natus ante omnia secula, idem carnem & corpus suscepit in tempore, vt nos in libertatem vindicaret. Duas etiam Euthymius in vna persona hypostasiq; naturas se agnoscere professus est, vtque illa suo nomine Theodosio Pseudomonacho, fidei desertori, & religionis Catholicæ fugitio responderentur, imperauit. ex his duobus, quos ille Iudas proditor impudenter audaciterque legarat, Euthymio alter assensit vera & certa prædicanti, neque illos sequi perseverauit, quos ille Antichristus alienarat à fide Catholica. Cum autem Eudocia calamitatibus edocta ad se tandem aliquando redisset, deque recta in fide sententia magnum Simeonem in columna stantem per literas consulisset; mirari se Simon dixit, quod, vicino fonte neglecto, aquam procul hauriret. quo Eudocia mota monitaq; respõso Euthymium accersit, ad cuius pedes abiecta, inque fide instituta summa totius orbis gratulatione ad Ecclesiam rediuit, vnde se decepta deduxerat; quam Ecclesiam Romanus Põtifex administrat, inque Petri reducta nauiculam desinit tandè aliquando fluctuare, errorem errorisq; magistrum publicè detestata, vt, quæ publico pessimo Augusta peccarat, præclaro & noto cunctis exemplo corrigeret. Templamulta eò solidiùs firmiusq; fundauit, quod erat in fide constantior. Neque verò magno illi Solitario Gerasimo vitæ asperitas, prodigiolaq; pauperies

bono

bono
saper
The
nach
De
virgi
ctita
med
pore
uinu
miss
ne ef
nion
tus,
falut

D

I

grita
fex f
diri,
tute
inca
fide
tatis
quo
cun
in fl
& e
Co
tat
rue
stra
Hi

bono fuisset, nisi ab eodem Euthymio recta in fide sapere didicisset. Nam & hūc furia illa deceperat, quæ Theodosij nomen assumpsit. Legat Cyrillum Monachum, qui Euthymij volet facta cognoscere, quem Deiparæ nominis præclarum assertorē in tantam Dei virginisq; eiusdem filius, ipsa, vt reor, deprecante, sanctitatem extulit, vt visus sit aliquando sacrificians in media flamma consistere, quæ Euthymiū ab eo tempore, in quo sanctus, sanctus, sanctus, dicimus, & diuinum illud Trisagion cum Angelis vsurpamus, ad missæ finem circumplexa, quanto diuini amoris igne esset accensus, ostēdebat. Idem in sancti communionē Corporis Christi alios illuminari videre solitus, alios obscurari, quippè quod morti sit malis, & salutē vitæque bonis.

DE QVADAM SANCTI-
moniali.

IN quodam monasterio Deiparæ Virgini dicato, quædam religiosa, vixit ab ipso ætatis initio sanctis educta moribus, atque virginei floris integritate pernobilis. Huic dæmon sator inuidiæ, & opifex falsitatis de flore virginali perniciosa fraude blandi, laudare sanctitatem, & Angelicam prædicare virtutem; dumque fallacias puella recipit, & admittit incautus, socias præ se despiciere, & virorum sibi præfidens non vitare congressus, sed humanæ imbecillitatis oblita familiares cum illis conferre sermones, quos longè visos tanquam malum quoddam auspicium defugere debuisset; quare paulatim ac sensim in stuprum prolapsa sacrilegum, punitæ indulgentiæ, & elationis castigatæ memorabile reliquit exemplū. Cor enim, vt verissimè Salomon, ante ruinam exaltatur. Nefario admissō scelere, tristitiæ fluctib⁹ ita obtuebatur, vt portū tenere nō posset; ita cogitando distrahebatur, vt penè desperet, ac sui impos insaniret. Hinc perpetrati conscientia flagitij, quasi quibusdam

*Ex histor.
quam de S.
Annove
Colonienſi
Episcopo
quidā scri-
psit, Regin-
hardo Sige-
burgensis
Abbate cœ-
nobij Anno-
nis intimo
multa di-
ctante.
Prosa. 16.*

agitata furiis bacchatur, hinc vitæ superioris, & amiffæ virginitatis memoria velut telo fixa condolebat. Ergo se dabat lamentis & fletibus, perennesque ex oculis lacrymæ defluebant. Cum autem arescentibus lacrymis libidinis sensus animum titillaret, metuens, ne vullis pudoris & verecundiæ repagulis, immundis voluptatibus, vt ceperat, sic fræna laxaret, & quocunque corporis appetitus incumberet, cõ voluntas inclinaret, in cælum suspiciens altè ingemuit, Deumque enixè precata est, vt occultam flagitij sceditatem contumelia publica vindicaret; fore enim, vt illa ratione fundaretur humilitas, solum firmamentumque virtutum; euerteretur superbia radix & semen vitiorum. interim aluus intumuit, index, vel potius violatæ castitatis locuples testis. illa præ pudore omnium oculos declinabat; non ei erat vita vitalis, non cibus suavis, non potus iucundus, non dulcis somnus; omnia amara, acerbata, aspera, & inuisa fiebant; ægritudine conficiebatur, mœrore senescebat; humanis tamen remedijs desperatis, diuina cogitabat, ac de Christi clemētia fausta sibi omnia promittebat, ante cuius imaginē cruci suffixi in templū sanctissimæ Dei Genitricis ingressa his precū querimonijs flebiliter utebatur. Iesu clemens, quæ lamentor, exaudi, & tantæ calamitatis historiam attende: neque meis flagitijs offensum tui te operis teneat obliuio, meritò aciure infra omnes me esse video, quæ dudum propriæ tenuitatis ignara supra omnes me esse gloriabar. Heu nefas, & votiux virginitatis ac Deo consecratæ iacturam, labemque miserrimam! ô religionis dedecus sempiternum! Nempe conueniens fuit, vt, quæ altos gerebat spiritus, scdissimè laberetur, & incesto stupro Dei templum domiciliumque pollueret, & floridum contaminaret tempus ætatis. ô me miseram, quæ cœlestis agni comitatu prohibita, gloriam cantici virginalis amissi! cõdona noxam,

beni-

benignissime mundi seruator; ecce ad tuę me parentis pedes aduoluo, qua deprecante, & intercurrente, remissionem, ac veniam captare non desinam. Nihil enim est, quod hæc virginum patrona, & corruptarum, quæ corrigi se volunt, aduocata non possit. Emendationem mi Christe polliceor, meque longè meci dissimilem te adiuuante fore promitto. Precantis, gementis, vbertim lacrymantis, sanctissimamque Deiparam templi illius præsidē subinde compellantis, atque eius dulce nomen inclamantis, misertus est Christus; cumque eiulare desiisset, & humo surrexisset, quæ ventrem ferebat pudore suffusa, mirabiliter deonerata est, aluoque detumescente, criminofus ille fœtus euauit, & lachrymis præ lætitia profusis, in præstandis, quæ magna promiserat, tarda non fuit. Siquidem annos multos pane se duntaxat & aqua sustentabat, & post lapsum longè melior facta est, quàm antè fuisset. Psalterium ter quotidie percurrerebat: primùm quidem strata humi, tum affixa genibus, postremò stans, & se pedibus rectà sustentans. Cùm summus esset ex aspera esurie pallor in ore, & macies cetero in corpore, & cùm venię spes huic Magdalenæ affulgere cœpisset, tortuosus ille coluber, quem iam pedibus præculcarat, denuo caput attollere, & arrogantiæ venenum afflare; illa suis edocta casibus principijs obsistendum, & ne prioribus malis peiora succederēt, prouidendum iudicauit. quamobrem sanctum Annonem adiuit præclarum religiosę vitæ magistrum, & quæ euen erant, ordine expositis, constantiæ remedium expoposcit, quo & in præsentia & in posterum fidens vteretur. Erat enim dolori amissa virginitas, nouamque pœnitentis vitæ iacturam metuebat. Annonem idcirco à se debere consuli, vt aduersus renascentem superbiam præcepta daret, quibus lubricos gressus confirmaret. Nam quæ pudicitiam sibi eripi permisisset, pœnitentię

fructus, si quos legisset, seruare ac retinere cupiebat, gubernatorem se inuenisse, cuius prudentia nauiculam in fluctibus consiliorum pondere ipso cōstitueret, marique & vento secuta committeret. vbi eam mirificè consolarus est Pontifex, spem omnē in Deo iubet reponere, illud Ioannis attestans, sine me nihil potestis facere. qui in humilitatis fundamento consistenter, eos à dæmonum impetu iri defensum, neque expiati iam sceleris nos noxa teneri, si nunquam sit animus iterandi; & cū scēminæ considerato ingenio superbiam inde extitisse cognosceret, quod solacias agendo, laborando, precando, esuriendo anteire studuisset, seuerè Pontifex monuit, ne quicquam sine exemplo tentaret externum atque plausibile, salutarem, sanctam, ac denique tutam esse viam, quæ à vitæ communis tramite ne latum quidem vnguem declinaret: Utque sororum simillimā cū flentibus fieret, cū orantibus oraret, cū esuriētibus esuriret, his instructa præceptis duce prudentia, quæ reliquarum virtutum est moderatrix, ita profecit, vt omnes domesticas longo interuallo superaret, vitæque excedens magnum sui desiderium relinqueret. Nam libidinem, quæ secretissima fuerat, nemini in mentem venerat suspicari. Certè quidem sacræ huic mulieritum Virginis Mariæ templum, tum maximè patrociniū ad ea, quæ dilapsa iam fuerant, astringenda, remedio fuit, & pectus tantis virtutibus exornandum auxilio.

DE SANCTO AVXENTIO

Monacho.

Simeon Metaphrastes
24. Febru.

VOCATVS Auxentius à religioso Imperatore Martiano, vt cū Patribus sexcentis & triginta Chalcedonenſis Concilij fidem assereret, hæc his verbis palam affirmavit: confiteor æterni Patris Verbum carnem ex beatissima Virgine verè perfe-

perfecteq; sumpsisse, ex virgine inquam non experta opus nuptiarum. Negabat idem, se congregi, cōiungere, & sacra participare posse, nisi cum illis, qui pleno ore faterentur Dei parentem virginem permanisse. Hoc idem dogma Catholicum sepe iterabat illos detestans, qui diuersa sentirent. Iam verò quæ Auxentij sanctitas fuerit, præter Martiani Augusti testimoniū, qui eum aggregabat Episcopis, vita ipsa monstrauit, miraculorumque facultas, quæ in Simconis Metaphrastis leguntur historia. Nam qui purissimæ cultor est Virginis, non vna est tantum virtute decorus, sed omnes omnium dotes assequitur.

DE ABBATE LEONTIO.

MONACHORVM pater Leontius sanctæ Dei genitricis obsequio deditissimus, annos quadraginta ab eius nunquam templo recessit, constantiam & pietatem remunerante Deipara. fuit enim miræ grauitatis, & in sui custodia persistens; quas virtutes mira quadam modestia condiebat. Nam erga egentes misericors, qui & pauper esset & cæcus, ei elemosynam manu porrigebat; sin autem, qui egebat, oculis captus non esset, stipem in eo loco ponebat, vnde inops acciperet, visamque desumeret. Videlicet aut in scamno, aut in basi ipsa columnæ, aut in sacelli gradibus propalam collocabat. interrogatus à quodam sene, cur non sua esset manu misericors, respondit non se esse, qui daret, sed Virginem templi patronam, egenorumque fautricem; ita gloriæ illius contemptor fuit, quam benemerendo homines consequuntur, & Virginem honorauit, cui, quod dabatur attribuit. Etenim Deiparæ laudem quærebat spectabatque Leontius, à qua virtutibus orna-

batur.

Ioannes E-
uiratus in
prato spiri-
tuali c. 62.

DE SANCTO LEONE, QVI SECVN-
duſ fuit Cauenſis Abbas, propè Nea-
polim.

Laurentius
Sirius de
vitis Sancti.
Iulij.

LEO Cauenſis monaſterij præfectus tantæ pu-
 ritatis fuit, vt diſcipulorum, quos plurimos in
 religioſæ vitæ rebus inſtituit, publico testi-
 monio ſanctiſſimam Dei Matrem orationis tempo-
 re viderit. Eius porro & humilitas & miſericordia eò
 peruenit, vt ex vicina ſylua lignorum faciem Saler-
 num deportaret, quo vendito panes emebat, quos
 pauperibus largiretur, gnarus, diuinæ Matris aſpectû
 non aliter promerendum, quàm maximarum exer-
 citatione virtutum, demiffionisq; præfertim amo-
 re, quem amorem actio ipſa comitetur. Neque
 enim Chriſti parens pulcherrimis ſolum eſt ornata
 virtutibus, ſed eos etiã de ſe colorat, quos comple-
 xa eſt.

DE LVTGARDE PRÆCLARA
Virgine.

Thomas
Cantipra-
tenſis in vi-
ta illius.

LVTGARDIS caſtitalis prælijs in tenera æta-
 te feliciter abſolutis atque conſectis, mundiq;
 rebus pro nihilo habitis, in monaſterio diuæ
 Catharinæ dicato cœleſtis ſponſi amoribus ardeſce-
 bat; quædam autem eius ſociæ tantæ ſanctitalis im-
 patientia caſtiſſimam, religioſiſſimamq; puellam
 Theonino dente rodebãt, & his cõuitijs Lutgardem
 alta ſpectantem inſequebantur: feruet ſanè quidem
 in Dei culu nouitia; vbi tamen ardor ille refruxerit, ea
 repetet, quæ nunc ſtulta, improvidaq; contemnit.
 Maximè profeſſo intereſt incipias ne, quod ſemper
 eſt facile, an incepta conſumes; quæ non omnibus
 facultas datur. Subſtantia celerata minuetur; eſt que-
 dam indiligentia diligens, nempe illorum, qui, quo
 ſint diuturniores, curſum tardare non dubitant. Hęc
 Lutgar-

Lutgardis audiebat, & ne verà à fatidicis illis caneretur, quia erat modestia, metuebat. Timenti ac sollicitate Dei mater apparuit, & his verbis metum excussit: non recides, sed mea te protegente custodia gradum in isto religiosæ vitæ cursu firmabis. Virtus in dies augebitur, nec est, quod ullam defectionem, nedum prolapsionem, reformides. Lutgardis ob tam præclara promissa eximiam se cultricem præbuit virginis Sacrosanctæ, in cuius vespertinis precibus versum à binis præciniti solitum sola cætabat, ea suavitate vocis, ut audientium animos pietate compleret. Inter modulandum videbat Christum agni specie præcandidi os ori applicantem, atque ipsius Lutgardis humeris incumbentem. Unde illa canendi suavitas extitit, quæ corda mulcebat. Cùm monasterium diuino iussu mutasset, sanctissimæ Matris altera visione recreata est, orantisque pro veteri suæ cœnobio preces exaudita, & Virginis Mariæ promissis animus vehementer erectus; primum tuum domicilium tua causa non deseram, Christi mater aiebat, sed illius temporaria bona, multoque magis æterna curabo. Ambrosij & Augustini canticum nocte quadam pronuncianti, ubi ad versum illum ventum est, tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis uterum; gratulabundo vultu Dei mater affuit, illaque verba sibi esse pergrata significat. Ergo Thomam huius vitæ historicum Lutgardis admonuit, uti versum illum pronuncians toto se pectore sacræ reuerentia virginis inclinaret, idque ex eo die solenne sibi fuisse Thomas Cantipratensis scribit. Proximo ante obitum paschate cum sua matre se illi Christus ostendit; decimo quinto ante mortem die Beatissima Dei parens Lutgardis visa unà cum Baptista Ioanne Christi præcuratore, quem Baptistam Lutgardis magnopere diligebat, sed sine odiosa & tetra contentione quarundam, quæ ita Baptistam diligunt, ut Euangelistam auersentur:

tur:

*Guilielmus
Affliniësis,
& Thomas
Cantipra-
tensis Lo-
uanij ex fa-
milia S. Do-
minici hu-
ius virginis
vitam lite-
ris manda-
uere.*

tur: quod muliercularum ciuile bellum, & risu dignum, & luctu, utinam ne in virginum cœnobijs tam sepe gereretur! Lurgardem his verbis affata Deipara, consentiente colloquenteq; Baptista: Nolumus istie esse diutius; cœli te ciues expectant, tuumq; aduentum læti atque hilares præstolantur; tandem in Domino feliciter obdormiuit, Anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, decimosexto Kal. Iulij, & moriens viuensque monstrauit, quæ animæ virginem ament, eas animas à virgine redamari.

DE SANCTA GERTRUDE.

*Ex libr. 4.
insinuatio-
num diui-
narum, quæ
librum Til-
manus Bre-
denbachius
concinna-
uit, homo
pius & eru-
ditus c. 49.*

VDVENTABANT feriæ Virginis in cœlum Assumptæ, Gertrude propter morbum in lecto decumbente, dolenteque grauiter, quòd Angelicas salutationes pro annorum numero, quos beata Virgo vixit in terris, morbo impedita recitare non posset. Demum post longam deliberationem statuit preces non tam numerare, quàm expèdere, & precum paucitatem mysteriorum, quæ incessent, considerantia compensare. Quare in illis tribus immorata, Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, beatissimæ Parenti pondere magis, quàm numero seruiebat, & has suas & aliorum preces (id vt faceret, rogabatur) cum Dei matri supplex offerret, sanctissima Deipara sese Gertrudi derepentem monstrauit, pallio circumamictam virenti colore, quod aureis floribus vndique pellucebat, trifoliorum specie, figurataque mirabili, eamque sic affatur; quot voces quilibet eorum, à quibus ista mihi defers, precando diffudit, tot me floribus exornauit, quorū vt vides, non vnus atque idem splendor apparet. vt enim quisque purissimè orauit, ita pulcherrimè suum mihi florē confirmauit. Ego interim cuiusq; precantis, meq; venerantis animum floribus depingo virtutum: & pulchritudinē, qua me illi vestierunt, sanctitate remetiō, & iucua-

&
spe
fan
d
au
mi
par
que
me
riol
His
res
rem
sua
qua
Salu
ta p
den
fore

C
beba
dir, n
latus
to, q
erat i
simo
hunc
datio
que n
obtin
corde
virtu

& iucundum filio meo vniuersisq̄ue cœlitibus tum spectaculum, tum munus exhibeo. visa quoque est sancta Dei mater inter illa trifolia intermixtas, quasdam habere rosas senum foliorū, quorum tria quasi aurea esse videbantur, diuersis, dissimilibusq̄; gemmis & vnionibus exornata, totidem altera incomparabilium colorum varietate distincta; intellectumque est, tribus aureis tria illa capita significari, quibus meditati atq; perpensis cūm ægro corpore esset, gloriosam Virginem non sine labore doloreq̄, laudabat. Hisq̄; cœlestis sponsus tres alios inexplicabiles colores addiderat reliquorum trium foliorum, primum remunerandæ voluntati, qua dulcissimam matrem suam salutasset; alterum prudentiæ præmium eius, quæ cūm se minus valere sentiret, tres illas Angelicæ Salutis partes elegisset, in quibus quasi cardinibus tota precandi ratio verteretur; tertium spei fuit confidentiæque donum, quia & filio & matri acceptum fore sperauit, quod ægotans obtulisset.

DE EADEM GERTRUDE.

ORANTI aliquando Gertrudi, & quid Deo placidissimū esset, diligentissimè peruestiganti, hoc que de Christi ore, quem præsentē habebat, audire cupienti animarum sponsus ita respondit, matri meæ, quam adesse vides, quæque meum latus cingit, assistito, & eius laudes studiosè concinito, quo audito cœli Reginam hymno laudauit, cuius erat initium, paradisi voluptatis, ei que de amœnissimo illo vireto gratulari institit, quod venienti in hunc mundum vnigenito Dei filio præparauit, laudationē sequuta illa petitio est, vt sibi pectoris quoque munditiem ad excipiendum Christum precibus obtineret. Hic Deiparam annuisse, & in precantis corde Gertrudis tanquam in virenti hortulo varios virtutum flores inseuisse. Rosam scilicet charitatis indicem,

Idem Tilmannus lib. 3. ca. 19. cui libro testimonia gratium virotum, qua idem Tilmannus collegit, operiq; præposuit, magna auctoritati fuerunt.

indicem, liliū virginitatis testem, violam humilitatis argumentum. Cū verò Gertrudis beneficentissimam Deiparam versu illo salutasset, Gaude morum disciplina, & sacrosanctæ Mariæ Virginis admirandam, atq; omnium & Angelorum & hominum vocibus prædicandam motuum, affectionumq; consensionem, atque cōcordiam, qua ne latum quidem vnguē à rationis præscripto recessit, mentem & animum tranquillauit, appetitiones coercuit, sensus in potestate habuit; ex quo etiam factum est, vt naturæ propensionibus tanquam modelissimis vteretur ancillis, Christoq; nostra hac carne vestito quam gratissimum præberet hospitium, miris laudibus extulisset, prædicasset, ornasset, darique sibi per virginem peteret, vt Christi hospita esset, apud quam primogenitus ille sempiterni patris non diuersetur inuitus, ecce subito à Deipara cupiditates humanas delicatarum specie & figura puellarū missas videt, quæ se regerent, quæque appetitus longius euagantes intra rationis gyrum cōtinerent, ad Domini obsequiū excitarent, illaque supponerent, quæ animi perturbatio nobis etipit, nō impedito rationis imperio. Quo perillustri documento coeli Regina monstrauit, ad ea præstanda, quæ petimus, se esse promptissimam, modò nos ipsi dignè comparemus. Gertrudis tantis ac talibus & obstricta, & obstupescata muneribus ab vnico Dei filio poscere non dubitauit, vt quādo propter hominum salutem hominē se fieri voluit, commissaque ignosceret, ommissa remitteret, illa partim supplere, partim explere dignetur, quæ in Deipara honoranda, illiusq; donis agnoscendis minus plene præstitisset. Magna vis postulati fidelis, maxima Christi erga Matrem charitas, reuerentiaque mirabilis. Ad Gertrudis hæc vota nouissima Christus assurgit, coram genitrice genu inflectit vtrumque, & eam pro dignitate salutatur, q̄ Gertrudis tanto inferior æquare non

no
ma
uis
be
mit
tren
per
amo
loru
irrig

N
ter ve
eo no
ria se
dicto
bus, se
tur, ve
videre
guran
do vis
in cru
des im
Ipsaqu
dit Ag
inquit
quod
fundam
ses ciu
runt, e
fuit, R
Agnat

non poterat. Nempe Dei filius gratissimum sibi suæ matris esse cultum ostendit, auctoritatemque grauissimam, cuius honorandæ quasi lacunas tam libenter, reuerenterque compleuit. Non est prætermittenda Gertrudis breuis illa precatio, qua Dei Matrem salutabat. Aue candidum liliū fulgidæ, semperque immotæ trinitatis, rosaque ptalucida cœlicę amcenitatis, de qua nasci, & cuius lacte pasci Rex cœlorum voluit, diuinis influxionibus animos nostros irriga, ac cœlesti cibo pasce.

DE AGNETE MONTIS POLITIANI.

NONO ætatis anno Agnes Montis Politiani cuius libentissimis parentibus ad monasterium Sacri se contulit, ita appellatum propter vestis asperitatem, qua se virgines induebant. In eo non vt puella nouem annorum, sed vt nonagenaria se gessit. Tanta ferebat vitæ religio, tanta morum, dictorumque prudentia. Quare non modò æqualibus, sed ipsi etiam magistræ, quæ Margarita dicebatur, venerationi fuit, non puellam, sed Angelum se videre affirmanti, cuius tum mente, tum corpore figuram & speciem candida Agnes exhibebat. Aliquādo visa est ab ipsis sororibus ante Christi imaginem in cruce confixi in altum precabunda sustolli & pedes imaginis osculari, quæ in altum sublata pēdebat. Ipsaque Regina cœlorum alio quodam die se ostendit Agneti, tresque gemmas seruandas dedit, fore enim, inquit, vt non sero templum ædifices nomine meo, quod sanctissimæ confessione Triadis tanquā solido fundamento constitues. Per idem tempus Porcenenses ciues nouum sacris virginibus cœnobium condiderunt, cui ipsamet Agnes annos nata quindecim præfuit, Romano pontifice Hostiensis oratu præfulis, cui Agnetis cognita sanctitas erat, annorū paucitatē legibus

*Ex scriptis
Seraphini
Rafey, &
ex hist. Fernandus
Castellani de
vita s. Dominici
p. 2.
li. 1. c. 72.*

gibus eximente, Oranti non semel cœlesti rore palla,
 qua tegebatur, immaduit, ipseque locus, vbi preces
 effuderat, ros & violis coopertus apparuit. Peruigi-
 lio Assumptæ virginis talem Agnes sensit affectum,
 vt nihil aliud nisi cœlum, cœlique gaudia, atque illius
 diei triumphum, Angelorumque, Deipara ascenden-
 te, tripudia cogitaret. Ergo virginem enixe precatur,
 vt se filij æterni dignetur aspectu. Hæc flagitanti Re-
 gina cœlestis cum filio resplenduit ea specie, qua tum
 fuit, cum eum in Bethlemi porticu peperit, viso Ag-
 netem defecit animus, sed à cœli Regina confirma-
 tur. Ipseque puer Iesus in manus ei traditur, cuius in
 amplexu præ dulcedine Agnes Agno potita cœlesti
 consensescere voluisset, tandem quod acceperat, red-
 didit, ita tamen, vt aliquid sibi tanto de munere re-
 seruaret, Crucem enim ex Christi collo serico filo ap-
 pensam ademit, ac manu præhensam retinuit, quæ
 crux hodie fidelibus eò aduentibus prima die Maij
 demonstratur. Cum autem fama sanctitatis terras
 multas peruagata esset, Agnetis ciues ad se illam in-
 uitarunt cunctantem & deliberantem Angelus per-
 visum templi illius admonuit, quod olim cœli Regi-
 na condi iussisset, atque constitui, in quem finem ter-
 nos preciosos lapides tribuisset. Quin & Deiparæ no-
 mine imperat, vt patriû auitumque montis Politianum
 solum reuisat, & in diuo, vbi erat lupanar, foedissimû
 dæmonû diuersorium, templum Deo eiusque Mariæ
 constituat, sanctumque Dominicum patronum ad-
 optet. Agnes non recusat imperium, tamque se
 præbet morigeram, vt breui monasterij pulchra mo-
 les exciterit, exturbatisque meretricibus sacræ virgi-
 nes vicissitudine admiranda successerint. quæ
 primam diuo Augustino, post diuo
 Dominico Pontificio obtento di-
 plomate, milita-
 runt.



IACOBUS diui Dominici alumnus mortuo patre, *Ibid. tom. 2. li. 2. c. 26.*
 & in sacrarum monasterium inclusa matre, in auia Ioannæ gremio educabatur, quæ religiosis moribus religiosa & pia nepotem instituit. Nam ad alia vitæ sanctæ præcepta illud adiunxit colendæ ac venerandæ Deiparæ, de qua multa & magna Iacobo puerulo, inflammandæ pietatis causa, memorabat: quare ad hanc Matrem aspicere, in ea confidere, & eâ patronam habere suadebat. Quæ omnia paruus nepos & pusillus haud surdus accipiens auribus horarias Virginis preces eadem hortante Ioanna quotidie recitabat. Id quod studiosius faceret, munuscula dabat, quin etiam magnum quid se est pollicita donaturam, si continenter centum dies virginalem Ecclesiæ cantum pronunciare persisteret. perstitit, absolutoque centum dierum penso mercedem promissâ exigenti complexum auia pro præmio retribuit, neque tamen Iacobus frontem inspirata illa mercede contraxit, immò verò ultra annos, & ætatem amatorem Virginis se fore promisit. Ac toto vitæ tempore preces, hymnosque Deiparæ, nullius expectata mercede, se recitaturum sponndit. Ætate procurrende diui Dominici se legibus obligauit, amictuque vestiuit; tantæque sanctitatis documenta dedit, vt longum historiæ campum reliquerit. Neque mirum videri debet tanto eum lumine claruisse, qui per lucis ianuam introisset. Notum est enim Ecclesiæ de beata virgine carmen illud, tu Regis alti ianuâ, & porta lucis fulgida.

DE S. HYACINTHO.

ASSUMPTIONIS peruigilia Hyacinthus Domini *Ibid. parte 1. l. 1. c. 48.*
 discipulus & precibus, & cœlestium rerû contemplatione, quas feræ illæ menti obii-
 ciebant, cum aliquando perageret, subito altare illud,

ante quod Hyacinthus orabat, collacrymabatque, lux clara circumfulsit. Mediam cœli Regina veſtiebat, quæ Hyacinthum bono eſſe animo iubet, preceſſeque auditas eſſe prænunciat. Quæ meum, inquit, filiũ cumque poſſeris, me deprecante conſequeris. Inde ad cœlum virgo reſſa ſui & aduentus & aditus veſtigia relquit, cantu, ſymphoniaque multiplici. Quæ & ſi à nobis dici non poteſt pro ingenij craſſitudine & vitæ huius conditione miſerrima, intelligi tamen valet à ſanctis, quibus uſu venit, vt tale aliquid præſentiant, vel cum adhuc peregrinantur in terris. Porrò Hyacinthi talis vita fuit, vt cum Eccleſiæ naſcentis hominibus comparari poſſet. Itaq; qui hodie gubernat Eccleſiam, Clemens hoc nomine octauus, Hyacinthum in ſanctorum numerum retulit anno Chriſti nonageſimo quarto ſupra ſeſquimilleſimum, & hunc precioſum lapidem vnum ex illis eſſe declarauit, quibus cœleſtis Hieroſolyma decoratur. Ex noſtra Societate Virginis amatores poſſem enumerare quam plurimos, qui quod Deiparam charitatis ardente flamma diligenter, ſanctitate floruerunt. Duos illos in præſentia recenſebo, quorum & perfectæ religionis, & admirandæ doctrinæ teſtis Hiſpania nullum in lateribus paginae affixum magnopere deſiderabit Authorem. Alter eſt Martinus Gutierrez Mariæ Dei Matris præco mirabilis, cuius conciones qui audiret, & mores aſpiceret, dubius erat atque anceps, vtra res emineret, adeò vitæ ſanctiſſimæ effigies erat, quæ ardebat, oratio. Salmaticenſis hunc Academia ſuſpexit, prima admirata eſt, Gallia pro Catholica fide certantem, morientemque vidit, & inuidit, & ignobilitatem ſepulchri, quale in terris hæreticorum inuenire fuit, nominis gloria compenſauit. Sed oſſa illius hoc anno milleſimo ſexcenteſimo tertio, in profeſſæ domus Valliſoleranæ templo honorificè condita ſunt: quæ ex Gallia pater Iacobus Turrianus

ria
tau
pti
q
ter
ciu
per
Ho
qu
uſq
ſiti
part

H
fab
illu
liqu
Igit
dit,
caco
Illa
hoſt
lianc
mag
Vide
tudo

H
med
Deip
med

rianus Peruanæ Prouincię diligenter inquisita reportauit. Alter Antonius Matridius Virginis amore captiuus, quam omni loco ac tempore celebrabat, ipsaque talem suum finxit Antonium, vt Patauinus ille terris esse relatus, ac redditus videretur. Pendebat ex eius ore Complutum, Hispalis verba facienti semper applausit, nihil aliis præcepit, quin ipse factitaret. Homo plane Euangelicus, & illo sæculo dignus, in quo Heroes illi florebant, quos vidit antiquitas. Vtriusque vitam addendū in Societatis leget historia, qui sitim volet explere, quam historiam iam diu Roma parturit, edetque propediem.

DE QVADAM FOEMINA.

BERNÆ virgo erat Catholicis parentibus, huic Musculus non ignobilis Caluiniſta hæreſim ſuadere conatus eſt fruſtra; numquam enim ſabbathis deſtitit à percurrendo Roſario, vt haberet illum honorem Deiparæ Virgini. Hoc dum facit aliquando perturbari, angſt animo, ac diuexari cœpit. Igitur poſtero die conducto equo Friburgum intendit, nec caruit inſidante. Ter illam excuſſam equo cacodæmon ad terram afflixit, exhortans ad reditū. Illa tenax propoſiti ire pergit, dum tandem ſuperatis hoſte viaque ad noſtros ſe ſiſtit cum Deo reconciliandam. Magna ſceminæ virtus, quæ nec hæretico magiſtro ceſſit, nec dæmone retrahenti conſenſit. Videlicet hæc erat à virgine, cuius erat ancilla, fortitudo.

DE QVODAM SODALI.

EX ſodalium numero graui quidam laborabat morbo, eoque magis timendo, quo vlcus erat interius. Cæca tabe haſſante, humanis remedijs fruſtra adhibitis, ad diuinam opem accurrit, Deiparam orat, vt, qua eſt poteſtate, & miſericordia, medicinam faciat, addit ad preces verberationē corporis.

*Bencius in
Annal. de
hiſt. col. Fri-
burgenſis
Germania
ſuperioris,
iſſdē verbis.
excepta
clauſula.*

*Ib. de Col-
legio Delm-
gano. iſſdē
verbis.*

poris. Hoc cum egisset, in paschatis peruigilio contripitur somno: tum deinde expergefactus, quasi incisa esset suppuratio, se personatum continuo intelligit, viruleata sanie, quæ latebat, eiecta. Hæc Bencius, quæ Parthenij sodalis animi virtutem ostendunt, ne in morbo quidem verbera corporis omittentis.

DE QUODAM CVLTORE DEI-
para.

*Id. Bencius
de hist. sedis
Pascuarensis
provincia
Mexicana.
iisdem verbis.*

MORTVVS ex Indorum numero quidam, qui diu in hac vrbe Principatum tenuerat, præclarum omninò atque euidens Indis, Hispanisque Christianæ pietatis exemplum. Is nostrorū olim sermonibus instructus euellendis viciis publicis, inserendis virtutibus semper dedit operam, vt similes sibi redderet subiectos. Quotidie sacrum audiebat, ponebat bonam diei partem ante beatissimæ effigiem virginis imprecationibus ad Deum. Doctrinæ Christianæ ita sitiens erat, vt nemo magis. Nec minus opera etiam benignè fecit. Mendico roganti eleemosynam, vt vestem emeret, suum pallium dedit, tum ipse rei occultandæ cupidus per diuerticula ac recessus clanculum domum reuertit. Sed & quibusdam, à quibus erat grauitè læsus, cum magna premerentur inopia, prius ad liberalitatem eius, quàm ad veniam confugientibus statim dedit, quod petebant, ne differendo videretur negare. Et iam spes iam obtinet, vt ipsius beneficio hæc sedes aliquot socios alat, omni quærendæ in posterum stipis labore sublato. ei postrò anno antequam obiret, ita se Deus infuderat, vt nullum verbum nisi diuinis de rebus, aut de periculo mortis audire veller. Cum in vltimis esset interroganti sacerdoti, ecquid commoueretur animo, quod coniugem, liberosque ortos relinqueret? minimè verò, inquit, quin potius letor, Deus enim viduam, & pupillos suscipiet, cuius in fidem

ac po-

ac potestatem illos me, meaque omnia commendo.
Atque his & talibus colloquutionibus piis sceliciter
quicuit.

CONTEMPLATIONIS, ET VITÆ

*spiritualis magistra est, & morum
emendatrix.*

CAPVT XIII

De Dino Martino Turonensi Episcopo.

VIDIT aliquando Martinus Turonensis Episcopus, de cuius laudibus nulla posteritas cōticefceret, vidit, inquam ad se venientem dulcedinis ac suauitatis fontem Mariam, Seruatoris Iesu matrem magno Virginum comitatu, cuius ex aspectu, & alloquio quantam animo voluptatem hauserit, quibus gaudiis exultauerit, quam se ad quosuis labores sufferendos atque vincendos comparauerit, quam magnus, & contemplantis, & agentis vitæ cultor euaserit, iis qui & verè Christiani sunt, & eius vitam relegerunt, cogitandum, perpendendumque relinquimus. Certè quidem de eius vita liber bibliopolas fecit locupletes. Nihil enim tam vendibile fuit, nihil quod magis & oblectaret animos, & erudiret.

*Seuerus Sul
piti⁹ de vi-
ta eiusdem
Martini.*

DE QVADAM MATRONA.

CATHARINÆ, sanctæ Brigittæ filia frater Carolus vxorē duxerat, quæ suæ affinis inducta exemplis paulò longius, quam soleret, orabat; & cum in sacello Beatæ Virginis aliquando eadem Catharina socia, preces supplices Caroli hæc vxor adhiberet, paulisper obdormiuit, videreque visā sanctam Dei Matris imaginem, antequam precabunda subsederat, Catharinam precationis comitem blādo vultu, se verò toruis oculis intuentem. Quare perfu-

*Seuerus de
vitis Sanctæ
Aprilis.*

sa lacrymis Dei Matrem rogat, cur se ita aspiceret, quodue vltia peccatum subirati animi præ se ferret indicia. Cui in hunc modum imaginem respondisse, si mores tuos & totius corporis cultum ad Catharinæ affinis, fratriæque tuæ exemplar conformasses, æquioribus te oculis aspexissem, nunc ita me gero, quia iste me auertit ornatus. Mulier ad se rediens & visionis auditionisque pungente memoria, spreta vestitiū lautitia, Catharinæ sui viri sororis & animi mores, & corporis cultum imitatur. Et verò Catharina Dei Matris amantissima fuit, quæ, præter alia religionis huius insignia, Deiparæ preces ad omnes horas diebus singulis piè & attentè relegebat.

DE PHILIPPO RHEGIENSI, DIVI
Francisci monacho.

*Suri⁹ de vi-
ta S. Elze-
rij comitis,*

PHILIPPI, ex D. Francisci familia clarissima, tâta vitæ sanctitas fuit, tamque bella simplicitas, vt ad primam illam nondum deprauatæ humanæ naturæ innocentiam rediisse videretur, idem propter animi candorem & puritatem morum singulorum vsque adeò Virgini sanctissimæ charus fuit, vt eam sæpè vidisse, & sermones cum ea familiares contulisse dicatur. Neque enim mississima parens ad eos ventitare grauat, quorum videt mores esse præclaros, & vitam ab his vsitatis, notisque seiunctâ. Nec est ambiendum, quin interiori eos magisterio doceat, quos externo dignatur aspectu.

DE IOANNE RVSBROCHIO.

*Ex vita,
quæ eius
scriptis ad-
dita circū-
fertur.*

RVSBROCHIVM diuina meditantem, & cœlestia quam attentissimè contuentem candens flamma solebat ambire. Hunc eundem accepimus Rosarij de Christo & Matre studiosissimū & pronunciatorem, & contemplatorem fuisse. Quem qui imitari vult (omnes autè velle debebunt) pietatis fructum plenum cumulatūque percipiet, &
animum

animum à societate corporis quàm maximè segregabit. Idem plurima aliorum viribus inaccessa perficiet, oculis inuisa & ignota perspiciet. Nā quos spirituales appellamus, eorum & mens claret, & manus est agilis.

DE QVODAM FRATRE IDIOTA.

ASSVMPTÆ in cœlos beatissimæ Virginis feriæ anno vertente recuiterant, cum Cistercienses monachi, & qui domestica munera religiosi laici tractabant in villis Claraualensis monasterij degentes ad ferias in cœnobio ire gestiebant: erat in vna villarum capillatus quidam Marthæ addictus officijs, qui sanctissimæ Virgini, literarum omnino rudis, quanta maxima poterat pietate, seruibat. Hunc Oeconomus, quamuis ire cupientem, cæteris ad diē festum missis in villa retinuit, atque ouium desertarum custodiæ mancipauit. Paret homo verè religiosus, & pius, & obedientiam suæ anteponebat voluntati. Et, quia corpore præsens esse nō poterat, animo saltē sacratissimis ferijs voluit interesse. Et, cū villa à Claraualensi monasterio non procul abesset, matutinarumque precum campanæ signum audiret, genua complicat sanctus opilio, & sese ad eam campi partē conuertit, quæ monasterium respectabat. Ibi cum lachrymis suspirijsque pernoctat, & in Virginis laudibus ad lucis ortum perseuerat, Angelica millies salutatione repetita, quam vnā homo idiota percallebat. Res Diuum Bernardū minimè latuit. Qui matutinis absolutis sui laici, operosique fratris pietatem in fratrum conuentu laudauit, eiusque in celebrandis Mariæ ferijs simplicitatem antetulit contemplationi eruditæ multorum. Quo exemplo excitati illi sunt, qui temporalia curabant, seque monachis ipsis haud inferiores futuros, si modò iussa facerent, & Deiparæ studiosi essent, cognouerunt. Neque verò lector existimet

*Ex annal.
Cisterciensis
monacho-
rum.*

stimet, hunc idiotam necessaria fidei Christianæ dogmata nesciuisse, quæ Bernardus huic suo ignorata esse non sineret, sed inscium hymnorum fuisse, quibus Virginem mater laudat Ecclesia, solumque illud Aue Maria pro carmine fuisse rusticulo, tanta cum dulcedine, quantam, qui sapientes erant, minimè degustarunt.

DE S. ELZEARIO.

*Scribitur de
vita. sãctorũ
Septembris.*

GARSENDA Elzearii comitis sanctissimi nutritrix, dum noctu in templo pro Elzeario suo alumno preces sollicita fundit, Christum ita loquentem audiuit, isti, quem mihi tam auidè commendas, meam ego matrem dedi magistram. Garsenda his vocibus obstupefacta Deo enixè supplicavit, ut, si fortè antiqui veteratoris semper illudentis verba illa fuissent, re ipsa detegeret, sin autem ex diuino oraculo profecta vox esset, ipsa veritas sese magis ac magis aperiret. Garsendæ iusta poscenti Christus exemit scrupulum. Sacrum enim intentis animi viribus audienti illapsa cælitus vox est, superiora confirmans. Rem totam Garsenda ad suum refert confessarium, virum sapientem, & religionis fama conspicuum. Ille de Elzeario remotis arbitris quærit, quemadmodum se gerat in precibus, exercitationibusque diuinis, quo in cœlesti philosophia vtatur magistro, & duce, quæve ex cœlitibus patronum asciuerit, quod in Oceano à perturbationum fluctibus nauis se rectore defendat. Elzearius sanctissimam Virginem suam esse magistram, patronamque respondet. Cùm enim, inquit ille, ad precandum meditandumque me comparo, propriæ indignitatis memor, & conscius, Matris gratiæ totum me regendum docendumque permitto. Eam obsecro, obrestorque suppliciter, ut, quæ filio sunt grata, suggerat, salutare opinioniones in animo inferat, insitasque custodiat. Deinde, qua possum, religione

gione Angelicam salutationem in Mariæ laudem versus, qua oblata nunquam mihi deest seges & materia contemplandi. Ex his Elzearii dictis bonus ille sacerdos, qui Ioannes Iuliani dicebatur, vera esse cōpēnit, quæ Garfenda narrauit. Adde factū hūc adolescentē sabbatis potissimū diuina consolatione solitū esse mulceri, primumque cœlestem motionem, impulsūque mirabiliorem Elzeario in Assumptæ Virginis ferijs euenisse. Ex ijs sancti Spiritus scholis Elzearius suæ rector egregius euasit, cuius domesticam disciplinam omnibus maritis cupio esse notissimā. Suos, maximos, minimos, quotidie sacrum iubebat audire, domique & foris castè integreque versari. Qui secus facerent, eos intra splendidi recti limen consistere ne temporis quidem puncto sinebat. Neminem suo pane vesci volebat eorum, qui mortifera scelera commisissent, veritus ne ad alios contagio permaneret, ipseque cogniti flagitij, neque puniti fautor esse videretur. Lata etiam lex est de peccatis octauo quoque die confitendis, & sacrosancta Eucharistia singulis mensibus capienda. Suæ quoque peramplicæ familiæ virgines, matronas, ancillas, nobilesque viros ante meridiem precibus, & pijs commentationibus, post meridiem manuum operibus vacare cogebat, iurandi non falsitatem modò, sed etiam leuitatem, ociosamque religionis vsurpationem, & sermonis lasciuiam ex aula relegauit. Qui contra præscriptam vitæ formulam, aut temerè iurassent, aut verba parum casta effutissent, eos humi prandere, famem solo pane reficere, aqua sitim extinguere, vel vno die intra cubiculum detineri, concessio communi cibo, bonus hic paterfamilias imperabat. Grauis insuper constituta pœna est aleatori, & nummos tesseras, ludove alio non probato fundenti. Domesticorum inter ipsos concordiam seuerissimè sanxit, &, ne inter se offenderent, solet.

solertissimè cautissimèque prouidit. Denique vt post meridiem ad colloquia rerum diuinarum aulici omnes quotidie conuenirent, statuit, ipseque spiritalibus his controuersijs semper interfuit, vel potius præsuit, atque præfedit: qui rogatus respondebat, attentissimè audiebatur à cæteris; dicentem qui interpellasset, excludebatur à cœtu illo iustorum, nec, nisi emendatus, ad salutarem disputationem reuocabatur. His religiosis institutis ac legibus suam illam domesticam rempublicam sanctus Comes temperauit, virginalemque Lauream cum Delphina sponsa promeruit: quam non aliter habuit, ac si soror esset ipsè nata parentibus. Et quia tam illustris, & clara virtus obscura esse non poterat, Robertus Neapolitanus Rex suum filium Carolum regni hæredem Elzeario instituendum erudiendumque commisit, exemploque principibus fuit, vt Regalium disciplinæ filiorum optimum quemque præficerent.

RELIGIOSAS FAMILIAS IN DEI
Ecclesiam intromittit.

CAPVT XIV.

De Carmelitanis.

*Hieronym.
Platus de
bono status
religiosi lib.
2. cap. 2.
his verbis.*

*De Sacra-
mentalibus
ritu. 9. c. 84.
De hoc li. 2.
c. 1. supra.*

CARMELITARVM institutum & si annis demum mille ducentis post Christum natum in Italiam illatum est, multò tamen antiquius fuisse, asserunt viri grauiissimi: cum memoriæ proditum sit, ipso anno salutis quadringentesimo duodecimo Ioanem Hierosolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipso Ordine antea fuerat, ei que præfuerat, regulam ei condidisse, ex quo apparet, ipsum etiam uetustius esse. certè non desunt multi, inter quos Valdensis vir grauis, qui existiment, iam tum ab Apostolorum tempore inchoatum in monte Carmelo, & argumento est nomen ipsum in Ecclesia, quæ prima

ma
fit.
lion
bi
ru
&
an
cha
& p
titi
ctis
hor
ma
no,
cun
ei fe
plan
com

F

qu
fima
bra
Nan
qui
nece
eos
mo,
est
men
tual
trien
tutib

ma omnium beatæ virgini in terrarum orbe dicata sit. Deinceps verò numero & hominum & domiciliorum per totam Palæstinam multiplicato irruentibus Saracenis dispersum esse ac dissipatum; sed ijs rursus eiectis anno salutis humanæ millesimo ferè & centesimo reffloruisse. Illud constat octoginta ferè annis post hanc instaurationem Albertum Patriarcham item Hierosolymitanum hominem doctum & prudentem datas ab Ioanne leges renouasse, & vtiliter admodum auxisse. Quam formulam traductis deinde in varias Europæ prouincias eius Ordinis hominibus, eo, quod antè diximus, tempore confirmavit Honorius tertius pontifex maximus, nocturno, vt fertur, beatæ Virginis viso admonitus. Nam cum de hoc instituto approbando ageretur, astitisse ei ferunt de nocte Deiparam, quæ eum impulerit, & planè iusserit, vt & institutum, & homines benignè complecteretur.

DE CARTHVSIANIS.

PRAETER hoc, quod dicimus, tam certum & e- *Idem l. 1. ca.*
uidens Dei patrocinium, illud quoque ad su- *24. his ver-*
mulum tum solatij, tum vtilitatis, conse- *bis.*
quuti sunt omnes religiosi, vt essent in tutela beatissimæ virginis Mariæ, eiusque tamquam vmbra recrearentur, eiusque præsidijs munirentur. Nam vt in magna domo præter patrem familias, qui caput est & princeps, matrem etiam aliquam esse necesse est, non solum ad gignendos liberos, sed ad eos deinde lactandos & alendos; sic in hac Dei domo, quæ est Ecclesia, & si communis omnium parës est Christus, qui suo omne sanguine regenerauit, tamen decuit suam quoque esse matrem, quæ ad spiritualem hanc vitam efficiendam, & ad eandem nutriendam, & propagandam, aliquid ipsa quoque virtutibus, officijs, meritisque suis conferret. Hæc autem

tem est salutifera hæc virgo, vt eam appellat sanctus Leo, de qua Germanus Patriarcha Constantinopolitanus vetus & grauis author hoc scripsit, quemadmodum continua respiratio non solum est signum vitæ, sed etiam causa, sic sanctissimum Mariæ nomen, quod, vt ipse ait, in Dei seruorum ore assiduè versatur, simul argumentum esse, quod vera vita viuant, simul etiam hanc ipsam vitam efficere, & conseruare, omnemque eis lætitiã & opem ad omnia impartiri; hoc igitur cunctis præstat, qui modò verè viuant. Sed tamen vt sol, qui in omnes naturales effectus influuit, eò vberius influuit, quò hi maiores; sic illius auxilium in omnes Ecclesiæ status deriuatur, verùm in eos præcipuè & maximè, qui gratiæ & sanctitatis gradu excellunt. In religioso autem statu illud insuper accedit, quod magnam quædam habet cum illius vita similitudinem, in qua verè gloriari possumus expressum quoddam religiosæ vitæ exemplar præfuisse. Nam paupertatem quidem eius & præsepe, & duo pulli columbarum, & cætera multa testantur. Obedientiam verò ipsum coniugium, quod eam viro subijciebat, cum esset ipsa & sanctitate & sapientia tanto superior. de continentia autem nihil attinet dicere, cum ipsa omnium princeps hoc pudicitæ signum sustulit, & quidem non solum voluntatis deliberatione, sed voto nuncupato. Quamobrem cum similitudo adeò amorem conciliare soleat, atque in Beata Virgine tam euidenter religiosã quædam formula eluxerit, quis possit dubitare, quin religiosos omnes tum singulos, tum vniuersos, ipsasque eorum familias totas amore præcipuo & singulari cura complectatur? hoc enim est, quod ait Bernardus, placere illi nuptias nostras spirituales multò magis, quàm illas carnales, quibus eam cum filio interfuisse legimus: illis enim homo homini, his anima

Chri-

Christo copulatur. Atque hoc etiam manifestius erit, si multorum ordinum initia inspiciamus, quæ cum ex huius sanctissimæ virginis pietate & charitate fluxisse constet, ab his, de quibus id constat, argumentari etiam licebit, de quibus nihil scriptum est; nullum esse ex his ordinibus, qui non ipsa adiuuante fundatus sit, eaque item adiuuante consistat. In primis enim de Carthusiensi familia antiqua & nobili hoc memoriæ traditum est, cum adhuc recens & tenera esset, in Gratianopolitana diocæsi, ubi nata est, & multa, ut fit, instigante dæmone aduersus illud institutum ubique iactarentur, absente præsertim Brunone fundatore, quem Urbani secundi imperium Romæ retinebat, pusillum illum gregem magna tempestate iactatum esse. Itaque cum ex vna parte vitæ austeritas, loci horror, & vastitas, ipsamet insuper paucitas molesta & odiosa, ex altera interior Dei spiritus, stellæ duces, turis illius consulti Parisiensis tam dirus exitus alternantes in eorum animis cogitationes efficerent; constituisse inter eos virum quemdam senio venerabilem, caluò capite, capillo crispo, qui omnipotentis Dei nomine polliceretur, sacratissimam Dei matrem ipsos in loco illo deserto semper conseruaturam, eisque aduocatum & custodem futuram, si in eius honorem horarias preces quotidie persolueret. Qui cum euauisset, remansit tamen in omnium mentibus noua lux quædam spei, gaudijque ingentis, nihilque addubitantes, quin senex ille esset Apostolus Petrus, statim communi consensu illam Dei, & fidelium omnium parentem sibi patronam delegerunt: Quæ quidem quam fideliter promissa præstitit, etiam nullo monente res ipsa declarat. Nam ab eo tempore ita semper solitudinem illam tenuerunt, ut etiam magnoperè illustrarint, ipsique & numero, & nomine magnopere aucti sint.

*Idē ibidem
ijsdē verbis.*

DE Cistertiensibus verò æquè certò item affirmare possumus. Cum enim eius Ordinis authores duo fuerint, Robertus qui initium dedit, Bernardus, qui ad eò amplificauit; de Bernardo quidem quis, modò eius scripta legerit, vel de eo aliquid audierit, dubitare potest, quin familia illa huic Virgini vel imprimis chara fuerit, in qua eius hic tantus amator extiterit, cui ipsa hunc suum amatorem & famulum donârit? Robertus autem fundator, vt dixi, eius familiæ, etiam antequam nasceretur, à Dei matre ad opus illud destinatus videtur; sic enim scriptum est, eam prægnanti matri apparuisse, cum aureum teneret annulum, itaque loquutam; Engardis, (id enim mulieri nomen erat) filium, quem geris, hoc mihi annulo desponderi volo. hæc igitur cum experrecta rem gaudens notasset, iterum deinde ad eam confirmandam eadem est obiecta visio, eiusque veritatem exitus demonstrauit. Ea enim desponsatio per religionem fuit, annulus votum castitatis.

DE PETRO ABBATE CLARAUALLENSIS.

*Casarius
monachus
Cistertiensis
lib. 7. dialogorum c. 11.
quos dialogos Trite-
mius laudat in suo
libro de-
script. Ec-
clesiasticis
Tilmanus*

QVAM hæc Cisterciensis familia Virgini chara esset, Cæsarij eiusdem familiæ alumni testatur historia. Nam cum ad Henricum imperatorem Frederici filium Cistercienses primarij patres de rebus ad eandem familiam maximè pertinentibus oratotes à suis missi Spiram peruenissent, in his Petrus cognomento monoculus vir magnæ sanctitatis, qui Clarauallense cœnobium Diui Bernardi monumentis nobile gubernabat, non postremus fuit. Igitur in urbem ingressi ad templum maximum beatæ virgini sacrum, quod tamen ipsi nesciebant, honorifice deducuntur; Vbi suas Deo immortalis preces obtulerunt, ponderosamque legationem re-

rum

rum omnium parenti ac Domino suppliciter com-
 mendarunt. Cæteris porro ab oratione surgentibus,
 ac templi sumptuosam molem, structuramque cer-
 nentibus, singulasque singularis fabricæ partes di-
 mensionesq; mirantibus, Petrus orare ac precari per-
 seuerat. Oranti (quod ipse obedientia coactus postea
 narrauit) Dei mater assistens illam ipsam deprecationem,
 quam Cistercienses suis monachis de via reuer-
 sionis solenni ritu pronunciant, amantissimè recita-
 uit; quam ego totidem verbis, vt Virginis charitas, &
 rerum illius ordinis appareat authoritas: omnipotens
 sempiternæ Deus miserere huic famulo tuo, & quid-
 quid ei in via subripuit visus aut auditus malæ rei,
 aut sermonis ociosi, ineffabili pietate propitiatus in-
 dulge, per Christum Dominum nostrum. Intellexit
 Petrus Spirensis illius magnificentissimi templi Vir-
 ginem esse patronam non aliunde, quàm ex sermo-
 ne diuinæ matris, quæ Cisterciensem hospitem no-
 tis verbis salutasset. Quantus porro erga Cistercium
 virginis amor sit, dialogorum Casarij Heisterbacen-
 sis septimus liber ostendit de huiusmodi plenus ex-
 plicis, quæ & si hæretici, & in ijs Ioânes Iacobus Frisius
 ex Zuinglianorum fœce suo more contemnunt, &
 fabulosa putant, tamen Catholici cum omnia, tum
 illa maximè probant, quæ idem Casarius grauissi-
 morum virorum testimonio cõfirmat. Et hanc qui-
 dem de Petri monoculi visione ex cuiusdam sui or-
 dinis Abbatis sermone se didicisse affirmat historiã;
 apud quem idem Petrus diuersari consueffet. Legat
 igitur Casarij dialogos, quos ita Diui Gregorij exem-
 plo, suæ memoriæ & ætatis multa narraturus, inscri-
 psit, qui gloriosæ Dei matris historiarum audius, ni-
 hil omninò fastidit, neque hac nostra est & breuitate
 & cautissima paucitate contentus. Sanitates ille per
 virginem, liberationes, admonitiones, vltiones, præ-
 cepta, & instituta vitæ oratione persequitur, impo-
 sita

Ex Annal. Cisterciensiu, ex D. Antonino 2. parte titulo 17. cap. 1. sectione 13. lita illa quidem, sed quæ redoleat pietatem, præ se ferat veritatem. Et quia de Petro fortissimo Cocite dicere incepimus, quædam alia iungamus. Eximiam generis claritatem diligenter occultabat. Communi cibo semper est usus, & cultu corporis animi præluccens donis, quæ vera sunt bona. Decora illa, quæ oculos mouere solent, neque habuit, neque magnopere desiderauit. Idem semper habitus oris, idemque animi status, à quo vultus ille vniformis fingebatur æquabilitatis; mirabili hoc dono, cum nouitius esset, ab immortalis Deo nostræ seruitutis depulsore affectum se esse narrabat. Nocturnis Dominicæ horis, quas matutinas dicimus, cum aliquando fratrum suorum socius in choro psalleret, repentino dolore capitis egredi cupiebat, sed vox audita, laudans inuocabo Dominum, & ab inimis meis saluus ero, cessantem, & portam spectantem in canendi officio continuit; redeunte morbo, ne exiret, vox eadem impedit. Nox tota, quæ restabat, & diei insequentis ad missæ finem pars dimidia in hac acuti doloris, cœlestisquæ admonitionis alternante successione consumitur. Cumque ad altare sacrosanctam Eucharistiam accepturus accederet, & caput venerabundus eleuaret, quasi prægrandem magnique ponderis lapidem à cerebro sibi eximi sentit; vbi sacro se cibo refecti, omni est dolore liberatus. Alia quadam nocte in amplissimam aulam sibi visus est ingredi, regaleque solium intueri, in quo lucidissima quædam matrona præsidebat Canes simul nigri, & aspectus atrociter ruerere visi, quos eadem matrona cohibuit, securitate iussa, & incolumitate promissa. Alio quodam tempore tres pulcherrimas mulieres in monasterium intrantes aspexit, quas propter audaciam primum coarguit, ignarus, quæ essent, & quales; atta men quæ dignitate præstabat, matrem se esse Iesu dixit, socias Mariam Magdalenam, Mariamque Ægyptiam; con-

solâ-

solâ
ocul
tres
ma
vige
mi
hona
Petri
abess
se sol

D
V
cum
pse, vi
que c
narur
stime
nes &
Hæc
pinqu
plexa,
quæ d
sudar
cont
autem
læ esse
uerfus
vener
esse D
gente
enim
dus, c

folatum venisse se filios, quos amabat, & ferebat in oculis; dumque Petrus sacris pedibus oscula parat, tres illas cœlestes nymphas, quarum vna nympharum maxima, ex oculis effugerunt. Vi morbi cuiusdam urgentis, & præter modum aggrauantis, alterum amiserat oculum, inde monoculus non conuitio sed honesto cognomine compellatus, & serio eiusdem Petri ridiculo locus; ex duobus inimicis alterum, quia abesset, se non metuere, de illo, qui relictus esset, se esse sollicitum.

DE IISDEM CISTERTIENSIBVS.

VIRGINALIS pietatis illustre exemplum extat *Ex eorum*
in historijs Cistertiensibus, vbi scriptum est, *Annal. &*
Reinaldam vita moribusque sanctissimum *Hieronymo*
cum reliquis fratribus in messorio occupatis opere, *Plato idem*
ipse, vt erat iussus, propter ætatem secessisset, ob eam *ibid. iisdem*
que causam sederet mœstus, vidisse chorum scemi- *ferè verbis.*
narum de proximo colle descendentium, omnes ve-
stimentis candidis, vna præeunte, quæ reliquas om-
nes & proceritate, & pulchritudine longè superaret.
Hæc igitur cū suo comitatu vt ad Dei famulos pro-
pinquauit, singulos perhumanè & peramanter am-
plexa, atque etiam osculo dignata, insuper linteolis
quæ duo comites deferebant, de illorum frontibus
sudorem, pulueremque abstergere cœpit; quin etiam
contentius laborantes suauius & largius recreare. Cū
autem Reinaldus secum ipse inquireret, quænam il-
læ essent, & miraretur, tantum audere scēminas ad-
uersus religiosum morem, assitit ei quidam aspectu
venerabili, à quo edoctus est, illam, quam videret,
esse Dei matrem, reliquas verò virgines in cœlo de-
gentes; venisse autem eam ad suos illos messores (hoc
enim verbo vsus est) visitandos. Hoc vidit Reinal-
dus, cui ferias illas & senectus & obediētia dabat, illi
X x 2 autem

autem ipsi, quibus hoc contigit, non oculis quidem viderunt, sed animis proculdubio persenserunt, dum corporis ipsius vires instauratas, dum patientiam adactam, dum dulcedinis gustum quemdam in illa molestia instillatum perceperunt. Ex quo nobis quoque intelligendum est, etiam si sanctissimæ huius Virginis beneficia sub aspectum non cadant, ea tamen & frequentissima & maxima omni loco & tempore, maximeque in ijs laboribus, quos Christi eius filij causa toleramus, in nostros animos provenire.

DE FAMILIA PRÆDICATORVM, ET
eorum, quos *Minores* appellamus.

*Ex utrorumque
anna.
& scriptis
Theodorici
de Appol-
dia. in lib.
rerum ge-
starum.*

*S. Dominici
lib. 1. cap. 2.*

BONVS quidam monachus cum in Dominicanos fratres incidisset, eorumque & nomen & institutum cognouisset, secreto in loco quibusdam alijs adhibitis honestæ conditionis hominibus in hunc modum orationem exorditur: filere amplius non debeo, quæ hucusque tacita tenui. Olim à sensibus, & ab his, quæ videntur, abducto Dei matrem Mariam nostram omnium Dominam videt mihi datum est, quæ in genua procumbens, manusque coniungens filio suo pro hominum genere supplicabat, utque, dum eos scelerum poeniteret, expectare vellet, enixè precabatur: Cum verò filius preces reijceret, illaque insisteret; eorum te, Christus ait, patronam præbes, quorum sanitas desperatur. Mihi quondam patriarchas & prophetas; patriarchis & prophetis quid sit factum, te minimè fugit. Veni ego met; mihi vitæ & bonorum omnium auctoritas mors est, non sine acerbissimo luctu tuo; Apostolos meos oratores & novæ legis interpretes crudeliter mastrauere supplicij: Martyres sceleratissimus iste mundus, cui tantoperè faues, consceleratissimis manibus interemit; doctoribus & confessoribus, quos similiter ad homines destinaui, neque fides, neque ho-

nor est habitus: quid præterea restat faciendum? Enim verò quando tibi tam seriò roganti nihil esse videtur abnuendum, concionatores novos mittam, qui populos erudiant, vt eorum doctrina, quasi luce discussa caligine, lumen veritatis aspiciant, & ex errore ad viam reducantur. Hos si audierint, ad lenitatē, placabilitatemque deducar, sin autē illos reiecerint, qui & re & nomine prædicatores erunt, obstinationē grauiſſimis pœnis vleiscar. Illo ipſo tempore quidam à morte reuocatus eadem se & vidisse & audisse narrauit. Ex quibus facillè intellectum est, diui Dominici familiam illa ratione promissam. Sed quæ eidem Dominico sunt in hoc genere ostensa de cœlo, admirationem maximam habent. Cùm enim sanctus patriar ha de suo ordine ab Honorio approbando sollicitus de more in tēplo pernoctaret ad preces, Christum dexterae Patris assidentē è throno vidit insurgere, seuerissimoque vultu peccantibus interitum minitari; stabat ille quidem medio in æthere, & tres lanceas vibrabat in mundum scelerum architectum: Vnam quidem superbis, alteram auaris, tertiam libidinosi & voluptarijs intentabat. Et cùm iustæ iracundiæ nemo neque posset neque auderet obſistere, sola mater misericordiæ ad pedes eius accedens rogauit, illis ignosceret, quos suo sanguine redemisset; & cū à Iesu Christo responsum esset, haud iam esse iustitiæ suæ, tanta, tam multa orbis terrarum flagitia impunita relinquere, subiecit Deipara, habere se famulos duos fideles ac probos, qui in mortalibus ad pœnitentiam reuocandis strenuam operam impigre posaturi essent: quibus verbis placatus Dominus, cùm illos duos videre se velle dixisset, productum esse Frãciscum, & ostensum, qui hæc videbat, admirabaturque Dominicum. Cui cùm die postero Frãciscus occurrisset, quem nunquam antea viderat, tamē ex nocturno viso statim cognouit, & arctè complexus vt

fratrem, tantique operis socium, quid sibi à Domino de ambobus esset ostensum, ordine declarauit. Neque solum Dominicus charus Virgini fuit, sed ipsum etiã Dominici gregẽ virgo mater in amore habuit, cuius rei multa sæpe dedit documenta. Oranti Dominico virgo quædam inexplicabili dignitate visa est, duabus alijs splendidissimo decore latera comitantibus, quarum vna sitellam elegantem & pulchram, altera aspergillum afferebat, cumque dormientium monachorum strata cubilia percurrissent, & que inter duas eminebat, singulos fratres in lectulis quiescentes, vno duntaxat excepto, tum aspersisset, tum cruce signasset, Dominicus è precibus surgens ei virgini, quæ principem locum tenebat, ad ipsam, quæ locum illuminabat, lucernam occurrit, & ad eius se pedes abiciens; obsecro inquit, vt mihi quamuis humillimo, quænam sis, indicare digneris, ego sum, ait, misericordix Regina, quam imminētibus noctis tenebris inuocatis, & ad illa verba, eia ergo aduocata nostra coram meo me filio prosterno, utque familiã hanc pro sua clemētia tueri velit, obtestor. Dominicus cõcepta fiducia, quæ sunt, inquit, duæ istæ virgines pulchritudine singulari? Cæcilia & Catharina. quæ fuit causa vnus ex fratribus relinquendi? illius, quod decet, immemorẽ cõsulto præterui. post hæc Desparatã cum suo Dominico grata colloquia, dialogosque dulcissimos, fratres, qui reliqui erant, virgo Mater inuisit, signauit, aspersit, tandemque fugit ex oculis. Dominicus ad locum teuerius, vbi antea precabatur, subito rapitur, & Christum videt in folio sublimi, & Mariam matrẽ illi assidentẽ, saphyriiniquẽ coloris pallio vestitam, & ex omni religioso grege vtriusque sexus prolem numerosam diuino aspectu perfluentem; cumque ex suis neminẽ illic agnouisset, intimo dolore tactus magnã vim profudit lacrymarum. propius accedere pre pudore non auso, Dei Mater aditum innuebat. Cui-

Statu

Statu
quo
Chri
surg
fictu
inqu
beati
quid
mini
tiẽ C
parẽt
Dei M
illã F
in ga
suoru
præci
raptu
dat, c
ille n
ter n
salut
cõpe
pore
est vi
tori
miti
Nico
quit
fuer
min
form
neg
verb
big
cult
dũ

Atatur ille nihilo minus, dum à Christo accerfatur,
 quo annuente tremēs & verecundans accessit, & ad
 Christi Iesu, eiusq; glorioſe matris se pedes aduoluit.
 ſurgere iubet dominator ſummus, & quæ ſit tanti
 ſtetus cauſa, percontatur. Tum Dominicus, ex omni,
 inquit, religioſorum ordine mares ac feminas in hoc
 beatiffimorum cœtu conſpexi, ex meis autē ne vnum
 quidē agnoui. Cui Chriſtus: vin' tu videre tuos? Do-
 minico id ſe maximē cupere reſpōdēte, ex cœta ad Ma-
 tiē Chriſtus manu ſic loquitur; gregē ego tuum meæ
 parēti concedidi, explicatoq; pallio, Dominico prole
 Dei Mater oſtēdit vſq; adeo propagatam, vt cœleſtē
 illā Hieroſolymā cōplere videretur. Ergo luētus verſ^o
 in gaudiū, Deoq; grates Dominic^o agit & Matri, quæ
 ſuorum tutelā ſuſcepiffet, candidatumq; numerum
 præcipuo quodā patrociniō tueretur. Demum ab illo
 raptu fratres aduocat, Virginis cultū amorēq; cōmē-
 dat, de cuius manu tāta, tāq; præclara beneficia grex
 ille nou^o acciperet. Fratrem verò, quē miſericordiæ Ma-
 ter noctu ad monaſtenū veniēs, neq; cœleſti rore, neq;
 ſalutifero crucis erat ſigno dignata, a culpa quidē eſſe
 cōperit alienū, ſed eius tamē in velādo ac tegēdo cor-
 pore deſideratā eſſe diligētiam; adeo pudoris amans
 eſt virgo ſēpiterna! Rudolpho diui Dominici ſectā-
 tori nocte Dominus & Deus ſe Chriſtus oſtēdit, com-
 mitibus Virgine Matre, & diuo Nicolao, ex quibus
 Nicolaus Rodulphi caput manu attrētās, noli, in-
 quit timere frater, omnia tibi tuiſq; ad voluntatem
 fluēt, noſtra omnium Domina veſtri curā gerēte. Fe-
 mina, quæ Dominicanos fratres duos iuuenes quidē
 formoſos à mūdi voluptatibus integros intactoſque
 negauerat eſſe māſuros, nocturno viſo Dei Mater his
 verbis reprehēdit; qd tibi venit in mētē de mea am-
 bigere poteſtate? quaſi verò puiū & facile mihi nō ſit,
 cultores meos q̄uis adoleſcentes animarū cauſa mū-
 dū peragrātes ab omni impuritate liberos cōſeruare.

Lib. 3. c. 3.

Ibid. l. 6. c. 6.

Quo autem clarior tibi sit mea illorum custodia, eos tibi iam ostendam, quos heri despexisti, explicatoque pallio ingens apparuit Dominicanorum numerus, qui in sacrosanctæ Virginis sinu latitabant, illosque etiam fastidiosa mulier agnouit, de quibus iniquè senserat. itaque mutata sententia fratres ex noua illa familia, quoad vixit, honorauit. Cisterciensis ordinis monachus nomine Iacobus Dominicani cuiusdam conciones libenter audiebat, viditque monstrante Deo sanctissimam Virginem fratri verba ad populū facienti librum apertum proponentem, vnde Diuinus orator suam promebat concionem; vidit etiam alteri Dominicano ex tempore concionanti sacratissimam virginem humanissimè affantem, & imperato verba suggerentem. Hæc Prædicatorum incunabula fuerunt, primosque illos magis in Deiparæ gremio, quàm in matrum sinu educatos esse literata cuiusque sanctitas ostendebat.

DE IISDEM DOMINICANIS,
de quæ Franciscanis.

Ex Annal.
vtriusque
familie &
Hieronymo
Plato de bo-
no status
religiosi lib.
I. cap. 34.
iisdem verbis.

ATQUE hoc quidem patrocinium tum aliàs sæpe Virgo re ipsa præstitit, tum maximè Innocentio quarto Pontifice, qui cum nescio quibus causis esset in vtrumque ordinem nulla eorū culpa incitatus, & quibusdam etiam edictis eorum priuilegia ac facultates impedisset, ij quidem ad celeste auxilium implorandum inter alias preces litanias etiam quotidianas indixere, quæ dum Romæ à fratribus Dominicanis in Ecclesia recitarentur, vni ex ipsis contigit, vt ipsam Virginem videret super altare stantē vnā cū filio, ita vt ipso vultu eius familiarē memorē ac lacrymas, quas vberius fundebāt, miserari videretur, & ad filium conuersa hæc verba. vt in litanis solet, iterare; fili exaudi eos. Nec multo post ipsū etiam Innocentium ferunt, cum Neapoli decuberes, morte

morte iam imminente grauitè pœnituisse, illaque
 verba ex psalmo protulisse; propter iniquitatem cor-
 ripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam
 animam eius; statimque ex hac vita migraffe.

DE IORDANO PRÆDICATORVM
ordinis generali magistro.

IORDANVS ille, qui Dominicanorum gregi v-
 niuerso post diuum Dominicum summa cum
 laude præfuit, beatissimam virginem Mariam
 intimo cordis colebat affectu, vt quæ Prædicatorum
 familiam singulari patrociniò tueretur. Sub idem
 tempus ex eodem numero quidam nomine Bartol-
 dus bonus frater in primis Iordanum aliquando o-
 rantem obseruauit, precantemque in templo ante a-
 rā immaculatæ Dei genitricis. Sed oscitatione prodi-
 tus, & à Iordano, quid quæreret, interrogatus, ita res-
 pondit, Equidem pater nihil aliud explorabam, quã
 orandæ virginis rationem, consuetudinemque tuam,
 vt istis hærendo vestigiis in ea me diligenter exerce-
 rem. Iordanis Bartoldi pio studio se debere putauit,
 vt omninò patefaceret. Coram misericordiæ matre
 inquit ille, preces sic offero meas; cum vox hæc Maria
 ex quinque literis componatur, do operam, vt cuique
 illud canticum respondeat, cui illa eadem præposita
 litera sit; tale deinde canticum salutatione Angelica
 terminamus. Priusquam venitur ad psalmos literis
 illis insignitos, hymnum Aue Maris stella pronun-
 cio, quo præmisso Magnificat recito literæ illius ad-
 monitu, quæ in Mariæ dulcissimo nomine prima
 est. Altera, quæ deinde sequitur, Ad te leuaui oculos
 vt dicam, persuadet; R ordine tertio canticum Da-
 uidicū, Retribue me poscit. penultima I, In conuertèdo
 quasi suo iure à me repetit; A vltimum, Ad te leuaui
 animam meam, proferre iubet. In singulis psalmis
 genu flecto, & Dei Matrem Angelicis verbis consa-

*Leander
 Albertus in
 eius vita.*

*Fernandus
Castellanus
in vita S.
Dominici
li. 1. c. 60.*

luto. Narrabat idem Iordanus verè Iordanis irrigans terram Dominicam, cuidam eiusdem familiæ viro sanctissimam Dei Matrem adfuisse, sibi que Prædicatorum ordinem valde probari affirmasse, in quo ordine, quæ Deo persoluantur officia, à virgineis laudibus inchoarentur, in easdemque desinerent. Fuit solemne primis illis Dominici successoribus, vt præter consuetas preces ad omnes horas Deiparæ quoque officium diebus singulis integrum recitarent, à matutinis auspicantes: cumque coniunctis lectulis nullo interiecto pariete cubarent, vt primum expergefacti essent, stantes rerum omnium gerendarum primordiane calceis quidem indutis, à virgineis laudibus, hymnisque Deiparæ capiebant, nec se loco mouebant, donec preces absoluisent. Quocirca à filio virginem impetrasse, vt nemo Dominicanus in mortifera culpa persisteret, sed aut à lethali flagitio si quod esset admissum, pedem quamprimum referret, aut foras, si corrigi nollet, eiceretur, ne tam præclaræ familiæ maculam posset inurere. Quæ certè visio, virginisque, Iordano teste, promissio locietatis nostræ morem laudabilem esse declarat, quosdam vel ex iis, qui nouitij esse desierunt, neque suis rectoribus subdunt, emittendi; idque à Dominicanis quondam fieri consuesse declarat hic locus. Non erit intempestiuum diui Leonis Papæ tum testimonium, tum decretum de retrogradis, quod sic habet. Puellæ; quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum susceperint, si postea nuptias eligant, præuaricantur, etiamsi consecratio non accessit, cuius vtique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Idemque sanctus Pontifex constituit, vt monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitatis annis quadraginta: eiusque, vt credimus, suafu Martianus imperator legecauit

cavit hoc idem. In eos autem, qui illa, quæ nobis & su minorum Pontificū diplomata, & sancta synodus Tridentina largitur, in dubium vocant, nobisque de sera professione, & aliis, quæ nostræ disciplinæ sunt propria, molesti esse non desinunt, illa eiusdem diui Leonis ad Leonem imperatorem scripta conueniunt: quæ patefacta sunt, ait Pontifex, quærere; quæ perfecta sunt, retractare; & quæ sunt definita, conueltere, quid aliud est, quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum mortiferos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Hæc ita præsul & doctor Ecclesiæ, qui tamen vt illis occurramus, permittit, qui non nequitia labuntur, sed ignorantia toleranda vacillant, itaque subdit; Instructioni autem paruulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant solidiore satiari, ministerij nostri præsidium non negamus, & sicut simpliciores non spernimus, ita à rebellibus hæreticis abstinemus, memores præcepti Dominici dicentis, nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos: Nimis quippe indignum, nimisque iniustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per Prophetam dicens, filij alieni mentiti sunt mihi. hæc sancti Leonis verbis illis hominibus respondemus, qui nostra condemnant, suntque in arguendo pertinaces.

Psal. 16.

DE HENRICO IORDANIS SOCIO

in studijs literarum.

LVETIÆ Parisiorum Henricus natione Germanus literis operam dabat, quo tempore sui minimè negligens cœlestia curabat, effervescentis ætatis moderator prudens. Cura vna castum pulsabat animum, quemadmodum Deo optimo maximo deseruiret, quam ad rem Virginem adiutri-

*Ferdinãdus
Castellanus
in Chro. sui
ordinis to. 1.
li. 2. c. 5.*

adiutricem inuocauit. Itaque in eius Parisiensi quada-
 dam basilica hoc postulatam aliquando noctuabū-
 dus vrgebat, precibus, lacrymas eo grauius intermis-
 cens, quo se duriores sentiebat: Equidem virgo sā-
 ctissima quam sim tibi charus, experior, quo tibi pul-
 sus amor Henrici miselli; quem ita rigere permittis?
 hoc Henrici desiderium visio pepererat, somniantis,
 se cum aliis permultis ante supremi iudicis astare tri-
 bunal, & Dei præpotentis expectare sententiam; cū-
 que sibi ipse illo ex iudicio faustum ac foelicem exi-
 tum promississet, applaudente conscientia, quemdā
 ex illis, qui iudices iudici Christo assiderent, vultu ad
 Henricum conuerso seuerius dixisse, ecquid amore
 Christi reliqueris, quasve opes & facultates abdicaueris,
 indicato, qua voce exterritus euigilauit, & visa per-
 pendens suis se bonis abdicare statuit; sed quemad-
 modum id exequeretur, anxius atque sollicitus cum
 Virgine consultabat: Dei que benignitate factum est,
 vt non prius Deiparam orare desineret, quam, quod
 optabat, est assequutus. Nam cum principio durus
 paulatim mollescere cæpisset animus, & omnia, quā-
 uis aspera, duceret factu facillima, in mentem que po-
 stremo Prædicatorum familia venisset, ac Reginaldi
 & sociorum sanctitas obuersaretur animo, è templo
 egressus Iordanum intimum, condiscipulumque: cha-
 rissimum quærit, cum eo reperto noua cordis consi-
 lia communicat, & vt est amicorum inter ipsos per-
 suasio, imitatioque facilis, vnum atque idem vter-
 que volunt, atque consentiunt, ad D. Dominici no-
 ua castra vno se animo & voluntate conferunt.

DE FRANCISCANIS.

*Ex eorum
 Annal. &
 ex Hie. Pla-
 to de bono*

SED videamus, quomodo hanc vtramque reli-
 gionem præcipue Virgo mater complectatur.
 Insigne est exemplum in Franciscanis annalibus
 in quibus ita legimus, Leoni, qui vnus fuit ex sancti
 Fran-

Francisci familiaribus, & quidem intimus, huiusmodi aliquando visionem obiectam. Erat magna planities: in ea species quædam iudicij mox futuri. magna aderat hominum multitudo, Angelorum tubæ personabant, denique binæ scalæ è summo cælo vsque ad terram demissæ, altera candido colore, altero purpureo: huic autem purpureæ imminens visebatur ex alto Christus habitu seuro, ac subirato. At Franciscus paulò infra ipsum fratres suos euocabat, vt ascenderent fidenter; Dominum ita velle, eosque inuitare. Cum autem illi se per scalas audenter efferrent, alius de tertio, alius de quarto, vel de decimo, alius de superioribus ac penè iam vltimis gradibus procidebant: qua suorum clade commotus Franciscus eos voce magna admonuit, vt ad scalam alteram candidam accederent, illic nihil fore periculi. itaque cum ad eam accessissent, Mariam ei incumbentem videt, quæ eos blandissimè intuens studiosè etiam iuaret, exciperetque singulos, ita vt nullo negotio ad vnum omnes in cælum euaserint.

DE SERVITARVM ORDINE.

SERVITARVM ordo se totum virginis numini ac nomini dicatum profitetur, idque ipsa eorum origo ostendit. Sic enim fertur sodalitatè quandam fuisse in ipsius honorem congregatã. Qui cum ipso die illius Assumptioni sacro preces & laudes ei persoluerent, admonitos cælesti voce seculum statim reliquissè, seque ad vnus Dei obsequium contulissè, retento semper beatæ Virginis famulatu, idèò Seruitas appellatos quasi ipsius seruos. Quin etiam post annos septem eandem Dei matrem nocte quadam singulis separatim per quietem apparuisse cum magno & illustri Angelorum exercitu, quæ vna manu pullam tunicam, altera librum apertum teneret, iubens eos deinceps illa vti veste, & illa regula, quam sancti

*Ib. iisdem
verbis.*

sancti

sancti Augustini esse aiebat. itaque simulac illuxit cōgregati Patres alteri visionem suam exponentes cum magno gaudio decreuerunt omnia exequi, quæ cœlestis Regina præceperat.

DE OLIVETANIS.

*Id. Ib. ijisdem
verbis.*

IDEM Deiparæ studium apparuit etiam in Olivetanum ordinem, cum primum emergeret, anno circiter millesimo trecentesimo decimo nono. Nam cum tres primi in Senensem quendam montem eius nominis (ex quo ipsa quoq; familia nominata est) conuenissent, confluentibus deinceps aliis, delati sunt ad Pontificem, qui Auenione degebat, quasi nouarum rerum authores Sed ab illo acciti, ac benignissimè accepti, & ad Guidum Aretinum episcopum remissi, dum in Italiam redirent, apparuit Episcopo beatissima Dei Mater Angelorum choro stipata, quæ ei viros illos commendans candidum habitum & regulam Sancti Benedicti portigeret, qua deinceps vterentur: cuius rei monumentum hodieque extare dicitur eadem vrbe in templo sanctissimæ Trinitatis, parietibus iunctum, quo in templo & vestis & regula ab Episcopo eis ritè tradita est, sub virginis tutela.

DE FRATRIBVS VIRGINIS REDEMPTRICIS, quos Mercenarios vulgus appellat.

*Annales
Arragonia
li. 2. c. 70. &
chronicon
Episcopi
Gasparis
Turriam.*

A NNO Domini millesimo ducentesimo decimo octauo, Augusti mensis die decimo, qui D Laurentio sacer est, Rege Iacobo Arragonensi, & astante, vehementer exoptante, Raimundus Benafortius, qui ob vitæ sanctitatem, admirandamque prudentiam inclyti Prædicatorum ordinis tertius fuit magister generalis, religiosos illos instituit, qui Mariam Virginem ducem sequuntur, redimuntque captiuos: quorum primus Nicolaus Nolaf-

Nolascus fuit genere Gallus, & Barcinonæ vrbis inquilinus, quæ familia inuentricem Deiparam habet. Siquidem historiæ consentiunt, virginis admonito esse fundatam, legistatorem, quem diximus, Raimundo; cuius sanctitatem miracula comprobarunt, eumque nuper summus Pontifex Clemens octauus diuorum Catalogo ascripsit: Et quidem Raimundus ordinem illum ad Prædicatorum normam conformauit, cuius conformationem idem sanctus Raimundus à Romano Pontifice Gregorio nono Perusiam profectus, vbi illo ipso tempore Pontifex morabatur, impetrauit die sancti Antonij Abbatis duodecimo anno, quam fuerat institutus. Longior tradit historia, Iacobum Arragoniæ Regem anno millesimo ducentesimo tertio natum in beatæ virginis Mariæ Purificationis peruigilio media de nocte, à parentibus in templo esse piè & reuerenter oblatum, Iacobi que nomen, Deo prouidente, puero inditum. Bella enim gessit diuo Iacobo auspice, quem nomine referebat. Et cum multa regna, Mauris in Hispania dominantibus, sceleriter adempta in libertatem pristinam vindicasset, in eis duo millia templorum extruxit; nec enim in bellando sui regni additamentum, sed Dei gloriam sibi proponebat. & hic quidem à suo pædagogico Simone Monfortiensi Comite pro captiuo detentus, suum patrem totius Arragoniæ Regem, & Cataluniæ comitem adire & videre prohibitus, quanti aestimandi libertas esset, experiendo & carendo cognouit. Quamobrem anno Domini ducentesimo octauo supra millesimum, cum iam patre mortuo regnaret, die quadam orationi feruenter intentus Christianorum libertatem à Deo immortali & precibus & lacrymis contendebat. Mauro-rumque ex Hispanorum finibus eiectionem, & intercluso reditu fugam cum suspiriis & gemitibus reposebat. Oranti splendor affulsit, mediæque in luce

Deipa-

Deiparam videt de postulato gratulantem, studium-
 que laudantem, quo & infideles debellabat, templa
 reponebat, & captiuos Christianos è durissima Ma-
 humetanorum seruitute conabatur eripere: simulq;
 prædixit, haud tarde venturos religiosos viros, qui in
 redimendis captiuis occupandi essent, quorum ipse
 patronus esset futurus, & qui deinceps in regno suc-
 cederet. Nomen quoque religionis indicauit, diuæq;
 Mariæ Redemptricis titulo esse decorandā. Hæc au-
 diens Iacobus incredibiliter exultauit, nec à lacry-
 mis præ gaudio temperauit patrocinium & susce-
 pit ipse libenter, & pro regni hæredibus spondit.
 Ergo de religione stabienda strenuè laboratum est,
 sed in Catalaunia præsertim. Honorius hoc nomine
 tertius Dei Ecclesiæ præsidebat, sexto iam pontifi-
 catus anno decurrente, cum Kalendis Augusti Petro
 Nolasco primo huius militiæ imperatori visio talis
 obiicitur. erat hic quidem in egeates misericors, &
 captiuos benè multos ex Maurorum potestate rede-
 merat. Quare preces, quas incunte Augusto pius &
 venerabundus offerebat, Christus accepit, id quod rei
 monstrauit euentus. Nam precanti Nolasco & capti-
 uorum remedium Deo & cœlitibus commendanti
 præuia insolita luce Dei se mater ostendit monēs, vt
 captiuos è Saracenorum seruitute ac iugo perseue-
 raret eximere, & in eo misericordiæ genere bona con-
 sumeret, id operis suo filio & esse & fore gratissimū.
 Simul indicat, pro foribus, esse familiam, quæ capti-
 uorum liberationem ex voto suscipiat. cadit ille pro-
 nus in terram, oraculi, nunciique lætitiæ virginalis
 & vbi se ex admiratione collegit, quæ vox, & cuius
 illa esset, modestè sciscitatur; ego sum Deipara, virgo
 respondet; esto vir fortis, nec dubites, hanc apocaly-
 psim esse diuinam, de nouo instituto religiosorum,
 qui me auspice captiuos expediant ex barbarorum
 seruitute, & à Saracenis pretio redimant Christia-
 nos.

nos
 Rai
 dito
 Ma
 Rai
 bat
 noc
 sibi
 eum
 que
 per
 læti
 fitet
 chin
 accer
 vnoq
 diuin
 ptiu
 ce fur
 ui fer
 pia p
 litan
 mi tel
 cione
 cuit, &
 inuita
 lebran
 Reg
 nis in
 Nolas
 & se &
 Franc
 Societ
 rum r
 uit. T
 testes

nos. Quæ rex, Nolascusque viderant, vidit quoque Raimundus Pœnafortius confessionum Regis auditor, & Summi Pontificis Capellanus insignis Monachus sanctitatis admirandæ. Ergo Nolascus ad Raimundum, quo item ad confessiones patre utebatur & iudice, rem defert cœlitus nunciatam, quem noctu orantem inuenit. Nolascus Raimundus eadem sibi monstrata esse respondet, amboq; ad Regem ad-eunt, vt visa & audita vnoq; & eodẽ tempore vtriq; reuelata renuncient. vix ea commemorare cœperant, cum Rex Jacobus (Laimum illi dicunt) præ lætitia gestiens idem sibi patefactũ esse de cœlo confitetur. Quocirca stabiliendi illius ordinis studio Bar-chinonẽsem Episcopum Berengarium Palauifinum accersit, cui ordine cuncta narrauit, quæ nocte vna, vnoq; tempore tribus præclaris viris euenissent, vt diuinitus audirent cõsentanea, consentientiaq; de captiuis redimendis, rei q; tam salutaris familia effectrice fundanda. Itaq; decretum est, vt Augusti 10 die di- ui ferijs sacro Laurentij fructuosæ religionis princi- pia ponerentur. Præiuit pompa solemniter cantatæ litaniæ, patetq; Raimundus, quæ tres illi locupletissi- mi testes se cœlitus audisse affirmassent, publica in cõ- cione recensuit, deq; salubri instituto populum do- cuit, & liberalitatem ciuium ad opus verè Christianũ inuitauit. Cumq; Pontificio ritu Præsul Missam ce- lebraret, post hostiæ oblationem ante sacrum altare Rege Raimundoq; præsentibus, primum noui ordi- nis insigne de manu Pontificis sacrificantis Petrus Nolascus accepit, dux eorum, qui in tam clara familia & se & captiuos plurimos redemerunt. Hęc ita pater Franciscus Zumelius vir doctissimus. Nostri quidem Societas diuum Raimundum in Sanctorum nume- rum relatum altaribus, picturis, & versibus celebra- uit. Testis est Pincia, testis Salmantica, testis Medina, testes multæ aliæ ciuitates; cœlites enim in alienis na-

tos familijs non aliter veneratur, atque si eos noster Ignatius genuisset.

DE FAMILIA DIVI HIERONYMI.

*Hieronymus
Platus de
bono status
religiosi lib.
l. c. 34. iisdem
verbis.*

HANC etiam tutelam eadem virgo spon-
dit, & exhibuit ordini S. Hieronymi, qui, ut
in eius monumentis legimus, cum recens es-
set in Hispania, nec pluribus adhuc, quam duobus
aut tribus, iisque paruis constaret monasterijs, aliquot
fratres eam paucitatem moleste ferentes com-
municato inter se consilio ad alium ordinem transire de-
creuerunt. Iamque abibant, cum in ipsa via hæc Dei
Mater visibili specie eis occurrit monens, adeoque et-
iam imperans, ut in suscepto instituto permanerent,
breui enim fore, ut id valde propagatum viderent,
se verò ordinem illum totum in suum recipere fa-
mularum. quæ cum dixisset, non solum in suo pro-
posito confirmati sunt, sed ad hunc ipsum famula-
tum Virginis contestandum tota ea familia reliquos
vestibus albam tunicam adiunxisse dicitur, quam
adhuc retinent.

DE ORDINIBVS MILITARIBVS.

*Carolus Si-
gonius lib.
9. de Regno
Italia, iisdem
verbis.*

HIEROSOLYMIS post tot annorum iuro-
ualla recuperatis, ingens Christianos omnes
sepulchri visendi cupido incescit. Itaque
res tribus religiosorum hominum ordinibus eadem
præbuit, Hospitalarijs, Templarijs, & Teutonicis.
Hospitalariorum hæc fuit origo. Ante recepta Hiero-
solyma Christiani latini, permittentibus Ægyptijs
& Sarracenis vrbs dominis, propè sepulchrum mo-
nasteria duo construxerant, vnum viris, alterum
mulieribus recipiendis, quæ sepulchrum adissent, et
quæ nomini beatæ Mariæ Virginis, & beatæ Mariæ
Magdalænæ dicarunt. Recuperata verò vrbe, cum
ea cœnobîa infinitæ affluentî multitudinî non suffi-
ciant

ficerent, hospitale est additum, idque nomini Sancti Ioannis Eleemosynarj Patriarchæ Alexandrini, siue vt vulgò fertur Sancti Ioannis Baptistæ sacramentum est, ibique ex vestigalibus vtriusque monasterij ijs, qui sepulchrum adissent, ægrotantibus res necessariae subministrari sunt cœptæ: Rectorque, qui loci curam gereret, institutus, qui post aliquot annos vnâ cum suis socijs habitum religionis assumpsit, crucemq; albam in pectore gerere, certa se astringens vitæ disciplina, instituit. Hi postea studium rei militaris, & defensionem peregrinorum aduersus Sarracenos professi maximis in toto Christiano orbe opibus, pia principum priuatorumque largitione ditati sunt, militesq; Hospitalarij ac Hierosolymitani, dein Rhodij appellati. Ex hac Sigonij liquet historia, hos milites religiosos ex cœnobio virginis, quod erat Hierosolymæ, prodisse.

DE ORDINE CRVCFERORVM.

ALEXANDER hoc nomine tertius rebus Ecclesiæ constituendis, intentus Beneuenti ordinem fratrum Cruciferorum S. Mariæ formauit, qui Xenodochiorum curam maximo sibi studio pietatis asciuerunt, ac magnam ob id apud homines gratiam sibi pepererunt.

*Ibid. lib. 14.
ijsdem verbis.*

DE TEVTONICIS.

HVNC finem tertia Christianorum expeditio habuit. memorabile tamen illud in tantis calamitatibus extitit. Germani aliquot, qui in vrbe restiterunt, Italicorum & Francorum pietatis gloriâ emulati, & ipsi hospitale S. Mariæ ad Teutonicum generis homines recipiendos ædificarunt, eiusque curam militibus, qui Teutonici sunt dicti, tradiderunt. Is tertius sacre militiæ ordo Hospitalarij, & Tem-

& Templarijs additus aduersus Saracenos est institutus, anno Domini 1192. Cælestino eius nominis tertio, Pontifice Romano.

DE NOSTRO IGNATIO LOYOLA
Societatis Iesu fundatore.

IGNATIVUM mundo nuncium remittere stultentem longè vehementius incitauit diuina visio. Etenim nocte quadam vigilanti augustissima specie ac beatissimo lumine fulgens Maria virgo cum puero Iesu, non modò sese palam ostendit, verùm etiam incredibili benignitate spectandam aliquandiu præbuit; quo viso mirificè recreatus Ignatius tantùm repente odium fastidiumque conceptorum, quæ apud cæcos mortales prima putantur, ac præsertim quæ cum inhonesta voluptate coniuncta sunt, vt omnes rerum illarum, quamuis diuano vsu ac vetustate corroboratas imagines ex hominis memoria confestim aspectus ille deterferit. Idem Ignatius primùm omnium religionis causa celeberrimam beatæ Virginis ædem dare decreuit, quæ in Monte Serrato à Monachis Benedictinis incolitur, estque Barcinonem è Nauarra petentibus minime deuiã; deinde reputans apud animum suum, partim voluptates, quibus antea indulserat, partim etiam periculosum & graue bellum, quod sibi rursus à carnis illecebris, atque ab inferioris animi viribus imminabat, omni ratione se contra domestici hostis insidiamuniendum est arbitratus. Ergò non solum institutam, ex quo die Loyola discesserat, consuetudinem obfirmato retinuit animo, vt singulis noctibus peccati nomine se acerrimè verberaret, sed etiã ratus nullum continentiaæ præsidium posse firmiùs inueniri, quam Dei Matris, eiusdemque virginis perpetuæ patroni, recenti præsertim illius in se clementia ac benignitate inuitatus, in ei⁹ maximè clientelam, fidemque

confi-

confi-
dem-
tatis
& fa-
tum
sa vir-
trem
dinis
quã
lofop
non e-
spirite
temp-
liquia
ctos I-
pepul-
mulo
adiun-
citatu
vt de
cum n-
batam
contra
potera
post m-
natus
intuer-
tis mu-
tij con-
citatus
sequer-
nus in
relietu
tate R-
caput
tum si-

ft instituta
niniis te.

YOLA

ittere ha
diuina vi
gustiffima
virgo ma
endit, ro
ndam ab
tus Igna
concepti
putant,
e contus
is diuina
ex homi
erit. Iden
sa celebe
it, quon
incolitur
s minime
m, partu
etiam po
m à carni
immine
is infida
n instat
etudinen
bus pecc
is nullam
iri, quon
e patro
a ac bea
fidem
conf

confugit, ac studio virtutis incensus illicò fecit, vt ei-
dem Virgini beatissimæ sese irreuocabili voto casti-
tatis obstringeret. Quòd religiosi animi obsequium,
& sacrificium pro sua infinita bonitate ratum & gra-
tum Deus ipse videtur habuisse, quandoquidem, ip-
sa virgine deprecante videlicet, ex eo tempore ad ex-
tremum vsque diem Ignatius planè omni sensu libi-
dinis caruit. Cæterùm quò facilius omnes intelligât,
quàm sit periculosum & anceps in Christianæ phi-
losophiæ curriculo sine rectore ac magistro versari,
non omittam hoc loco, quod ambulanti in seruore
spiritus per eos ipsos dies Ignatio contigit. Erant eo
tempore in Hispaniæ finibus Maurorum multæ re-
liquiæ, quos nefariæ superstitioni Mahometis addi-
ctos Fernandus Catholicus haud ita pridem à suo
pepulerat regno. Ex ea igitur fece quidam insidens
mulo Ignatium fortè allequutus comitem sese illi
adiunxit, ac nonnulla primùm, vt sit, de itinere scif-
citur, varijs deinde sermonibus eò deuentum est,
vt de singulari Mariæ virginitate differerent. Quam-
cùm nefarius ille ante partum quidem integram, illi-
batamque fuisse fateretur, à partu verò nequaquam,
contra Ignatius ab huiusmodi errore quibuscumque
poterat rationibus hominem reuocare contenderet,
post multam altercationem magis magisque obsti-
natus impius ille, cum oblatam sibi veritatis lucem
intueri nollet, repentè non sine rabie quadam subdi-
tis mulo calcaribus antecessit, seque celeriter ex Igna-
tij conspectu proripuit. Quo facto vehementius in-
cituratus Ignatius parum abfuit, quin citato gressu per-
sequeretur abeuntem, & pugione confoderet: faci-
nus indignum existimans, non tam contemptum &
relictum se, quàm de summa castimonia, & sancti-
tate Reginæ Angelorum ausum fuisse vilissimum
caput ore polluto detrahere; cumque militari etiam
tum spiritu religionis officijque momenta perpen-
deret,

deret, sese vix pietati satis facturum putabat, si tantas blasphemias pateretur inultas, neque ab impuro demonis mancipio penas petulantis linguæ reposceret. Veruntamen incitatum tam generosi pectoris impetum retardabat suspitio latentis, in tam speciosa cogitatione piaculi, metusque probabilis, ne per hanc animaduersionem & cœleste numen, & eam ipsam, quæ defendere conabatur, virginem offenderet. Cuius igitur multa secum agitasset, motu corporis pariter atque animo varius ad extremum sanè quàm præcipiti consilio statuit ad biuium vsque procedere, vnde Maurum ex habito colloquio ad proximi pagum nouerat diuertisse: in eo biuio laxatis omnino mulæ, qua vehabatur, habenis, ita de re tota interpretans, vt, si bestia ipsa per se Mauri vestigijs insisteret, non dubitaret, quin accepta futura esset ultio maiestati diuinæ; sin minus, pro certo putare, nequaquam id à se officij Deum beatamque Virginem postulare. Hac ille mente processit ad biuium, cumque pagus ille, quem diximus, abesset diuerticulo passuum non amplius quadraginta, via facili ac speciosa planè diuinitus factum est, vt spontè sua iumentum angustiore via Barchinonem versus iter arriperet. Atque in hunc modum Ignatius in re tam graui nullo pia ipsius studia regente, periclitatus lethalis noxæ crimen feliciter effugit, quàm sapientius. Hæc ita Massæius de Ignatij rudimentis, quæ limata & polita esse non solent; illa enim de Mauro occidendo cogitatio temeritatis plena, & bestię relicta consilio, pomorum quasi acerbitas fuit, quæ deinde matura, cocta, suauia tulit hæc arbor ad aquas consita decurrentes, & inconsiderantia illa iumento credere volentis veluti Spina rosarum fuit, quibus virginem postea coronauit Ignatius, dum in diuina schola eruditus alios deinde docuit, quemadmodum & Deum præpotentem colere, & Virginem ac sanctos omnes venerari oporteat. Etenim

Igna-

Ignatius
congruenter
rati, me
genitricem
Virginitatis
torum
ueritatem
plicam
dum
chinensis
sum
Virginitatis
ad Deum
abiectionem
modum
niū, &
tem
teris
quàm
libet
bis, &
cario
norum
cos
lum
illis, &
ginis
nunc
seruie
nomi
confi
to pe
capta
confe
simo

Ignatius post hunc cum perfido illo Mahomerano congressum in Virginis templum venit montis Serati, ibique gladio ac pugione, quibus antea mundo meruerat, è tholo suspensis nouo instructus armorum genere totam nocte peruigil ante aram sanctissimæ Virginis modò stans, modò nixus genibus præteritorum veniam demisere precari, Diuino cultui deuotere se se, ac beatâ præcipuè Dei matrem intenta supplicatione propitiare nõ desistit. Atque in hunc modum Christianæ militiæ nomen ex animo dedit. Barchinone ad diaboli astutias vincendas studiorum cursum atque impetum, retardantis in templum beatæ Virginis Gymnasio proximum introiuit, vbi fufis ad Deum & virginẽ precibus ad præceptoris se pedes abiicit obstans, ne ab incepto desistat, se utique, modò sibi panis & aqua non desit, in proximũ biennũ, & eò amplius, si opus fuerit, ad scholas frequentem esse venturum, seduloque daturum operam literis. Petere & rogare, vt ab se quotidie non minùs, quàm à cæteris pensum exigat, cessantem vt quemlibet vnum è grege puerorum arbitrato suo & verbis, & plagis accipiat. Compluti ab Archiepiscopi Vicario rogatus, an obseruaret Sabbatha, utique in honorem B. Virginis, inquit; nam cæteroque & Indaiocos ritus ignoro, & verò Iudeum patria mea fert nullum. In Parisiensi suburbano vnà cum præclarissimis illis, quos adlegerat, socijs implorato beatissimæ Virginis patrocinio sese voto obstrinxit, mortalib⁹ rebus nuncium remittendi, atque in paupertate perpetua feruendi gloriæ diuinæ, salutique animorum, ac nominatim ad constitutam diem Hierosolymam eo consilio nauigandi, vt in conuersionem fidelium toto pectore incumberet, palmamq; martyrij studiosè captaret: id votum Ignatius & socij vouere ingenti consensu & caritate, anno post Christum natũ millesimo quingentesimo trigesimo quarto, decimo octauo

*Ibid. cap. 4.
ijdem. ver-
bis.*

Ibid. ca. 19.

Kalend. Septembris, quo die Assumptionis Mariæ Virginis anniuersaria gratulatio celebratur. Vicetia cum reliqui comites noui iam facti sacerdotes primas diuinæ maiestati hostias immolassent, Ignatius ad se comparandum amplius adhuc temporis sumpsit. Et Romæ sesqui anno suscepti sacerdotij sacrificandi fecit initium, ad ipsum præsepè & incunabula Christi Domini, quæ in æde sacratissima Mariæ ad Niues religiosè coluntur. Antequam rem diuinam celebraret, Romam duobus comitibus recta contendens & ab eorum altero quotidie Corpus Christi religiosè castèq; suscipiens, Maria Virgine potissimum præside atque adiutrice sese ad sacrum suo tempore faciendum, ac multa pro Christi nomine subeunda dies noctesq; simul intenta quadam animi cura & inæstimabili spiritus dulcedine, ac noua diuini luminis copia præparabat. Mariam cœli portam suppliciter obsecrabat, vt se apud Deum in gratia poneret, ad filiumq; deduceret, quæ Dei atque hominum internuncia esset. Et quidem ex quo primùm Hierosolymis rediēs ad literarum studia in Christi gratiam animum adiecerat, de rerum cœlestium contemplatione nō sine magna difficultate remisera multum, seque ipse Domini charitate spirituali consolationi, deliciisq; sponte subduxerat; sed studiorum exacto curriculo deinceps & Venetijs & in Vicetino secessu, & in hoc, de quo dicebamus, itinere tam crebra diuinitus lumina, tam liquidas animi voluptates, eadem scilicet virgine fauente, percepit, vt in antiquum statum illum Minorassanum, quem post singularem & eximiam illius temporis in se Dei benignitatem religioso ioco primitiuam suam Ecclesiam appellare consueuerat, non solum ex integro, sed etiam cum fœnore sibi restitutus esse videretur. Virginis etiam liberalitas illa fuit, qua templum omnium primùm Ignatius adeptus est Romæ S. Mariæ à Stratu in celeberrima

*Ribadenira
lib. 2. cap. 1.
de vita patris nostri
Ignatij.
Maffeus li.
2. cap. 5.*

berrima vrbs regione, & ad Societatis functiones idonea. Ignatij porro ſectatores à virgine tam ſæpè protecti, adiuti, deſenſi, Patris ſui hoc beneficium agnoſcunt, vtque ſe pro ſua tenui infirmaque parte gratos oſtendant, præter alia diuinæ Matris obſequia Sodalitates in Deiparæ honorem toto terrarum orbe conſtituunt, de quibus in hoc libro tam ſæpè meminimus: quas ego firmiſſimas quaſdam arces eſſe interpretor religionis & charitatis. Virgo enim à ſodalibus commemorabili pietate colitur, & hominum vtraque neceſſitas adiuuatur.

DE SOCIETATE IESV.

IN hunc quoque numerum referenda videtur *Hieronym^o* noſtra hæc Societas Ieſu. Primum enim Ignatius *Platus de* ipſe eius fundator & author, quantumcumque fuit, *bono ſtatu* non eſt ambigendum, quin Virginis opus fuerit. Vt *religioſi, lib.* igitur qui glandem ſerit, totam arborem ſerit, ſic Dei *l. c. 34. iſſe* mater, dum Ignatium peperit, in cuius pectore, vt in *verbiſ.* Abrahamæ lumbis eius poſteritas, nos omnes continebamur; nos quoque, & totum hunc noſtrum ordinem peperiffe credenda eſt. Atque hoc quidem ipſum ſacerdoti cuidam noſtro inſignis religionis, & ſanctitatis viro diuinitus monſtratum eſt. Hic erat Martinus Guterus Hiſpanus, qui tum alias multas viſiones, & reuelationes conſequutus eſt, illamque inter cæteras, quòd per Galliam iter habenti, & ante Virginis ſacellum equitanti diuino lumine oſtenſum eſt, eum intra oſto dies moriturum. Quod euenit, cum ille paulò poſt ab hæreticis captus eſſet, inter quorum manus in ſummis rerum omnium incommodis breui deceſſit. Is igitur cum alia, vt dixi, multa, præſertim autem de beata Virgine diuinitus reuelata accepit, tum illud etiam, quòd nos omnes attingit; vidit enim aliquando illam eximia admodum ſpecie micantem, veſte prætereà in magnam latitudinem ex-

panſa, ac ſub ea veſte Societatem noſtram collectam cōtineri, quam illa materno affectu complecteretur, eoque quaſi ſuæ gratiæ & charitatis tegumento conſoueret. Quibus omnibus rationibus ac documentis cum hoc euidenter conſtet, religioſos omnes greges ſub cura eſſe huius ſanctiſſimæ virginis, eſt ſanè, quòd maiorem in modum omnes gaudeamus, ac nobis iſtis de tanto bono gratulemur, quòd quam beati omnes in cœlo, vt Reginam, venerantur, eandem ipſam nos quoque Reginam & præſidem habeamus in terris. quid enim ei deſit, qui huius præſidijs fulciatur? cum nec malum vllum tantum inueniri poſſit, quod non eius viribus facilè depellatur, nec vllum tantum bonum, quod non eius gratia & deprecatione facilè impetretur. Nam cum ad beneficiendum duo requirantur, primùm potestas, deinde etiam voluntas, vtrumque in Maria tale ac tantum eſt, vt maius optari non poſſit. Nam potestatem quidem, vt vno verbo dicamus, eandem habet, quam ipſe filius, ſed hic natura & propriam, illa dono, & communicatam. De voluntatis autem pietate & benignitate quis ſatis vel loqui, vel etiam cogitare poſſet, eius videlicet, quæ diuinæ voluntatis abyſſo, cui ita coniuncta eſt, quodammodo abſorbetur, & immergitur? quamobrem rectè Bernardus de vtroque: Regina, inquit, cœlorum eſt, miſericors eſt, denique mater eſt vnigeniti filij Dei. Nihil enim ſic poteſt potestatis eius, ſeu pietatis magnitudinem commendare: niſi fortè aut non creditur filius honorare matrem, aut dubitare quis poteſt omnino in affectum charitatis tranſiſſe Mariæ viſcera, in quibus ipſa, quæ ex Deo eſt charitas, nouem menſibus corporaliter requieuit.

*Sermo. de
Assumptio.*

LIBER QVARTVS. 727
DE CONSTITVTIONIBVS
nostra Societatis.

CERTE de parète, & fundatore nostro Ignatio *Ibid. cap. 25.*
hoc confirmare possum; ego ipse vidi, extare *his verbis.*
adhuc commentariolum ipsius manuscri-
ptum eo tempore, quo in Constitutiones cōdendas
incumbebat, de vno duntaxat capite, in quo, propter
quasdam dubitationes, multis diebus hæsit, in eo i-
gitur libello annotata sunt per dies singulos lumi-
na, raptus, & visiones, quæ illi contingebant, modò
beatae virginis, modò sanctissimæ Trinitatis certis
symbolis adumbratae, modò etiam aliæ, ex quibus a-
pertè constat, non tantum id caput, de quo hæc scri-
pta sunt, sed alia etiam, de quibus nihil extat,
non humano, sed planè diuino consilio constituta:
Idque de cæteris quoque religionibus tanto etiã ma-
gis intelligendum est, quanto hæc nostra illis de di-
gnitate & sanctitate concedit.

DE QVODAM ADOLESCENTE.

ADOLESCENS pertæsus vitæ prioris, cùm me- *Franciscus*
liorem instituisset, nocte quadam, quæ se- *Bencius in*
quarta erat diem Dominicum, audit vocem *Ann. capite*
hortantis ad perseuerantiam. Octiduo post admoni- *de coll. Pa-*
tio similiter, & querenti, quis esset, qui loqueretur, *risensi, sed*
responsum est, cognominem esse ipsius Ioannem E- *quadã pra-*
uangelistã; additum est, vtrum vellet Carthusianus *mittuntur.*
esse, an Capucinus, (de religione fortassè deliberabat
adolescens,) qui & dixit, faciam quod Deus impera-
bit: tertio die Dominico, nocturno itè tēpore quasi
ex cōpacto redit eadē vox stimulos addēs iuueni, at-
que exhortās, vt religiosā vitā magno animo cape-
sæt; interea in manū dat illi schedulam: sunt istic no-
minum religionum; opta quam voles, ego amplius
non reuertar. ita relictus Ioannes plenus admiratio-
nis & metus. in schedula erant trium ordinum
nomi-

nomina, & duos quidem argenteæ literæ, nostrum (is erat tertius) aureæ exprimebant, quem & sequi constituit. Anceps alius atque incertus, quam institueret rationem vitæ, in illo fluctuantis animi æstu ex sacerdotis sententia confugit ad Deiparæ templum, vbi tum sanctorum Dionysij, sociorumque reliquæ visebantur; hic cum oraret supplex, diuino illustrante lumine portu consiliorum inuento, ad Societatem appellit. Vtrumque iuuenem à Bencio memoratum mea quidem sententia Societati nostræ Deipara dedit, prior quidem à S. Ioanne accitus, qui filius adoptiuus est virginis, aureæ verò literæ Iesu nominis reuerentiam indicabant, quod aureis est literis exarandum, non quod noster ordo Cartusianis Capucinisque præstaret, quos utrosque Societas veneratur, seque multò inferiorem agnoscit. Fuit etiam illa causa fortassè, quod auro illo significatum est, iuueni expediens esse, omni repulsa comparatione, Societatem sibi diligeret. Non enim, vt quæque familia sanctissima est, ita semper ei, qui mundum relinquit, aptissima; alijs alia instituta conueniunt, & quod cuique optimum est, id etiam auri loco habendum; posterior adolescens qui in templo Deiparæ nostræ se familiæ dedicauit, suasu virginis sine dubio, dubium animum expediuit.

INGENIVM DONAT.

CAPVT XV.

De Ruperio Abbate Tuitiensi.

*Tritemius
lib. de mo-
nasterio
Hirsaugi-
si, Petrus
Canisius li.
1. de B. Vir-
gine. c. 29.*

MAGNVS ille Rupertus Abbas Tuitiensis, cum natura tardus esset, & ad studia literarum ineptus, neque labore, vt multi ingenij tarditatem compensare posset, sanctissimæ Virginis opem, cuius perstudiosus erat, ardentissimis & votis & affectibus implorauit; petit & obsecrat, vt, quando

quando hebes natus est, & indocilis, natura illud vitium virginis tollat auxilio, sibi enim sacrarum literarum studia placere, neque de profanis disciplinis laborare. Ruperto mœrenti atque anxio noctu se virgo mater ostendens, quæ erant à Ruperto postulata, largitur, & ex tardo, atque stupido tam ingeniosus, acutus & velox euasit, vt Germaniæ Theologorū princeps haberetur, quandoquidem Ruperto parem ætas illa non tulit, Tritemioque teste viuus mortuusque miraculis claruit, admirabilemque sapientiam cum incredibili sanctitate coniunxit. Tanti beneficii per virginem adepti non immemor Rupertus, virginē suis in scriptis persudiosè commendat, laudibus effert, prædicatque perpetuò. Cuius rei, vt alia præteream, testis est commentariorum aureus ille liber in cantica. Quanto dissimilior Magdeburgensis Vdo fuit, qui & ipse ad studia plumbeus, cum nihil omnino proficeret, suisque condiscipulis partim ridendum, partim se præberet miserandum, hanc eandem benignitatis arcam precibus aperuit, & ingenium, quo carebat, cum lacrymis poposcita virgine. Gementi, seque afflictanti diuina mater non solum, quod petebat, ingenium, sed suæ etiam vrbis Episcopatum pollicetur; caueret tamen, ne duplicati beneficii immemor à recto virtutis tramite declinaret, ac flagitiosæ vitæ se dederet, id enim non impunè laturum. Ex hoc tempore tam beneficam puer Vdo Dei matrem expertus est, vt ad magnam ingenij doctrinæque laudem, non sine sociorum, ciuiumque suorum admiratione, peruenerit. Neque solum eruditionem ac scientiam, sed etiam Pontificiam dignitatem, vt erat à virgine promissum, prædictumque, cōsequitur. Vdo ingenij celeritatem, Pontificiam tiaram, Deiparæ dona pessum dedit, tantisque muneribus ingratus, Episcopali que abusus potestate, contra quam virgo tanto antè monuerat, turpissimis se flagitijs inquinavit.

*In Chronico
generat. 34.* nauit, igitur cum beatissimæ virginis & donorum & monitorum oblitus peccandi nullum finem faceret, in grauissimum Dei iudicium incidit, nonendo-
que mortis genere turpissimam vitam terminauit. Hæc ita Nauclerus rerum diligens ac verus scriptor germanarum. Necis historiam, qua à concubinae cõplexu auulsus in templum Deo præsidente, multisq; cælitum astantibus tractus, damnatusque, & gladio iugulatus esse dicitur, dæmonibusque traditus, qui præda exultantes sceleratissimi Pontificis animum in inferos demerserunt, varijsque ludibrijs affecerunt, narrat Bredembachius, alijsque scriptores minimè contemnendi.

DE HERMANO CONTRACTO.

*Hieronym.
Platus de
bono status
religiosi lib.
2. c. 3. 3. ijsdẽ
verbis.*

MAGNVS etiam fuit per ea tempora Hermānus cognomēto Contractus, cuius doctrina eò admirabilior fuit, quòd eam insigni miraculo adeptus est. Ita enim scriptum est, hunc in Sueuia ex nobili comite ortum ab ineunte ætate omnibus membris captum fuisse, atque ob eam causam nomen illud, quod diximus, contracti acceperisse. quare cum monachus factus esset, multis precibus beatam virginẽ rogare institit, vt se eo morbo liberaret. Illa verò clara luce se ei visendam præbens optionẽ obtulit, vtrum è duobus mallet, sanusne fieri, sed vt erat rudis & indoctus permanere, an perseverare in morbo, & in omnibus scientijs insignis euadere? cum autem Hermānus, vt debebat, hoc posterius prætulisset, ab eo tempore mirabiles progressus in omni genere literarum facere cœpit, adeò vt neminẽ in his supereminẽtẽ, imò etiã æqualẽ habere crederetur, ac nominatim tres linguas latinam, Græcã, Hebraicam ita calleret, ac si in eis natus esset. Itaque illud etiam additur, valde eum semper deuotum fuisse Deiparæ virgini, eiusque opus esse Antiphonã
illam

illam, Salve Regina, ita celebrem in omni officio Ecclesiastico.

DE ALTERO HERMANNO

Dominicano.

HERMANVS in Germania natus, cum se Dominicanorum instituto à teneris annis dicauisset virginis ardēs amator, eius & animi & corporis ornamenta sigillatim contēplari solebat, & ad singulas Deiparæ, quas efflet virtutes attentè meditatus, salutationem Angelicam proferebat. Fratris sancta simplicitas, comprecatioque perennis fratribus non admodum probabatur, Hermannum concionari, & hominibus prodesse sua doctrina, volētibus. Ille suorum cognita voluntate, ad Deum bonorum fontem adiuuit, quem per virginem propitiabat assidue. itaque non sine humano studio Scripturæ sensa perealluit, & tam latina, quàm vernacula lingua concionatus egregiè, suæ ætatis studiosissimos quosque superauit, exemploque fuit, in Deiparæ scholis qui bene beateque viuāt, breui compendio fieri sapientes.

Ex Ann. Pradica. & chronico Fernandi à castello l. 2. c. 22. de rebus diuini Dominici.

DE ALBERTO MAGNO.

SEXTO decimo ætatis anno in Prædicatorum ordinem ingressus Albertus, cum in literis penè nihil proficeret, eò quod ingenio, ac memoria esset tardiore, tanto affici cæpit tædio, vt etiã de religiosa vita deserenda tentaretur. in qua fluctuatione dum hæreret, visum est, ei nocte quadã, cū, scalis ad monasterij murum admotis, abitu pararet, apparere patronas quattuor venerabili admodum vultu, quarum vna, deinde altera, semel iam atque iterum scādentem manu impulsam deturbaret; cum autē tertio idem conaretur interrogatū esse à tertia, quidnã ageret, & qua de causã? qua exposita, monuisse Illam,

Hieronymus. Platus de bono status religiosi lib. 2. cap. 33. ijsdē verbis.

vt opem

vt opem potius à quarta matrona, quæ Dei mater
 cœlique Regina esset, exposceret, se verò cum reliquis
 deprecatione adiuturam. Paruit ille, ac benignè ac-
 ceptus à virgine, insuper etiam interrogatus est, vtra in
 scientia excellere mallet, diuina, an naturali? tū ado-
 lescens, qui pro ætate nihil adhuc altius gustasset, cum
 Philosophiam dixisset; fiat, inquit illa, quod petisti;
 sed tamen, quia scientiam hanc filij mei scientiæ præ-
 tulisti, extrema vita omnem perdes doctrinam, & in
 hanc ipsam, quam exues, hebetudinem recides. Nec
 mora, viso dilapso, statim se mutatum sensit; quid-
 quid audiret, quidquid legeret, facillimè capiebat, aut
 si quid paulò difficilius incidisset, cum se ad virginè
 deprecandam, quasi promissum efflagitans, conuer-
 tisset, ilicò consequebatur. Quare cum talis, tantus-
 que vir euasisset, & multos annos tum docēdo, tum
 scribendo consumpsisset, deniq; triennio, antequam
 è vita migraret, dum publicè è cathedra nescio quid
 interpretatur, repente omnem sibi memoriam re-
 rum omniū, quas tenebat, funditus excidisse sensit,
 tum ille coram omnibus qui astabant, quid sibi ado-
 lescēti accidisset enarrauit ac professus, quidquid sibi
 postea eueniret, se fidei articulos complecti, & in eo-
 rum confessione emori velle, descendit è suggestu
 prosequentibus eum auditoribus cum fletu, cumq;
 amanter amplexantibus; quin etiam reliquam dein-
 ceptam vitam quasi repuerascens in magna simplicitate
 transegit, ita tamen, vt nullum religiosi instituti of-
 ficiū prætermitteret: Nam in his tantummodò
 memoriæ facultas constabat. Hic igitur tam admi-
 rabilis Alberti euentus, à quo Deus scientiam om-
 nem quasi mutuo commodatam repetijt, vt à se da-
 tam ostenderet, alios quoque indicat religiosos, qui
 in doctrinis excellere, vel excellunt, id certa

Dei ope, ac peculiari gratia con-
 sequutos.

MARTY-

M

T

mus,
 ma t
 mach
 iussit
 dori &
 que d
 oratio
 script
 reuer
 suis v
 quos
 busqu
 cecini
 dam E
 magis
 ficiort
 appell
 sentar
 Eccles
 lior fi
 na cor
 pore
 crucia
 torm
 tur, q
 natum
 cere p

MARTYRES ROBORAT, ATQVE
omnia feliciter auspiciatur.

CAPVT XVI.

De SS. Theodoro & Theophane fratribus.

THEODORVS Hierosolymitanus Christiana Ecclesiae scriptor admirandus, pro sacris imaginibus, quarum fuit defensor acerrimus, una cum Theophane fratre Germano grauissima tormenta sustinuit. Leo enim Armenus iconomachus pestifer utrunq; verberari, & in exiliu mitti iussit. Eo mortuo, respirauit Ecclesia, multiq; Theodori & Theophanis opera ad veram fidem, certamque de imaginibus sententiam rediere. Nam cum oratione valeret Theodorus, non voce solum, sed scriptis etiam, quanta esset aduersus sacras imagines reuerentia adhibenda, monstrauit. Non minorem ex suis versibus fructum legit cepitque Theophanes, quos fundebat egregios; itaque ingeniosis salubribusque poematis imaginum, quibus Ecclesia vitur, cecinit sanctitatem, easque grauissimi Patres quosdam Ecclesiae oculos merito nominarunt; moru ego magistras, memoriae vitam, vetustatis nuncias, beneficiorum, quae à Deo, Dei que amicis accepimus, testes appello; & propter illos, quos exprimunt, ac representant, veneratione dignissimas Catholica censet Ecclesia. Cum autem detestabili Michaeli detestabilior filius Theophilus in imperio successisset, pristina contra pias imagines bella renouauit: quo tempore Theodori, & Theophanis in perferendis varijs cruciatuum generib⁹ virtus enituit. Nam post noua tormenta rursus relegantur, ac solum vertere coguntur, quod religionem mutare noluisent. quid ærumnarum & malorum in exilio pertulerint, nullius dicere potest oratio. Biennio post Constantinopolim

*Simeon Metafrast. de
vitis Sanct.
Decembr.*

ab eodem Theophilo venire iussi alijs omnibus in exilio retentis, quos propter fidem orthodoxam relegerat, grauiſſimas plagas Theophilo & præſente & vidente pij defenſores imaginū acceperunt; dimiſſi poſt verbera nefario ludificationis genere ſtatim reuocantur; tortoribus Imperator inſtabat, vrgebatque ſæuitiã. Interim Theodoro illud ſemper in ore: Domine miſerere; ſanctiſſima ſuccurre Deipara; ſer opẽ clementiſſima parens, & ſubueni. non aliter Theophanes: Dei ſanctiſſima genitrix opitulare patientibus, ipſa quoq; fugiſti in Ægyptum portans filium, vt eum ab immaniſſimo Herode ſeruares; reſpice ad me, cui ſimilis proſectio malo eſt; hanc in me punit Theophilus. Domine, qui liberas pauperem a potente, & de manu fortiorum, ne differ auxilium ijs, qui pro tuo nomine cruciantur. Ioris flagriſq; conciſos abire iuſſit, ſed è veſtigio retrahuntur. Coram Theophilus cum inuiſtis Chriſti militibus amplius decertare non auſus, Præfecto vrbis examinandos, diſcutiendosq; commiſit, quibus ille per internuncium, tum ex Leonis Imperatoris morte lætitiã, tum diuerſam in religione ſententiam exprobrauit; illi contra neque gaudium ſe ex Imperatoris obitu cepiſſe, neque fidem mutare velle, reſpondent; æternam veritatem ex temporum viciffitudine, & principum voluntate pendere non poſſe. ad hæc Præfectus tormẽta minatus eſt grauiã; paratos ſe eſſe profitentur, nullum doloris genus, nullum ſe recuſare cruciatum, idque ex ſuperioribus pugnis ſatis debere eſſe perſpectum. Minis blandimẽta ſuccedunt; rogat, vti vel ſemel hæreticis annuant, ſe, quocunq; uevellent, ſi ita facerent, dimiſſarum. Conditionem fratres irrident, ſimilemque ſibi videri dicunt, vt ſi quis ita cum aliquo paciſcatur petere, vt iſtud tibi caput ſemel tantum abſcindam, deinde per me, quo velis, ire licet. Deſine nugari, Præfecte: Theodoro ac Theo-

ac
piti
vos
na
ſem
ac n
tene
rum
ciam
iube
tis e
vt p
de fr
nia
boril
dona
pora
ſti ſic
dicu
pella
tauro
xerur
ſapier

D E

A
enim
ſiteb
tinop
tẽne,
ius an
quid
impe

ac Theophani isthæc proponenda non sunt, qui capitis Christi membra nefariam sectionē detestantur. vos vos à Christo impia secta diuisit, vos mors æterna tanquam à vite palmites separauit ignis pabulum sempiterni; prius terræ natura, sedesque mutabitur, ac medium mūdi locum, quæ in rotundo infima est, tenere tellus desinet, quàm cum hæreticis & sacrarum imaginum eucursoribus, vel vnum spacium faciamus: Iracundia Præses excanduit, vtriusque faciem iubet inscribi, denique par illud grauissimis tormentis excruciat, & literis gloriosos fratres ignominiosè, vt putabat, notisque compunctos Imperatoris iussu, de fratrum constantia præmoniti; Apameam Bithyniæ relegauit. Exul Theodorus in carcere moritur, laboribus ærumnisque confectus, & Martyrij corona donatur. Theophanes Dei beneficio seruatus tempora vidit meliora, & Nicææ creatus Episcopus, Christi fidelibus verbo & exemplo salutis fuit. Multa non dicunt historiæ; sed quis ambigat in tormentis appellatam esse Deiparam, cuius auxilio in Phalaridis tauro constituti Christicolæ, quàm hoc est suaue, dixerunt, quod Epicurus, at qualis Philosophus? sibi de sapiente promisit dirissima patiente.

Cic. 2. Tusculana.

DE ANDREACHIO PRÆCLARO

Martyre.

ANDREÆ Chij pro Christi nomine oppetita mors nō solum ipsi, qui pertulit, sed multis præterea Christianis salutis fuit. quidam enim Trapezuntij natus, qui se, si superis placet, profitebatur peripateticum esse Philosophum, Constantinopolim veniens à Christiana fide defecit, spontēne, an metu tormentorum, historia non dicit. Huius arrogantis philosophi valdè dissimilis fuit miles quidam, & ipse Trapezuntius, qui Turcarum Regis imperio cōiectus in carcerem suum illum ciuē fidei,

Georgius Trapezuntius in histor. de hoc Martyre.

desertorem imitari iussus, id se negauit esse facturū. Militem hunc & adolescentem, & robustum Turci-
 ci rector Imperij delenire cupiebat; quò aut à Christo
 disiunctior esset, eò sibi fidelio rem fore credebat: At-
 tamen bonus miles & fortis sæpè de hoc ipso appel-
 latus, & mali illius peripatetici extra Xystum deam-
 bulantis, & Christianæ disciplinæ ducem deserentis,
 offensus exemplo cōstanter abnuēbat. Philosophum
 illum non Aristotelis, qui virtutis assertor fuit, sed
 Epicuri esse discipulum, qui corporis voluptatem om-
 nibus rebus antetulit, vt molli ter viuat, triās fugam
 infamem, crucis Christi ferendæ pondus & curam
 abiēcisse, & Mahometi falsi prophætæ nugæ & com-
 menta sectari voluisse. Ego autem cum pro mortali
 Imperatore Scythico in bello tot vulnera exceperim
 (hæc dicens se ipse nudauit, & aduerso corpore cic-
 trices ostendit) pro Imperatore cœlesti mortem op-
 petere dubitem? haud committam, vt breuissimi
 fuga doloris æternis me pœnis addicam. Ego vt ve-
 stri ludionis sannionisq̃ue præstigias & deliramenta
 confecter? Ego vt bella contra Christianos, quorum
 sum sacris imbutus, pestifera geram? pro superstitione
 propugnem? Vulnera in pessima causa, doloresq̃ue
 perpetrati, & ad tormentorum sedem per tor-
 menta festinem? Non sum ita hebes, vt ad interitum
 ruam voluntarium, quem mors sempiterna conse-
 quitur. dolores philosophus timuit, homo videlicet
 voluptarius, qui morte finiuntur, neque cruciatus
 præsensit æternos, de quibus nostra nos fides non si-
 nit ambigere. Hæc dicenti, & in munitissima turri
 clauso deliberandi datur spacium; scilicet iuueniliter
 exultantem molestia carceris frangendum Turca ip-
 se ratus, pedetentim de causa iudicare se velle simu-
 labat. Dum hæc Constantinopoli eueniūt, Andreas
 ardentissima febre cōsiētabatur in patria, cœlibemq̃ue
 se perpetuò fore sanctissimæ, Virgini pollicetur,

si ex morbo conualefcant. Recepta post votum celeri cursu valetudine, è lecto tanquam ex morte surrexit, candidamq; vestem induit votiæ castitatis) insigne. Constantinopolim deinde profectus est, non augenda rei familiaris studio, vt illius ætatis quæstuosi mercatores quàm plurimi faciebant, quippè cum ab Andrea moribus lucri cupiditas abhorreret, adolescentisq; septem & viginti annos nati vita esset omnium virtutum congregatione mirabilis, neque videnda vrbis celeberrimæ cupiditate ductus iter illud instituit, sed ad martyrium diuinitus euocatus ad urbem illam accessit. Quo martyrio & Dei nomen mundo inclinante coram turpissimi Mahometi cultoribus illustraret, & ijs remedio esset, quos turpis ille, ridendusq; philosophus aut oratione decepsisset, aut foedissima prolapsione subuertisset. Vt primum in vrbe stetit, Bizantijsq; pedem posuit, à maleuolis quibusdam accusatus est, quod cum Christianis colloqueretur, & eorum templa frequens inuiseret; qui Alexandria fidem abiurasset, crucem calcatam, spuitisq; foedatam in stercus proiecisset. Hæc Ægyptij quidam mercatores de Andrea ne de facie quidem noto mentiri non dubitarunt; quin etiam de illo se audisse affirmarunt, cum diceret, Mahometi se esse discipulum, ac Christo nuncium remisisse. Tractus Andreas ad iudicem, Alexandria se vnquam fuisse negat, neque à patria vllò tempore abfuisse, præterquam in hac profectioe Byzantina; Cuius veritatis testes numero plures, fide grauiores allegauit. Et quoniam Mahometani Iudæorum sequuti morem circumcidi solerent, se integrum intactumq; esse demonstrauit. Redarguitur Andreas illo argumento, quòd Ægyptij adultos homines si à Christo deficiant, & circumcisione reformident, Apellas, & Verpos facere desinant, eamq; torturam nouis Mahometi cultoribus condonare cõsuefcant. Iudex accusatorũ fautor

potius, quàm rei, causam, quæ ipsi dubia & anceps est
 visa (lippis eâ cernebat oculis) Christi milite in vin-
 cula coniecto, refert ad Regē; qui de adolescentis eta-
 te, proceritate, animiq̃ue celsitudine edoctus à iudice,
 suum militē fieri vehementer optauit, itaq; Trium-
 uiro capitali mandat, vt Regis nomine centuriatum
 Andreae promittat, si Mahometanus esse volet, præ-
 miorumq̃ue in dies accessionem fore maiorem; sin
 autem promissa contemnet suæ tenax religionis, vt
 metu ac minis vrgere pergat; reuentem, minasq̃ue
 pro nihilo putantem inauditis supplicijs, tormentis-
 q̃ue discruciet, ad extremum capite plectat, & ex nu-
 mero viuentiū exturbet. Postero die in iudiciū Chri-
 sti pugil adducitur, regisq̃ue promissa de centuriatu,
 deque alijs honoribus, ad quos sit promeritis ascen-
 surus, à Iudicij præside proponuntur; aurum, argen-
 tum, vestem preciosam, qui Iudici assidebāt, vel suo,
 vel principis nomine pollicentur. Andreas nihil om-
 nino respondet, ratus indignos esse, qui ita garrissent,
 & vitæ huius bona proponerent, quibus ipse respon-
 deat. illi, quid siles? inquirunt. Andreas de vita, deq̃
 humanis opibus laborare se negat. ad quem ita Tur-
 cæ: nos quidē id agimus, vt & in terris, & in altera vi-
 ta felix esse queas. Andreas coherere illa nō posse re-
 spondet, vt hic inter mortales iucundē viuamus, cor-
 porisq̃ voluptatibus seruiamus, & beata post obitū
 vita perfruamur. Stat, inquit, omnia prius perpeti, q̃
 vobis assentiri. Vexate, cruciate, discerpente corpus hoc
 pro vestra libidine, ego Christi mei crucem omnibus
 regnis antepono; quare missa facite verba omniū ir-
 risione ludenda, & ad tormenta tandē accedite. Hæc
 cū dixisset, ferro constrictus ad vincula truditur, &
 ad meridianū tempus insequentis diei, qui fuit Maij
 20. asseruatur, quo ipso tēpore è carcere educitur, &
 in eam vrbs partem, quæ ad Orientem spectat, quæq̃
 mari vicina ciuium erat cōmune colloquiū, amari-
 tatis

tatis inuitamento, pertrahitur, ibiq; nudatus immanissimis flagellis afficitur. contremuit ille quidē, humanitusq; cōcitus est in ipso verberum, plagarumq; primordio, collectisq; ad pectus coniunctisq; manibus contenta voce exclamauit; virgo Maria adiuua me. hæc effatus pedem vtrumq; firmavit, & ad solis occasum in eodē immobilis vestigio permāsit. Dum hæc Andreas pro Christo perpetitur, Trapezuntius ille miles è fenestra turris, in qua erat inclusus, ita acclamabat; ò felicem Christianum! ò perbeatam, quæ te tulit, insulam! ò fortunatos verè parentes, qui talem Andream, verè Andream & planè virum procrearunt! vtinam ista tecum ipse perferrem, cuiq; certaminis socius & particeps essem! reducitur Andreas in carcerem, & membra loris, flagellisq; discissa medicorū consilio carnifices vnguētis delibuta fouerūt, martyre cibo recrearunt, & eam aquā bibendam propinarunt, cui liquefactum aurū, in pulueremq; redactum pharmacopolæ miscuerunt. id barbari præter morem, & præter ingeniū Andream præstiterūt, vel vt vita esset diuturnior, ad pēnas multo plures patiēdas, vel hominis admiratione, cui vitā miseratione propagabāt, vel miraculosæ sanitatis metu; quippè cū ex Christianorū assidua consuetudine sermoneq; discerēt, Christi Martyres, quo die tortorū immanitas cruci esset, nocte cōualescere solitos, sanosq; & robustos noua tormenta repetere. itaq; cū Turcæ metuerēt, ne, si Andreas orto sole sanus & valens appareret, valetudo illa Christi laus esset, & admiratio popularis sequeretur, medicamētis anteuertentes miraculi veritatem obscurare, granditatem eleuare tentarunt, & ad ridiculas artes confugerunt. Vigesima prima eiusdem mensis die Christi athleta in palæstram rursus, arenamq; descendit, & ferreis vngulis, quod verberatum pridie dorsum erat, crudelissimè laniatur. Andreas tametsi pugnādi est initio cōmotus, tamē post

illa verba, Virgo Maria adiuua me, loco se minimè mouit, firmatisque pedibus ad diei finem in cruciatibus perseverat. Trapezuntius illa eadè, quæ pridie vociferatus erat, ex arce alacriter iterauit. Vbi nox terras oppressit, vnguentis Christi Martyr illinitur, & aqua illa recreatur, cui magna probati auri vis erat infusa: Aiebant enim stulti tortores, illorum medicamentorum efficacitatem esse mirabilem, Dei que potentiam ad medicorum peritiam atque artem non minus stultè, quàm impiè transferebant. Orta luce Andreas semper sanus est visus, quod humanis artibus, & medicinæ, chirurgiæque præsidio fieri non potuisse constabat. Nam vulnèrum grauissimorum repentina sanatio vnus Dei est, Andreasque illi, vnde acceperat, sanitatem acceptam referebat; valet quidem in leuioribus malis humana solertia, quæ tamen vulnus aut punctum lentè curare consuevit, & temporis spacio decurrente. Vndecimo Calendas Maias pomeridiano tempore ex carcere Andreas educitur, quo die tam grauis carnificina fuit, vt nec digitorum articuli, nec ossa brachiorum, nec denique genua suis in sedibus remanerent, quæ partes diuisa atque disiunctæ summo cum Martyris dolore dissiherent, ad hanc acerbissimam pugnam illa se precatione Christi miles armavit: Virgo Maria adiuua me, quam videlicet ex superioribus prælijs saluberrimam esse sensisset. hac voce semel duntaxat emissa in ipso aditu vestibuloque tormenti, reliqua silentio tolerauit. Trapezuntius illo etiam die sui similis fuit, & patienti Andree vt solebat, applausit. Carnifices martyrem, vt instituerunt, nocte curant, eratque in dies maior & accuratior diligentia medicorum. Decimo Kalendas sanus & incolumis, vt solebat, inuentus est Andreas, non quidem arte chirurgica, quæ in tanta doloris acerbitate, luxationeque membrorum erat planè ridicula; sed

præpo-

præpotentis Dei manu, qui suos milites nobilitare solet miraculis, & sanitate cœlesti. hoc ipso die carnē illam, quæ humeros implet, gladijs tortor abscedit, sed mortem Martyris Turcæ immanissimi, quantū poterant, prorogabant, sperantes Andreā, si non magnitudine tormentorum, at certē diurnitate victuros. Obscurato nocturnis tenebris die ad carcerem & custodiam de more reducitur, superuacaneisquē illis vnguentis somentisque completur. Nono Calē obesa illa humani pars corporis, qua sedemus, quæque immundum habet aspectum, gladiolis tōforijs carne nudatur, ueque id celeriter, sed cū mora & lentitudine, quo doloris acerbitas augetur. Diuinus Martyr Mariam virginem promptissimam adiutricem in ipso pugnæ aditu fidenter inclamauit, bellandique initium ab inuocatione virginis semper auspicatus, semper est victoriam assequutus: ex custodia munitissima Trapezuntius suo Andreæ gratulari nunquam intermisit. Octauo Calendas, quidquid carnis inter genua clunesque interest, abrasum abscissumque est; præmisit solennem inuocationē fidelis athleta; applausit, qui solebat, ex Castello captiuus. Die vigesima sexta sutæ naturali illa pinguedine & carne priuantur atque exuuntur, cætera illo eodem, quo solebant, modo sunt gesta, dicta, acclamata. Die vigesimo septimo omne corpus sæuissime verberatur primo repetito tormento, vt renouati dolores, ac recrudescentes Christi Martyrem de statu dimouerent; ei est quoque valido ictu maxilla decussa atque deiecta, quam sublatam collectamque Christiani in diui Francisci cœnobio religiosè seruarunt, quæ suauissimum odorem efflabat. Vigesimo nono eiusdem mensis die (nam vigesimus octauus credo immunis & vacuus sancto fuit, deliberantibus, quid esset agendum, inimicis) vltimam Andreas vocatur ad pugnam. robustus ille quidem & valens,

nullo tormentorum vestigio, nullo carnificinæ horribilis, distortique corporis argumento. Quam sanitatem integritatemque membrorum Byzantini Turcæ medicamentorum, prompto remedio acceptam referentes Andree ingratum animum exprobrabāt, qui toties sanatus, & sumptuosa benignitate curatus in sententia permaneret. Ergo mortem minitantur tale tantumque beneficium neque agnoscenti, neque Mahometi potentiam veneranti. Contra Andreas, mors est, inquit, ista vitalis, cuius me mirum iam pridem desiderium tenet; neque verò est, quod vestram tantopere medicinam prædicetis, quæ ne leuissimis quidem plagis atque vulneribus, nisi interiecto spatio, medicatur. Me verò, si quæritis, Domini mei Iesu Christi crux, & clementissima virgo Deipara toties sanarunt, quoties vestra me crudelitas inaudita durissimè tortum laceravit. Neque plagis solum filius & Mater, sed ipsis cicatricibus mederi volentes, cõcisi, diuulsi, disceptique corporis & quadam cribri figura terebrati ac perforati vestigia & signa raserunt. Post hos sermones, mirabilemque constantiam securi percussus ad cœlos victor euolauit. Nominis hostes Christiani corpus proijciendum esse putauerunt; reclamant, resistuntque Christicolæ, quorum in ea vrbe numerus erat infinitus, deberique sepulturam affirmant atque contendunt ei viro, qui tam strenuè pugnauisset; se minimè passuros, vt gloriosi Martyris corpus maneat insepultum, marisque fluctibus obruatur, piscium pabulum & monstrorū cibis, & præda marinorum. iniuriam, quæ ignominiosè tractando iactandoque diuini Martyris corpore immortalis Deo fieret, pro viribus defensores. cuius magna piorum cum impijs concertatio esset, Iudex & vrbis magistratus dirimendę litis animo, & utroque pacificandi consilio, Regem consulit de Martyris sepultura. Ille vt primum de Andree in atrocissimis

mis tormentis constantia & fortitudine factus est
 certior, & pugnæ tum acerbitatem, tum maximè lō-
 gitudinem diuturnitatemque cognouit, iudice illo
 verbis accusato grauissimis, quòd Nerone crudelior
 in aduenam sine modo sæuisset, Andreae corpus do-
 nat Christianis, honorificoque sepulchro censet esse
 dignissimum. Et quidem nouus Dei testis nō Chri-
 stianis solūm, quos esse quam plurimos probabilis
 coniectura demonstrat, si conuenas, si Byzantinos ip-
 sos vel ciues, vel inquilinos, si denique captiuos ve-
 limus percensere, sed ipsis etiam infidelibus extitit
 admirandus: qui centies mille numero varijs præco-
 nijs diuinum Martyrem extulerunt, ex quibus alij
 constantiam, alij prudentiam, partim rerum huma-
 narum contempionem, partim fidem in Christum,
 Christi que crucem atque tormenta; plurimi pietatē
 eius Dei Matrem virginemque purissimam prædi-
 cabant. Elatus est incredibili comitatu, pompa, triū-
 pho que per celebri, & in perhonorifico sepulchro con-
 ditus; cuius iam humati corpus ipsemet Georgius
 huius scriptor historię vidisse se affirmat, religiosoque
 animo diuino se Martyri commendasse. Turcici Re-
 ctor imperij, post sancti Andreae gloriosas exequias,
 & funes prædicandum, militis illius Trapezuntij li-
 bertatem atque missionem vehementer optabat, vt-
 que liberandi animosi adolescentis honesta se daret
 occasio, cupiebat. Itaque curatum, vt captiui militis
 ipsa vxor pro marito supplicaret, cuius preces oppor-
 tunas Rex libenter accepit, Imperatorię maiesta-
 ti decorum ratus, vt peregrinæ foeminae postula-
 ta concederet, & Othomannorum genere prin-
 cipem satum liberalem, illis maioribus dignum,
 suis ipsa ciuibus in reditu prædicaret. Ita Andreas
 Rege placato, multos à morte eripuit, quæ cor-
 pus extinguit, in quos fortasse desæuiret; & ab inte-
 ritu æterno vindicauit, cōfirmatis non paucis in fide
 laban-

labantibus: qui verò à Christo legitimo imperatore ad impurissimi Mahometi castra vel tormentis coacti, vel vitæ laxioris voluntate defecerant, eis vitæ corrigendæ reliquit exemplum, si fecerunt; testimonium ante Dei tribunal, si in perfidia persistere voluerunt. Idem Georgius Andreae corpus ac membrorum atque artuum viriditate, atque illo colore ac nitore se vidisse testatur, vt dormienti, quàm mortuo similior videretur. Ex hac tota narratione, quæ verissima est, quæque testem habet Constantinopolim vniuersam, à Georgio Trapezuntio diligenter exposita, à Petro Canisio celebrata, clarè & perspicuè cōdiscimus, quā sit inuocatio Mariæ virginis salubris & sancta. Nam cùm hanc Matrem, priusquam tormenta patitur, Andreas appellasset, virili fortique animo insueta illa cruciamenta sustinuit, & plagarum, quas immanissimas tortor imposuit, sanitatem tam sæpe recuperauit; quod cùm minimè noster Xauerius nesciret, ab inuido Demone verberatus Mariæ virginis opem implorauit, quæ filijs præsto est, & in rem malam iubet abire tortorem. gloriosū hoc certamen confecit Andreas Paulo secundo Pontifice, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, mensis Maij, die 29.

DE FRASTRADO ABBATE

Clarauallensi.

Ex Chronico Cisterciensium.

GENERE clarus, virtutisque nobilitate celebrior Frastradus, cum theologiam foeliciter esset adeptus, & in adolescentia monachorū temperantiam æmulatus magnam sui expectationē commouisset, Cisterciensium se militiæ deuouit, Carbanensisque monasterij, virtute cum annis progrediente, factus est Abbas. Sed Roberto mortuo, cuius decessor inclytus ille Bernardus fuerat, Clarauallensis renunciatus est rector, quæ domus diui Bernardi

nardi recenti memoria cæteris dignitate, celebritate-
que præstabat. Frastradus simulatque se electum esse
intellexit, muneris grauitatem & pondus vehemen-
ter exhorruit. Nam & se arbitrabatur indignum, qui
in sancti Bernardi vestigijs pedem statueret, & ani-
marum primum, deinde possessionum, quæ ingent-
es cœnobio illi attributæ essent, moles & cura retar-
dabat. Quare fugæ consilium iniit, & terga vertere
statuit. Ergo ad Carthusianorum quoddam se cenobium
contulit, vbi libentissimo Priore delituit. Ibi dū
moratur & latitat, nocte quadam in fastigium con-
templationis elatus gloriosissimam Dei Matrem a-
spexit dulcissimum filium brachijs astringentem. il-
le statim procumbit ad pedes, & à filio veniam sibi
delictorum dari per Matrem virginem obtestatur.
Deipara ad Frastradum ita; quid moueris, ac dubitas?
Deinde filium ei tradit, inque sinu reponit, vt quon-
dam Simeoni, & hæc verba subiungit; accipe filium
meum, fac illum serues, diligenterque custodias: qua
emissa voce discessit. Reputans visa & audita Frastra-
dus, intellexit placere Deo, vt delatam monachorum
præfecturam acciperet, & fugitiuus esse desineret.
Cui enim Christi membra traduntur, ipse etiã Chri-
stus eidem commendatur, atque internuncia virgine
concredito Christo, vna Christi Iesu membra sibi
demandari. Igitur amplius repugnare non audet,
munusque suscipit, à quo tantopere refugisset. Itaq;
salutatis Carthusianis, & actis de hospitio gratijs, suis
se reddidit, quos vera & perfecta charitate diligebat,
atque in illo Abbatis officio talem se præstitit, qualẽ
eum esse oportebat, qui Clarauallensem claram do-
mum tertius à Bernardo gubernaret. Nam virtutes
omnes magnoperè coluit, curiosiorem amictũ quã
auerfaretur, illa demonstrant, quod monachum, cui
vestes curæ erant, elegantiorẽ cucullum sibi affe-
rentem, illo ipso, qui hæc scripsit, præsentẽ & audien-
te, gra-

te, grauitèr obiurgauit. Quid me, inquit, frater à commutè vestè deducis, & meorum me vis esse dissimilem, & re vera deformas formosiore vestitu? Abbas tibi videor, sed qui etiam monachus esse debeo. Id vnum præter cætera se formidare dicebat, ne Abbatis dignitas violandæ paupertatis esset occasio, quâ vt profiteretur, obseruaret, & sartam testam custodiret, cucullum induisset. Ergo perfectò & monachi & Abbatis functus est munere, ac post mortem angelici cætus factus est consors, vt Petro Tholosano magnæ sanctitatis viro cælitus esse dicitur reuelatum. Fuit illa fausta & felix electio, quam virgo Deipara confirmauit, à cuius vnico filio, inuocata etiam virgine, rerum omnium gerendarum sunt capienda primordia.

DE CAROLO NEAPOLITANO

Dynasta.

*Hieronymus
Rubeus lib.
9. de rebus
gestis Ra-
uennatum
ijsdè verbis.*

ANTEQUAM gentilis scœmina sanctissima diem obiret suum, illum sæpe Hieronymo Malufello prædixerat; tandem verò hæredè illo factò ex asse (erat enim Leo filius præmortuus,) iussit vt domum suam in templum erigeret, iaceret fundamenta, reliqua Deo committeret: Futurum enim, vt non Raucunates, sed exteri opus iuuarent. Itaque ad quintum Calend. Februarias nocte insequenti ad extremum sacro oleo vncta, morte minimè dissimili ab ea, quam innocenter egerat, vita, nono & quinquagesimo ætatis anno diem supremum clausit. Quoniam verò nimis longa sumeretur oratio, si, quæ post mortem admirabilia munera sunt eius apud Deum rogatu impetrata, narrauerim, hæc omittens ad Hieronymum Malufellum venio, qui cum ne aureos quidem decem nummos haberet, verbis tamen gentilis magistræ impulsus fundamenta templi iacit, & quod mirū est dictū, plurimi accu-
ren.

rentes ita viuere, vt breui fuerit templum extructū, in quod quingenti amplius nummi aurei impensū sunt, quorum trecentos Carolus in Neapolitano Regulus, quem nos virum nouimus fuimusque superioribus annis alloquuti, donauit. Is enim cum in Gallia, quō se admissō receperat, de quodam sacerdote accepisset, Rauennæ sacerdotem planè sanctè viuere, & templum exædificare, diuino spiritu impulsus Rauennam è Gallia venit, Diuæ Mariæ Lauretanæ templum toto orbe ingētibus miraculis celeberrimum inuisurus, inuentoque Hieronymo aureum tradidit torquem, vt quod iam augustum ædificarat templum, sacellis additis exornaret: quod & factum est. Quibus peractis, aliquod sacratis viris probis ac religiosis, in quibus Simon Crespolus Rauēnas maxime existit, secum iunctis collegium instituit, titulo boni Iesu, ac D. Margarete adiecto, anno à partu Virginis trigésimo secundo supra millesimum quingentesimum, quod postea Paulus tertius Pontifex maximus approbauit. Hæc Rubeus; quæ docent Lauretanum illud Caroli iter Mallusillo ad noui templi molitionem liberalitate virginis auspiciatissimum existisse. Iam verò collegium illud boni Iesu nomine decoratum, aduentantis Iesu Societatis quodam me prænuncio delectat, quæ paucis post annis eodē applaudente pontifice dulcissimum Iesu nomen, & Euangelij margaritam non in vno Rauennatum angulo, sed in vniuerso mundo peruulgauit.

MORTIS PRÆDICIT ET PRÆMON-
strat diem.

CAPVT XVII.

De quodam perfecto monacho ex importuno latrone.

CVM per loca Odo latronum plena latibulis aliquando transfiret, quidam ex illo
nume-

*Erāt illis
temporibus
hæc summa
permagna,
propter nū-
mum, &
ceterarum
rerum cari-
tatum.*

*Ioannes
monachus
lib 3. de vi-
ta Sancti
Odonis pri-
mi Abbatis
Cluniacen-
sis.*

numero ad eum supplex venit, utque se in monasterium reciperet, cum lacrymis orauit, & fletu. Hunc Dei seruus Odo comiter acceptum cum aliquo viro primario, quasi fidei iussore, redire iubet, causam se non aliter velle decidere. Neque enim è re visum Odoni est, quem nescias, & cuius mores atque ingenium ignores, cum sine sponsore, sine teste, & aliquo auctore probato religiosorum cœtibus aggregare, postmodum vno comitator venit monasterium petitor; querit sanctus Abbas de aduocato, num eum iuuenem norit, cui testimonium daturus accedat? Annuit is, quem Abbas putabat esse patronum. Quæ igitur istius vita fuit? latrocinij, inquit, suum nomen fecit illustre. Atqui, Vdo ait, mores in primis corrigito, deinde monachum te fieri postulato. Non enim ex turpissimis moribus ad sanctissimos facilis transitus est; media quædam interijci vita debet, quæ duo hæc extrema coniungat, & quasi catena deuinciat. Ad hæc candidatus ille Benedictini instituti ex nigro iam candidus: si me, inquit, bone pater abieceris, permanebo cum perditis, faciamque quod huc usque feci, neque vitij, quibus assueui, focij, quos ab initio ætatis amauit, dæmonibus, quibus cum mihi vetus necessitudo intercessit, nuntium remittere facile erit: dedescit animus sero, quod didicit diu: meamque animam Deus immortalis requiret à te, qui latroni ex vitiorum pelago enatare cupienti manum non modò non porrexeris, sed etiam calefcenti frigidam asper offuderis. His fractus Vdo sermonibus, illius veridici aduocati clientem in monachorum numerum cooptauit, & penariæ cellæ præfecto obedire iussit. Bonus hic latro cum in religione non mediocres progressus fecisset, consummatus in breui expleuit tempora multa. Sed prius quam è vita excederet, sanctum vocat Abbatem. Venit ille, & de ægrotante querit, nunquid monachus peccasset? Nouus Dymas ita respondit;

Sap. cap. 4.

dit
ino
leis
vi
tra
ded
mi
nac
rest
nar
in c
mat
gan
quat
Don
huc
stis
mile
quo
temp
ricor
voca
plâ n

C
Ciste
maic
pieb
affic
esset
die c
re pr
que

dit; tunicam meam, te nesciente, cuiusdam dedi, quem inopia nudarat; funem quoque ex asperis pileis, aculeisque contextum, te similiter inconsulto, mihi ipse vindicaui. Tum Odo: de isto fune quid actum? ventrem, inquit ille, coercui, cui saginando operam latro dedissem. Pius pater voluntariam istam pœnam admittatus, cum cilicium vellet ex egro moribundi monachi corpore auferre, auulsa cum sanie cutis est, cui restis arctissimis nodis adhæserat. visionem deinde narrauit Odoni. proxima nocte, mi pater, sum raptus in cœlum, obuiamque mihi fulgentissima quædam matrona processit rogans, num se cognoscerem? negante me, ego, inquit, misericordiæ mater illa sum, quam toties inuocant Christiani. quid me, inquam, Domina facere iubet? tu verò, inquit, post triduum huc venies, mortisque horam ipsam præsignauit. testis dies & hora. Atque ille tempore quidem nouus miles & tiro, meritis veteranus, vitam, quod die, & quo momento virgo prædixerat, terminauit. illo ex tempore beatus Odo sanctissimam virginem misericordiæ matrem appellauit, & prætermisso Mariæ vocabulo Deiparam dulcissimo illo circuitu, cuius ipsa magistra fuerat, vocitabat.

DE QVODAM ABBATE.

CHRISTI Iesu infantiam, & eum amorem, qui, *Annales*
 vt humanam naturam Deus immortalis indueret, sapienter fortiterque perfecerat, quidam *Cisterciensium. &*
 Cisterciensis Abbas assidua meditatione recolebat, *Henricus*
 maioremque in dies hoc ex mysterio dulcedinè capiebat. Infantis Christi recordatione suauissima mirè *Granus in*
 afficiebatur, & matre, à qua genitus, alt^o, educatusque *suis exemplis.*
 esset, inexplicabili charitate diligebat. Cum autem die quadam apud suos in communi triclinio de more pranderet, ecce subito alienatur à sensibus, diuinoque arreptus somnio virginem beatissimam videt

facie longè pulcherima, quæ puerum in sinu gestans in triclinium veniebat. Abbas mirari primùm, vnde illa sceminæ audacia, quæ ad comedentes fratres media luce penetrasset, monasterij disciplina cõtemp-
ta, seuerisque claustri legibus violatis. Etenim humano sensu de mulieris iudicabat aduentu, quã necdum penitus norat, & à cæteris videri credebat. Cœli Regina per medios discumbentes progressa ad Abbatem recta contendit, cuius in patina puerum, quẽ gerebat pulcherrimum, atque omnis formositate authorẽ, collocauit. Abbas porrecto pane, comede, inquit, blandulaque voce puerile illud papare congeminat. Negauit pusio se velle, immò tu, inquit, post triduum mecum eris, proficiscerisque ad æternum panem in meo regno capiendum. Post hæc effata visio illa omnis euauit. Abbas continuò decumbit agrotus, dieque tandem quarto ex pueri Iesu, quem virgo mater adduxit, certo & vero promisso, prædictoque, sanctus Abbas migravit in cœlum æterno cibo saturandus.

DE QVIBVSDAM DOMINICANIS.

*Exchronico
Ferdinandi
Castellani
tom. 1. lib. 2.
cap. 18.*

Quo tempore Raimundus Penafortius vir sanctus Diui Dominici generalis magister familiam gubernabat, Leodatus monasterij montis P'electarij incola diem suum obiit; pridie tamẽ eius diei, quo à vitã discessit, Deiparam ad se venientẽ vidit, atque ita percontantem, vin' tu me sequi, filiumque meum? Rogata, quanam esset, mater, inquit, ego sum Dei haud credo, Leodatus ait; neque enim hunc perditum, & flagitijs inquinatum, milleque dignum Tartaris Regina talis inuiseret. Tum virgo Leodati animum ab illa ambiguitate deduxit, se religionis patronam, piorumque custodem. Fidẽ cum veritas ipsa faceret, quæ latere nequit, Leodati animum meliora concepit, ac timore depulso; si igitur, vt dicis, Deipara es, his me eripe miserijs virgo sã-
ctif-

Etissima, hactenus vixisse sit satis. Hæc ita idem Leo-
 datus socio se inuisenti memorauit, quæ vana non
 fuerunt fratribus; namque die postero vespertinas
 preces cantantibus, ipse secundo ac felici cursu in illas
 piorum sedes penetrauit, & ad eum solem peruenit,
 qui vespertinum nescit occasum. Conradus verò vir
 & sanctus & prudens, qui Constantiensē cœnobium
 aliquando rexerat, quintodecimo ante obitum die
 suæ mortis præcius diem fratribus indicauit. Ego,
 inquit, nec vana fides, in ferijs nascentis virginis vitæ
 cum morte commutabo. Et nimirum virginē Con-
 radus amabat. vltimum, quod fecit, sacrum de virgi-
 ne fuit, vltima item concio de virgine. Non dissimi-
 lis Hualteri Melseburgensis nobilis Germani mors
 fuit. Cuius conciones ipsis etiam primarijs ac poten-
 tibus salubres extiterunt. Angelicam salutationem
 præcipua quadam animi sui dulcedine, & miro cor-
 dis sensu dicebat, illisq̄ue verbis, benedictus fructus
 ventris tui Iesus, dæmonem bis vertit in fugam,
 Reguli cuiusdam conuersionem interpellantem.
 Quidam alius ex eodem grege Virginis amator in
 Narbonensi cœnobio non grauitè ægrotabat, &
 virgo rependit amorem. etenim ille ipso die, quem
 ascendenti ad cœlum virgini mater Ecclesia dicauit,
 prodituris ante sacrum, quod cantari solet, cum pō-
 pa monachis, Præfectum cœnobij ægrotus accersit.
 Adest curriculo Pater haud vocandi causæ prælagus;
 vbi intellexit de confessione, expectare tantisper iu-
 bet, dum sacram pompam comitetur ipse cū fratri-
 bus. negat ægrotus tantum temporis superesse mor-
 te imminente, pompāq̄; sibi fore cum Angelis. Qua-
 re Rector assedit, & cōfessionem morituri fratris au-
 diuit. Quæ absoluta, perrexit ad chorū, bonusq̄e fra-
 ter illo ipso tempore migravit in cœlum, quo mona-
 chi festum Assumptæ virginis triumphum, & reli-
 giosam pompam inchoabant.

Ibid. c. 67.

DE NICOLAO PRATENSI ET FA-
milia Cælestinorum.

*Antonius
Solarius
Carpinas
vtriusq;
Iuriscōsul.
in libro de
veneratio-
ne & inuo-
catione
sanctorum.*

PRATENSIS Nicolaus locupletis hominis filius cum mundo renunciaſſet, ac ſe Cæleſtinorum ſacræ familiæ deuouiſſet, in iuuenili ætate mortuus memoriam ſui æternam reliquit. Sui obitus diem vel ſanus & incolumis præcognouit. Vocatus enim, electusque ſocius à religionis primario Antiftite, quem generalem dicimus, ad Galliæ prouinciæ luſtranda, viſendaque cœnobia, paratum ſe quidem eſſe dixit, ſed ab eo tamen, cui longè maior poteſtas eſſet, aliò vocari. Miſſam hebdomadarius cantare iuſſus, incipiam, inquit, ſed ſeptem ſtatos dies complere non potero. Triduo poſt in febrim incidit, ac morte præuiſa confeſſionis, & Euchariftiæ ſacramenta & religioſè percepit, & cupidè. Vt ſacro etiam oleo lineretur, inſtabat, medico ac religioſis negantibus, quod longè à mortis periculo abeſſe putaretur. Sed cum rogare atque ad eò vrgere perſiſteteret, ſacro eſt oleo delibutus, & extremo ad certamen vltimum ſacramento præmunitus. Dumque poſtrema ſacerdos vngens verba pronunciat. Nicolaus lætitiæ plenus ſuo animam reddidit conditori, vno ex monachis exclamante, ô felix anima, quam Angeli ad cœleſtia domicilia & regna deportant! Raram Nicolai virtutem, mortisque & præſcientiam & præſtantiam, domeſtici omnes ad beatiffimæ virginis præcipuam quandam venerationem & pietatem referebant, quæ in Nicolao ſemper enitiſſet. Nullus enim in illo cætu repertus eſt Deiparæ virginis amator. Siquidem & alia multa, & illud affirmabatur in primis, conceptæ Mariæ Dei matris ſeruas ab Cæleſtinis vno tantum die celebrari ſolitas, agente, atque omnem lapidem mouente hoc Nicolao vniuerſi ordinis decreto, ad octauum vſque diem eſſe perductas.

du
ing
tar
ad
ver
cun
ſiro
tuæ
dis,
anno
chri
vide
mira
dies
nio S
Nico
ditor

Vsanct
quos
piſſe
latur
ante
horto
tem
illis
bus
viri,
dici

ductas. Quo optato impetrato, præ gaudio in hortu ingressum rosam omnium, quas viderat in eo plantatio pulcherrimam, ante Dei paræ imaginem vultu ad venerationem composito, statuissè, & hæc in super verba fecissè; mater, mater si tibi forte gratum ac iucundum placitumque fuit, quod religiosorum nostrorum conuentus me agente constituit, de ferijs tuæ immaculatæ conceptionis octo dierum agitan- dis, flos hic, quem tibi rubicundum offero, vertente anno, hoc ipso recurrente die, viriditatem suam, pulchritudinemque conseruet: itaque factum est, multis videntibus, ac rosæ integritatem formositatemque mirantibus; à cuius appositione anniuersarius ille dies esset. Qui verò miraculo interfuerunt, Antonio Solærio rem testes oculati narrarunt, cuius ipse Nicolaus discipulus quondam fuerat, & charus auditor.

DE QVODAM INDO.

Vir quidam admirabili virtute, & sanctimo-
nia cum incidisset in morbum, ex quo non
surrexit, per quietem narrauit, astutissè sibi
sanctissimam Dei matrem, Thomamque Apostolū,
quos præcipuo honore semper coluit, ab ijsque acce-
pissè diem & horam, qua anima esset è corpore euo-
latura prædictioni respondit euentus. Idem paulò
ante discessum testabatur, à se visas dæmonum co-
hortes fremantium gementiumque, nec lacrymis
temperantium, quod ab Indis homuncionibus ex
illis locis exturbarentur, vbi tamdiu diuinis honori-
bus fuissent affecti. immanem strepitum audiuerè
viri, fœminæque complures, qui cum ad eum, què
dicimus, confugissent, timore perterriti, confidi-
te, inquit ille; nam mali hostes dant

poenas dementiæ
suz.

*Bencius in
historia
Mexicana
ijsidè verbis.*

*Ex nostris
Annalibus,
& ex litte-
ris patris
Gasparis
Pedrosa
nostra so-
cietatis, qui
cuncta per-
spexit.*

BARTHOLOMÆVS Vergara Complutensis, conspicui ciuis & Chirurgi Regij filius, à primis annis virtutis & pietatis cultor diligens, cum Segoniæ, vbi parentes aliquandiu vixerant, religiosè educaretur, quamuis scholasticus non esset, tamen à nostris in ea vrbe latinatam docentibus in virginis sodalitatē adscriptus est, quadam prærogatiua virtutis. Neque verò cōgregationi solum intererat, sed sacrum etiam cum nostris discipulis quotidie intentis animi viribus audiebat, & erat catechistus festis diebus comes assiduus. Et cum parens Arragonensis superioris expeditionis exercitum à Philippo Rege missum Chirurgus sequeretur, Bartholomæum illius itineris comitem adhibuit; qui cum commendatitias literas à nostris Segoniæ degentibus ad nostros Cæsaraugustanos prouidè pertulisset, paterminus Sodalitatis in nostro Cæsaraugustæ gymnasio factus solitam aduersus virginem pietatem conseruauit. Dum ibi moratur, in morbum incidit, ex quo nunquam conualuit, Deo salutem adolescentis huius æternam maturante. Nam pectus ita contrahi, & fauces angustari sunt coeptæ, vt difficilis respiratio esset, interclususque anhelitus graue negotium exhiberet. Dimisso exercitu, pater Madritum venit, ibique Regis Chirurgus habitauit. Eodem Bartholomæus, sed primarij, cuiusdam aulici ductu, cui patris iussu seruebat. Sed quia morbus & tristis vehementer vrgeret, cum pater ipse domum adduxit, vt paternam & indulgentiam, & diligentiam curaretur. Et quamuis nocte cubans neque tussim, neque gemitum tenere filius posset, & querimonia domus in tenebris personaret, tamen ea nocte, quæ D. Michaelis Archangeli Septembris mēse ferias anni nonagesimi tertij supra sesquimillesimum antecessit, pater diuini prouidētia numi-

numinis nocte media è somno primo, qui esse solet
 arctissimus, expectatus, vbi solito more ingemiscētē
 audivit, surgit ex lecto, & in filij cubiculum, quod
 suo proximum erat atq; contiguū, festināter ingres-
 sus, Bartholomæum offendit in strato sedentē, & in
 brachia inclinatū, quod anhelandi difficultas cu-
 bare non sineret; ac penè suffocaret. Percontanti, vt
 haberet, morior, inquit, nec id affirmo fallaciter; Dei
 nāq; mihi genitrix ira prædixit, sed nequaquā sacris
 non procuratis. Quocirca Confessione & Eucharistię
 quamprimū opera danda est; & si. n. in ferijs nascētis
 Virginis sacerdoti me ipse patefeci, & sacrosancto Ie-
 su Christi corpore animum refeci, tamē idē mihi est
 hac ipsa nocte faciendum. Tum pater, cras fiet istud,
 fili, in præsentia cōquiesce; minimè verò, inquit, cras
 enim nullū mihi iā est; eat proinde meus frater Frā-
 ciscus, & patrē Gasparem Pedrosam è Societate Iesu
 mihi aduocet, apud quem pono peccata. Nox erat in-
 tempesta, arctēque frater dormiebat; sed temporis
 tamen puncto surrexit, & domestico famulo comi-
 tatus ad Societatis ædes festinus occurrit. Pater Ga-
 spar statim se expedit, cum, negotijs vrgētibus, quo-
 rum fida procuratione destinebatur, vix horam quie-
 uisset. Narrabat postea Gaspar ipse, interioribus qui-
 busdam agitatū stimulis sese solito vehementius
 incitauisse, neque expectauisse, dum socius adueni-
 ret, sed Vergare famulo domi nostræ relicto, qui co-
 mitem ex nostris sociaret, cum Francisco, qui ægro-
 tantis Bartholomæi Germanus erat, vt diximus, ad
 moribundi ædes quàm ocyssimè properasse. Dum
 Gaspar accedit, Bartholomæum defectio trina exa-
 minarat; sed vbi pedem in languentis cubiculum Pe-
 drosa intulit, reuixit ægrotus, & sacerdotem suum
 gratulabundus excepit. Cœnauerat illa quidem no-
 cte cum parentibus, quatuorque sororibus, sibi que
 multum negotij nocte illa imminere, & instare præ-

dixerat. Pedrosæ illud idem de prædictione Virginis iteravit. Confessio sequuta est generalis illa quidem, & quæ octodecim annorum complecteretur historiam, sed breuiter absoluta ob conscientia puritatem. Interim dum de erratis vitæ confitetur, mulier quædam ex illa vicinia Bartholomæi parentem rogat, velitne uti sui mariti opera, qui in parœcia, ad quã nescio quas ob causas confugerat, illo ipso tempore diuersabatur; Curio vocetur, qui sacrata deportet Eucharistiam. annuente illo, festinat peropportunè mulier, momentoque temporis adest sacerdos cum pyxide sacrosanctæ hostiæ, ducentis comitantibus, & in illa noctis inopportunitate cereis viginti lucentibus. Quin & illud obseruatum est, quendam ignotum, & in illis medicis Vergare ædibus nunquam antea visum, constituendis rebus diligentem operam nauasse, altare composuisse, candelas ac cereos domi accendisse, obstupescentibusque domesticis, & dolore turbate nihil agentibus, illum omnia prudenter ordinasse. Percepta sacra synaxi, eiusdem sacerdotis opera, qui parochi vicarius erat, sacrae vnctionis allatum tempelstiuè sacramentum, & si .n. pater dubitabat medicinae legibus ductus, nihilq; vrgere sentiebat, quomobrem vngendus esset, tamen quia Pedrosæ confessarius minimè ambigeret, quin illa vera essent, quæ adolescens ex Virginis ore confirmarat, ad certamen mortis sacramentorum vltimo roboratur. Quo sumpto, quandam beatæ Virginis effigiem osculari institit, verbaque illo & tempore, & loco digna proferte non intermisit. Tandem ingrauescente morbo loqui desiit, & post sesqui horam expirauit. Is autè fuit habitus oris, & forma, vt nemo mortuum putaret, nisi qui immobilem aspexisset. Et hic quidem benemorati, & egregiè in virginem animati adolescentis exitus fuit, verè felix, & memoria dignus sempiterna!

MORIENTIBVS PRÆSTO EST.

CAPVT XVIII.

De S. Annone Archiepiscopo Colonienfi.

MORBI vi S. Anno ad extrema deductus *Author vt*
 cum morte pugnauit, eaque mala præui- *supralib.3.*
 dit, quæ breui consequuta sunt. Itaque sub- *cap.13. &*
 latis manibus in hunc modum exclamauit; sancta *Lambertus*
 Maria succurre miseris, succurre Coloniae, iam iam *Schaffna-*
 perituræ subueni cinitati. Quænam sunt, ô Domina, *burgensis in*
 quæ meis oculis obiiciuntur, horrenda spectra? per *chronico.*
 singularem misericordiam tuam te obsecro, vt mihi
 ianua fias, per quam ex hac vitæ fœce, & colluione
 euadam, & ad filium tuum, ad te, & ad reliquos cœ-
 lites peruenire queam, nec mala, quæ imminet,
 meis oculis intueri cogar. Cumque deficientem spi-
 ritum breui silentio recreasset, ad subueniendū Co-
 loniæ sanctum quoque Petrum inuocauit, cœlitum-
 que quorundam patrociniū nominatim appellans,
 tandem cum multo gemitu in hanc vocem prorup-
 pit: ô amici summi Regis, quibus Dei permiffa visio
 est, & fœlix aspectus, subuenite Coloniae vestris de-
 precatationibus, & intercurfione salutari. His dictis
 cum iam dilucefceret, duce Deipara, quam aduoca-
 rat, ad fontem lucis euolauit anno salutis nostræ mil-
 lefimo septuagesimo quinto, pridie nonas Decem-
 bris, post morbum diuturnum, quo illum Dominus
 tanquam igne aurum repurgat.

DE SANCTO RICHARDO EPI-
scopo Ciceſtrenſi.

RICHARDVS admirandæ sanctitatis Episco- *Rodolphus*
 pus immaculate Virginis opem instante obi- *Ciceſtrius,*
 tu notis illis versibus implorabat: Maria ma- *qui huius*
 ter gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste pro- *sancti Pon-*
 tificis vitæ *tege,*

*duobus cō-
plexus est
libris.*

tege, & hora mortis suscipe; suosque clericos iussit hoc idem carmen identidem ad aures pronuciare, ipso tempore moriēdi, minimē ignarus, quid Virgo posset præsertim verbis illis prouocata, quæ mater in hunc finem cantat Ecclesia.

DE SANCTA OPPORTUNA

Antistita.

*Ex vita,
quam de ea
scripsit san-
ctus Ado-
linus Episc.
Sagiensis.*

MARIÆ Dei matris exemplo sancta Opportuna virginitatem vouit, & Christum sibi ipsa despondit, religiosisque virginibus, in quarū se disciplinam à primis annis dederat, tandem aliquando cum laude præfuit. Illo ipso tempore Grodoberti immanissimi tyranni iniurias patientissimè tulit, qui Godegrandi Sagiensis Episcopi egregijque martyris ipsius Opportunæ Germani fratris, sacrilega se cæde fedauit; cuius pro Christi Ecclesia interēpti corpus soror Opportuna sola portauit, quod multi viri fortissimi loco mouere nequuerant, inque suum cenobium illatū honestissimè sepeliuit. Cumque Opportuna clara miraculis, ornata virtutibus, magnis perfuncta laboribus, suæque mortis præfaga, sororibus salutariter multa dixisset, easque ad omnem sanctitatem oratione, & quod præstantius multò est, vita & factis informasset, in morbum incidit, ac se lecto cōmisit, vbi quadam nocte, tenebris iam desinentibus, & insequentis diei luce propinqua, maximum derepentè lumē aspexit; suauissimo odore resecta Cæciliam ac Luciam inelytas Dei virgines vidit, agnitas suis nominibus salutauit, deinde modestè quæsiuit, nunquid à Virgine virginū sibi mandaretur. illæ, tuum, inquiunt, intermerata virgo præstolatur aduentū, vt eius filio iungaris in cœlis, quem in terris tam ardentè amauiisti; quam obrem & coronato capite, & accensa lampade sponso atque sponsæ obuiam te ire necesse est, & æternas Agni cœlestis nuptias

nuptias celebrare oportet. Post lætitiã huius præclarissimæ visionis in sinistro domus angulo horribilis demon apparuit nigerrimi figura Æthiopsis, cuius ex barba & capillis quasi pix liquefacta defluebat, oculi candentis ferri instar ardebant, quale de fornace emicantibus scintillis extrahitur; de ore & naribus flamma sulphure mista prodibat. Hunc Opportuna grauissimis verbis acceptum, derisum etiã atque despectum abire iussit, admonitisque virginibus, vt ne illi accederent, eiusve suggestionibus aures patefacerent, sese ad vicinã mortem, cuius diem antè notauerat, religiosè comparabat. Sacra fiunt, Christi Corporis se viatico munit, sorores circumstant, psalmos decantant, cumque ad ostium cubiculi respexisset, suas in Christo filias his verbis inelamauit; ecce aduenit Domina mea, cui vos commendo, vos inquam, quas amplius in hoc exilio visura non sum. Brachia deinde ad sanctissimæ Dei Matris amplexum expandens animam egit, corporisque soluta vinculis ad cœlum commigravit.

DE FLORENTIO.

VIR quidam nomine Florentius eloquens & *Blasius Me-*
 urbanus, cum ad moriendum vicinus esset, *lanesius in*
 sibi que ob vitæ flagitia, noxasque multiplices *vita S. Lo-*
 valdè metueret, à Ioanne Gualberto notæ sanctitatis *an. Gual-*
 Gualbertus fuerat, Romano approbante Pontifice, *berti ordi-*
 primus inuentor. Vir sanctus Florentio morem ges- *nis Vallis*
 sit, cumque nouitiorum vestitu induit, & vndecima *umbrosa*
 hora venientem in suæ vineæ operarijs numeravit. *fundatoris.*
 Florētius veste illa sumpta velut quadã apposita
 medicina morbo releuatus è lecto surrexit, & baculo
 mēbra sustentans monasteriū perlustrabat; sed cum
 morbi vis, vt fieri sæpè solet, recruduisset, & rursus
 Florentium lecto affuisset, ita grauitè ægotauit,
 vt morti

vt morti propinquus medicorum iudicio putaretur. vt primum ad Ioānis aures venit, Florentium à morte nō procul abesse, vnā cum fratribus ad moribundi nouitij caput assistit, eumque propè diem è vita excessurum Domino fidenter commendabat. Interea dum ab Gualberto, & Monachis Dei ac cœlitum inuocatur auxilium, æger ipse pallio, quo erat opertus, caput obuoluit, Gualberto, cur id faceret sollicitè, dolenterque roganti, tremens Florentius ac pauens, videre se Sathanam respondit, cuius ex ore flamma ingens vomeretur, ex narib⁹ sulphureus fumus erumperet. Cumq; Ioanni locum, vbi astaret, indicasset, vit Dei crucem arripuit, salutiferoque signo dæmonem fortiter verberauit; illo instar fumi vanescente, gratias Deo ægrotus exclamat, Sathanas aufugit, & cum dedecore, atque ignominia pulsus abscessit; Ecce adest, adiungit, beatissima humani generis fauatrix, receptrixq; Maria, cum ea S. Petrus, & Benedictus, credo, quos Florentius præcipua religione coluisset. his dictis, animam egit, & patria exilium commutauit.

DE S. ARNVLPHO SVESSIO-
nensi Episcopo.

*Lisardus
Episcopus in
vita S. Arnulphi ca.
49. & 50.*

MORTI vicinus Arnulphus beatum Petrum Apostolorum principem vidit, affirmantemque audiuit, quæ peccasset, esse remissa, & ianuam vitæ patere. Petrum lætissimi nuncij autorem ingēs beatorum numerus comitabatur. Eundem Arnulphum signifer S. Michael Angelico exercitu constipatus inuisit, seq; Arnulpho in cœlum duces futurum spondit; denique felicissimum Episcopum beatissima Dei Mater sua præsentia recreauit, cum agmine virginum glorioso Arnulphi animum ad superos esse abiturum mundi domina, & cœli Regina prædixit, & eorum gaudiorū futurum esse participē, quibus exultant cœlites, deq; assumptę in cœlum

in cœlum triumpho Virginis sibi vicissim gratulantur. Ascendentis in æthera Dei Matris illo anno feræ in diem Dominicum inciderunt, ipseque Arnulphus præcurrente sabbatho sub noctis initium decessit è vita; sed priusquam animam Deo reddidit immortalis, vocatis ad se discipulis nouissima in hunc modum verba pronunciat: crastino die, fratres, propter Christi Anastasim summa erit in cœlo voluptas, siquidem die Dominico resurgentem Dei filium, & à mortuis existentem in memoriam reuocamus, deque eius ex morte triumpho & militans, & triumphans lætatur Ecclesia; de assumpta in cœlum Maria Virgine gaudium duplicatur Angelis, reliquisque cœlitibus, neque tertia deerit materia lætitiæ; quare iubeo, seuerèque prohibeo, ne meum corpus crastina luce, quæ Assumptæ virgini dicata est, terræ mandetis, sed funus & sepulturam in diem vsque lunæ differte; est enim à Deo definitum, vt in die festo S. Arnulphi Metensis Episcopi huius peccatoris Arnulphi corpus humetur. multa præterea de regni statu, deque futura tum Episcoporum, tum principum profanorum rerum conditione prædixit, quæ euentus ipse comprobauit.

DE ADVLPHO FRANCISCANO.

ADVLPHVS relicto Alfatia principatu sanctam in diui Fiacisci familia vitam egit. moribundo communis religiosorum patrona Deipara præsto præsensque fuit cum innumerabilem Angelorum comitatu, eumque trementem, ac pautantum his verbis roborauit; fili quid times? aut cur mors imminens angori tibi est? egredere securus è corpore, nam filius meus; cui fideliter seruiisti, gloriæ sempiternæ tibi coronam dabit. ille Virginis & verbis & aspectu recreatus, mortis horrorem in ingentem lætitiâ, hilaritatemque conuertit.

*Ex Annal.
ordinis Seraphici.*

DE QVODAM MONACHO.

*Ex Ann.
Cartusia-
norum, &
ex Henrico
Grano in
illo quasi
Prato ex-
emplorum.*

INTER alumnos S. Brunonis Cartusianæ fami-
liæ principis quidam fuit Petrus cognomine Fau-
erius, qui ob vitæ merita, præclaramq; pruden-
tiam sanctæ Crucis domum Prior, vt vocant, guber-
nauit, postea familię totius lites & negotia tractauit,
quod in eo sedulitas cum officiosa fide coniuncta lu-
ceret; cumq; in vrbē quadam, ad quam commissi
muneris necessitas venire coegerat, ægrotaret, mor-
boq; in dies grauante vltimum vitæ tēpus immi-
neret, Dei beneficio Hupertus & is Cartusianus, &
cuiusdā monasterij præfectus, eodem peropportune-
q; peruenit. Huperti aduentus Fauerio iucundissi-
mus accidit, animiq; lætitiā illis verbis declarauit;
tempestiuē admodum, mi frater, accedis, pollinctor
videlicet meus, & funeris ac sepulturæ minister egre-
gius. Ei igitur peccata confessus viaticum sacrosanctū
accepit, & Oleo litus extremo sese ad moriendū præ-
parabat. Cæterum Huperto requietis atq; ocij causā
paulisper secedente, in egrotum, qui solus erat, malus
dæmon inuadit occasionum & captator, & versutus
inuentor. veniebat grandis libri sarcina onustus, in
quo delictorum Fauerij omnis latebat historia, eam-
que diabolus morituro Fauerio cum risu & cachin-
no perlegebat. Monachus suæ familiæ causarum liti-
gator obstupuit, idq; vnum in præsentia respondit,
quæ exprobrasset, commemorassetq; se esse delicta
confessum, & in sacramenti illo foro sententia sacer-
dotis absolutum, proinde obmutesceret, atq; illa rele-
gere desineret, quibus æternus iudex clementer ig-
nouisset. Redarguit Satanas cōfessionem inualidam
esse, vbi de multis, quæ rem circumstant, quæq; no-
minatim explicari debent, tacuisset. Negat fieri posse,
vt hostiles manus effugiat, qui, quæ erant dicenda, &
subtiliter explicāda, prætermisit. Ægrotus vehemēter
expauit,

expauit, ac desperationi proximus de animi salute diffidebat, cum misericordiae parens, & periclitantium adiutrix opportuna sanctissima Deipara lumine circumamicta, quod vix acies ferret humana, & manibus ac brachijs formosissimum puerum amplexa conspicitur, hisq; agrum verbis affatur; quid times, animumq; despondes? in portu nauigas; omnia tibi ab hoc pulcherrimo puero peccata condonantur, tibiq; esse remissa confirmo. Hæc ubi cacodemon audiuit, fractus debilitatusq; diffugit, ipsaq; cœli Regina cum paruulo illo, sed totius orbis & rectore & effectuore filio discessit. Restitit, reuixitque Fauerus, & animum confirmauit, qui penè desperarat. Redeunti paulò post collegæ Huberto vtramque visionem patefecit. Deinde marutinis precibus absolutis agrutus alta voce penitentiae septem illos Psalmos pronunciauit; languescens viribus, Hupertum ad precum partem aduocauit, amboque litanias recitarunt: vt aut ad illud ventum est, omnes sancti & sanctæ Dei intercedite, Fauerus dextre manus intento indice letus exclamauit, omnes sancti, qui hic adestis, intercedite pro nobis, & in his verbis vitæ cursum atque periodum foeliciter terminauit.

DE FRATRE ROMÆO.

ROMÆVS in Hispania Tarraconensi natus, quam studiosus virginis cultor esset, Mariæ *Fernandus Castellanus tom. 1. lib. 2. de vita diui Dom. c. 65.* nominis cōtinens appellatio declarauit; nulum quippè Deiparæ laudandæ finē faciebat, salutationem Gabrielis millies quotidie recitabat, in omni concione Assumptæ à Christo carnis mysteriū aliàs longiore, aliàs breuiore sermone memorabat. Hanc Virginis pietatem tenuit ad extremum, funiculū nodis mille cōtortum ad totidē Angelicarū salutationū numerum, ne moriens quidem posuit è manibus. gratissim⁹ illi erat versus ille Dauidicus; Cum dederit *Psalm. 126.* dilectis

dilectis suis somnum. ergo mortis tempore cum crepitantibus tabellis de more fratres excitarentur, vt Romæo adessent animam agenti, vnum, quem atctior complexus est somnus, vox expergescit Angelica, modulans suauissimè eundem illum versum Romæo quotidianum, Cum dederit dilectus suis somnum. Etenim paria paribus suis Deipara rependit amantibus.

DE QVODAM ALIO DOMINICANO.

Ibid. c. 61.

EX imitatoribus S. Dominici quidam Viœensis cœnobij incola, & vita, & oratione mirabilis, nunquam concionabatur, quin multa de Virgine loqueretur: cuius suauissimum nomen erat illi semper in ore. In oppidum hic de more concionaturus excurrerat, ibiq; morbo correptus Nosocomium petiuit, vt videlicet pauper inter egentes sui similes curaretur. Ægrotantem tantus mœtor obsedit, vt pro morbo mortifero esset; quem tamen non rerum indigentia, sed peccatorum cōscientia genuerat. perseuerantem ægritudinem paulò antè obitum lætitia fugauit repentina. Credebat se cum Virgine loqui, (haud dubiū, quin eam æger aspiceret) quam his verbis exceperit; salue Domina mundi; felix iste mihi sit & prosper aduentus. Ego pauper & misellus, tuus tamen concionator, & presbyter, quid ni te expectassem, & si talis, qualem me esse nouisti? Hæc vbi dixisset, parumper attendebat, quasi responsurus alloquenti, quin & hymnum quædam de Theophilo à Virgine conseruato canebat ex interuallo. Illudque repetebat interdum: cum Maria gaudent Angelici chori. hæc inter comiti sic occuriebat suo vel increpanti, vel irridenti; frater, monitum te volo, nec deliramenta hæc esse, nec morbi impetus, & furores insuetos, multò minùs religionem simulatam. In

causa

causa
fertur
uener
vbi
ritus
man
versu
gusta

DE

IN
nu
chi
tha
& suo
so filii
te mo
nuit
famul
tissim
tem a
Audit
homi
rint. E
que vi
cinore
& spe
dis pe
sanctè
quietè
mi, n
numi
recrea
bile n
morie

causa est virginis amor, cui imperare nequeo, hac præfertim hora. Interea matutinarum precum tēpus aduenerat, recitat ex præcepto collega, audiente egrotō; ubi ad versum vltimi ventum est hymni, omnis spiritus laudet Dominum; mōnachus, qui ægrotabat, manus attollens, & socio silentium nutibus indicit, versumque illum eundem ingeminans, & quasi regustans expirauit.

DE ELIZABETHA LVSI-
TANIA Regina.

IN obitu hominum virtute præstantium non minus esse solet admirationis, quam in vita fuit sanctitatis. Principio cum non vehementer Elizabetha ægrotaret, quotidie veniebat in sacellum Regiū, & suo pristino more aderat rei diuinæ cum Alphonso filio; post grauius affligente valetudine, & vrgente morbo, die lunæ quodam se cubiculo suo continuit. Aderat seruo laboranti nurus, diligenter & piè famulabatur, & quibuscumque rebus poterat, sanctissimam anum molestissimo morbo intabescentem ad lætitiā, & hilaritatem reuocare nitebatur. Audite, quid euenerit: mirari profecto desinetis, ab hominibus tantoperè laudari, quam coelestes inuiserint. Equidem non temerè grauiissimos doctissimosque viros credidisse arbitror, impiorū hominū, & facinorosorum mentes migrantes à corpore simulacris & spectris horribilibus, ac furiarum pœnis metuentis perterreri, neque vsquam posse consistere. At qui sanctè integreque vixerunt, eorum animos placidè & quietè discedentes è vinculis corporis, Christi optimi, maximi, beatorumque omnium præsentia, & numine obiecta aliqua specie grata & iucunda non recreati modo, verum etiam confirmari. Nam credibile non est, aut infestissimos hostes non illis instare morientibus, quos suæ crudelitati iam deditos quo-

*Ex Annal.
illius regni,
& ex oratione Petri
Ioānis Perpiniani laudationis eiusdem Elizabethæ,
lib. 3. iisdem verbis.*

dam modo & addictos esse arbitrentur; aut mitissimum parentem non illis adesse in tanto discrimine, quos intelligat sibi dicto semper audientes exitisse. Mitto cetera tametsi magna & admirabilia, quæ summa fide & autoritate homines literis mandauerunt: id solum dicam, quod est quadam ex parte cum Regina laude coniunctum. Beata Clara eximia religione virgo, & laborum patientia, cuius humilem & angustam ædiculam Innocentius Pontifex Maximus, qui fuit quartus hoc nomine, Pontificia maiestate sibi cohonestadam esse duxit. Ultimo vitæ die Christum Iesum, eiusque Matrem sanctissimam, cæterasq; virgines stolis candidis ornatas ad se ingredientiæ hilaris & læta conspexit, nec de tanto gaudio cælare potuit comites suas, sed exultans & gætiens quæsiuit, an sacrum illum cætum, quem ipsa cerneret, viderent. Iustum planè, ac penè debitum erat, vt sanctæ Mariæ reficeretur aspectu, cuius exemplo & institutis castissimæ Virginum sacrarum familiæ Christo imitandæ sunt atque deuotæ. Huius sanctissimæ virginis rationem & mores non solum probat maximè, sed etiam & ante nuptias, & in matrimonio, & in viduitate pro sua virili parte profequuta fuerat Elizabetha. Huius in ipsa morte non esse dissimilem oportuit, cuius in vita similitudinem aliquam assequi studuisset imitatio. Vidit, cum morbo vrgeretur, Dei Matrem accedentem virginali habitu atque vestitu, & nuntium suam & alios, qui aderant, hortata est, vt illi matronæ cederent, quæ albata veniret. Ego verò non abfuisse credo sacrum virginem beatarum chororum, quo stipata Christi parens felicissima solet virgari liberè qualibet. Claram autem iam apud superos agentem quis in illo tali conuentu fuisse desideratam opinetur, cum inuiseretur in discessu à Regina, quæ eius simillima esse voluisset in vita? Multum valet ad benè moriendum tranquilla & honesta vita, & vt

est valde

est
ferò
fue
Cla
acce

C
Iesu
te vi
ad ia
stiti
cing
culu
quo
mnu
fectu
effe
se fer
cum
inde
ipse
rum
sanct
gent
lipp
Holl

L
tem

est valdè difficile rectè mori, qui malè vixerit, sic fieri ferè non potest, vt eius mors sit misera cuius vita fuerit beata. Hæc Perpinianus, qui nos etiam diuæ Claræ locupletauit exemplo, ad rem, qua de agimus, accommodato.

DE LYDVVINA.

CVM ferijs Christi surgentis à mortuis, morbis, doloribusque Lyduuina confecta contēplandi studio teneretur absorpta, Dominum Iesum ad se vidit venientem cū sanctissima parente virgine Maria, Apostolis, & Angelis. Sedit Christus ad iacētis Lyduuinæ dexteram, Dei mater Maria cōstitit in sinistra, cæteris Cælitibus lectulum corona cingentibus. Aderat strata mensa; in ea sacri olei vasculum summæ cuiusdam artis atque operis, Crucem quoque pulcherrimam Lyduuina vidit, & cereum omnia collustrantem. Erat virginis corpus morbis affectum, ita vt nulla omninò pars à languore vacua esset. Tum à Seruatore sacerdotalib⁹ induto vestibus se sensit inungi, quo more solent, qui moribundi decumbunt: sed nulla verba pronunciari audiuit. Deinde in manus datus est illi cereus à Christo, quem & ipse cū sua matre sustentabat, cruce illa, dum spiritum emitteret, inuisa permanente. Decessit hæc virgo sanctissima anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo trigesimalotertio, 18. Calend. Maij Philippo nobilissimo Regulo, & in Burgundia, & in Hollandia dominante.

*Author, vt
sup. 3. part.
c. 12.*

DE LVBERTO VIRO

admirando.

LVBERTVS vir & doctus & pius Mariæ Virginis amator imitatorque fuit, quamque viuens coluerat, moriens inuocauit. Sed priusquam ad mortem venio, pauca quædam de illius vita, moribusque præ-

*Thomas
Campensis,
lib. de vita
huius Lu-
berti.*

præfabor. Nuncium adolescens mundo remiserat, se-
 que totum Florentij Christiani Isocratis arbitrio re-
 gendum, tractandumque permiserat, cuius è gym-
 nasio, tanquã ex equo Troiano innumerabiles Chri-
 sti milites prodierunt. Lubertus parentibus amissis,
 amplissimiq; heres patrimonij non ad explendas cu-
 piditates, sed ad salutarem, fructuosamque misericor-
 diam sua bona contulit, eaque Florentio rectori suo
 distribuenda permisit. His auxilijs & hac opportuni-
 tate Florentius domum illam Dauentriæ in Belgio
 fundauit, quæ religiosos clericos innumerabiles a-
 luit, & Septentrionis quasi seminarium fuit. Tam
 erat Lubertus obedientiæ cultor, vt à Florentio voca-
 tus ne dictionem absolueret eorum, quæ fortè exa-
 raret, cumque à nuncio admoneretur, vt lineam sal-
 tem perficeret, si quidem illa perducta tempestiuè
 posset accurrere, negabat se vltra progressurum, sed
 imperata quamprimum esse facturum. Florentius
 factus certior à fratre, qui Lubertum ipsum accersie-
 rat, promptam hominis obedientiam verbis magni-
 ficis prædicabat. Sub idem tempus quidam ex do-
 mesticis à Florentio importunis precibus contende-
 rat, vt in patriam redire, cognatosque & propinquos
 certis de causis conuenire permitteret. Cumque Flo-
 rentius licet inuitus annuisset, confectoque itinere,
 ac rebus vtrumque compositis reuersus viator ille,
 atque aspera multa perpeffus ad Lubertum charum
 collegam adiussit, mirarique se dixisset, quod tam
 facilem Florètium in missione danda reperisset, cum
 huiusmodi profectionibus pericula multa comiten-
 tur, Lubertus ita respondit, si te Florentius constan-
 tem ac firmum vidisset, atque in vtrumque paratum,
 multò aliter, mihi crede, statuisset, nūc animi tui im-
 becillitatem, aegritudinemque cognoscens indulsit,
 iterque concessit. veritus quippè est, ne non impe-
 trata abeundi venia sponte peiora grauioraque ten-
 tares.

tares. Lætor, inquit ille ista audiens, & quasi à graui somno euigilans me in postulatis æquiores, tractabilioresque præstabo, imperabo egomet mihi, annuat, renuatve Præfectus, perinde esse debet. Humilitas, quæ virgines amatores maximè decet rara in Luberto: de se quàm infimè sentiebat, alios laudibus extollebat. Cum mendiculis libenter; cum diuitibus loquebatur, & versabatur inuitus. Quidam ad eum venerat, rogans, vt aliquid salutare diceret. Lubertus se quicquam scire negat, digitoq; fratrem indicat, quem esset cōsulturus, se vas vrinæ fetidum, quod lauari, tergerique non potest, vt non grauem, intolerandumque inhalet odorem. Apud quosdam Lubertus offenderat, quibus videbatur esse seuerior, nec aditus habere perfaciles. Sed ab vno ex his admonitus gratias egit, & vultu ac sermone esse cæpit hilarior. De diuinis rebus aliquando differenter, ac suis Fratribus enixè rogantibus satisfacere cupientem, Florentius collegij Præses cōsultò, ac scienter his verbis interpellat, ista, Luberte scimus, etsi magistri non sumus. Ad hæc ille suppliciter, mea, inquit, superbia multis se prodit, ô pater, indicijs. Non enim vel intempestiuè reprehensus aliquid vnquam excusabat, sed omnia se obiurganti concedebat. Ad mensam legens dedita opera titubabat, vt à notatore corrigeretur, admonitus, & correctus se audisse dissimulabat, & vt sæpius emendaretur, hæsitare pergebat; volebat enim reuocari, rideri, & inscius atq; stultus iudicari, cum & suavis lector esset, & promptus, grauesq; & acutas debito sono appellaret. Ergo hunc Florentius religiosæ illius paterfamilie ferebat in oculis, & Ioannem Coquum, cuius vtriusque magna erat vitæ perfectio. Nam cum eos Florentius argueret coram fratribus leuissima sæpè de causa, tamen nunquam apparuit esse commotos, tantoque eos securius Rector vrgebat, quanto fore sperabat

æquiores. In culina seruiens Lubertus vili amictu, si-
 napique contundens amicis, viris amplissimis, se vo-
 cantibus illa eadem veste non dubitauit occurrere,
 quos tantum abfuit, vt offenderet, vt etiam gaudio
 & admiratione compleret. Nemo Luberto vel cha-
 rior, vel admirabilior fuit, quam Ioannes ille, quem
 modo nominaui, qui, vt Luberto videbatur, verbo
 minister & famulus, re dominus erat, & in virtute
 magister. Homines enim non artificio & conditione,
 sed meritorum ac vitæ præstantia distinguebat. Sed
 de Ioanne fortassè post, instat enim Luberti mors
 mihi, quæ vitæ consentanea maximè fuit, & ad no-
 stram de beatissima Virgine historiam directo tendit
 itinere. Sed est huiusmodi aberrationib⁹ venia danda,
 quas spero esse fructuosas. Cùm pestilentia in Belgio
 quam plurimos strauisset, Dei permisso hunc etiam
 Lubertum vulnerauit. Ille, qua erat pietate, & religio-
 ne, sese comparat ad benè & beatè moriendum, lite-
 rasque ad amicos dat, hortans, vt ad expiatorium ig-
 nem, purgantesque illas flammæ proficiscèti sibi sub-
 ueniant, sacrificia, precesque pro mortuis, & priuata
 orandi placandique Dei officia poposcit, nihilque om-
 misit ex ijs, quæ iter illud facientibus salutaria esse &
 opportuna solent. Fratres suos & conuictores dome-
 sticos aduocauit, quibus astantibus pro errorum
 venia in genua procumbès supplicauit, si quid offen-
 disse, sibi ab eo, qui læsus aut esset, aut sibi videretur
 offensus, remitti postulauit, à publica scelerum & con-
 fessione, & enumeratione, quæ videlicet, antequam
 se in religiosam disciplinam dedit, in libero mundo,
 & in præferuidæ ætatis æstu commiserat, minimè tē-
 perauit, fratresque suos ad fletus & lacrymas tanto,
 tamque insolito demissionis exemplo permouit. Flo-
 rētio, suo in Christo patri, & veræ magistro Philoso-
 phiæ, qui tum fortè aberat, se per literas commenda-
 uit, quas sui accusationibus, criminationibus, conuic-
 tiisque

tijsque compleuit. Quid ego membrorum debilitatem, animi angores, in tam dira lue? morbi cruciameta, horrores & spectra commemorem? Nam diabolus sub persona cuiusdam fratris & collegæ, qui paulò antè è vita migrarat, in varios errores Lubertù inducere conabatur. At Lubertus in re tali sanctissimam Dei Matrem cui erat deditissimus frequenter implorabat. Hieronymum etiam, Papamque Gregorium, quos intimis amabat affectibus, quosque inde à pueritia patronos elegerat, sibi adesse petiuit. instat dæmon teterrimus, inque vno Dei spem omnem defigi oportere, Mariam, cæterosque cœlites inuocari non debere, ad inorientis autem insuffurat, psalmorumque vocalem usum, quo se moriens recreabat, Lutheri Pater & mendaciorum architectus tanto antè dissuadet. quæ de Virgine Maria, de Sanctis, de que Psalmorum interdico impudentissimè mentitus est dæmon. Lubertus minimè tulit, qualemque consiliarium nactus esset, ex ipsa proteruitate verborum intellexit, veteratoremque cum conuitijs repulso à Dauidicorum versuum pronuntiatione non destitit. Virginem virginum, cuius erat amantissimus, multò inelamauit ardentius. Hieronymum, & Gregoriū appellauit alacrius. Tempestatem sequuta tranquillitas est, & beatissimæ Matris, quod expetierat, sensit auxilium, mortisque posito metu cupiebat dissolui, & esse cum Christo. Cumque hora iam appropinquasset, quam vehementer optauerat, se ipse eiecit, nemine fulciente. Manusque supplices tendens illa exclamauit, in gloria, in bonitate tua, in misericordia suscipe, suscipe, mirabiliaque se vidisse professus (Mariam credo adiutricem, tutoresque Angelos) coram suis fratribus animam emisit, & in Domino feliciter obdormiuit. Huius cum alia, tum illud verissimè dictum est, qui præsumt, clementiæ potius, quàm seueritatis amatores eos esse oportere. Vt Florentij discipulū

*Lib. de Ho-
spita. Pau-
perum.*

possis agnoscere, quæ dicere solitum Thomas Campensis scribit, multo plures lenitate, quam austeritate Christo se esse lucratum. Non erit, ut arbitror, alienum Christiani lectoris curiositati, vel, ut dicam melius, utilitati consulere, qui Ioannis illius, cuius in Luberti historia meminimus, laudatione pleniore non videtur esse fraudandus. Nam licet de Virgine nihil nominatim Thomas Campæus in huius vita Ioannis scripserit, tamen, quæ ponit, eiusmodi sunt, ut ad Deum, Deiq̃ue parentem laudandam maximè faciant, & ad Religiosorum mores conformandos valde sint accommodata, hæc nos, vbiq̃q; sint, libenter accipimus, & in hanc nostram historiam inferimus, quam & virginalem esse volumus, & moralem, quod sæpè repetendū est. Igitur, ne quid narrationi superioris exempli curiosis desit ad cognoscendum, & virtutis amatoribus ad imitandū, Ioannis, quæ prænotavi, ponetur historia, brevius tamē quam à Thoma Campensi narratur. Ioannes Chetelus, qui se postea Cacabum, propter culinæ vasa credo, quam frequenter incoluit, cognominari voluit, parentes sortitus est Rheni fluminis accolæ, in eaq̃ue Germaniæ parte natus, quam amnis ille rigat illustris. Hic cum mercator ab adolescentia fuisset, vitæ illius & molestijs offensus & damnis ad sacerdotiū aspiravit. Cuius causâ Dauëtriam venit illorū clericorum fama commotus, qui duce Florentio illa in vrbe pietatis, & sapientiæ studijs erant hominibus fructuosi. Cumq̃; in grammaticis mediocriter profecisset, Florentij, & fratrum consuetudine, & colloquijs ita mutatus est, ut mundo valere iusso sese Florentio in disciplinam interiorem, & domesticam daret, illaq̃ue posthabita scientia, quæ animos solet inflare, culinæ se totum addiceret, suorumq̃; fratrum cibos & obsonia condiret. Itaque post multas preces ad probationem (ut Thomæ Campensis verbo utar) & ad tyrōciniū admissio

Floren-

*Lib. de illu-
stribus Flo-
rentij disci-
pulis.*

Florentius illam vestem induit, quæ culinæ ministro esset aptissima. Ioannes lineo amictu ad illius officinæ sordes accommodato non aliter gestiebat, quàm si sacerdotis indumenta illa gestaret, quæ ad sacrificandum adhibentur. Eaque ille iam tum cum se presbyterum fore somniaret, rei diuinæ faciendæ perpulchra, & perornata parauerat. Quæ tamen, vbi animum ad culinam appulit, festinus vendidit: redactas inde pecunias mendicis, egentibusque distribuit, erat enim non modo officiosus in suos, sed etiam in externos valde misericors, ad quorum sustentandam inopiam quidquid poterat reseruabat. Quin & ipsemet ostiatim stipem aliquando collegit, vt mediculorum, quos amabat, & laborem, & pudorem expertus eos deinceps alacrius adiuuaret. Non longè à foco Deum flexis orabat genibus, & in propinquâ coniectus latebrâ diuinis colloquijs fruebatur, ignisque ille, quem carnes coquens accendebat, interiorè in animo flammam pariter excitabat. A Florentio familiæ moderatore vel ob minima reprehensus exultabat, seque tum per beatum censebat, cū asperius tractabatur. Maximas Deo immortalis gratias agebat, quòd se ad illud munus vocauisset, neque in libero ac perduto mundo reliquisset, vbi tam multi naufragium faciunt, & viciorum fluctibus obruuntur. Librorum de religiosa disciplina lectioni, vbi, & quando poterat, non quidem vt doctior, sed vt melior fieret operâ dabat. Quæ in mensa legebantur, diligenter attendebat, quodque latini sermonis negabat insciëntia (cuius tamen, vt diximus, non erat omnino imperitus) virtus ipsa donabat sermonis obscurioris interpretes. Ex libro Climaci multa obseruauit, ex aliorum item scriptis non pauca selegit, quæ viri perdocti valde probauerunt. Igitur, cum piè sancteque vixisset, à culina nunquam recessisset, charitatis, & humilitatis (quod nomen alia quadam notione latinum ad

virtutem latini iam transferunt) præclara documenta dedisset, in morbum incidit, quem postremum fore prælagens, se ad mortem, quanta maxima potuit diligentia, comparuit. Ægrotanti se Christus ostendit amator, fautorque simplicium, suaque præsentia sapientem illum coquum ad extremam pugnam mirifice confirmavit. Nam diabolus more suo paravit insidias, vitæque prioris mercaturam obijciens, avaritiamque exprobrans, illius artis comitem confidentiæ atque spei nervos incidere nitebatur. Sed nihil insidiando profecit. Victorque Ioannes, atque omni metu solutus anno Domini 1398. die sanctæ Petronillæ virgini dicato, migravit ad Christum, cū illud Davidis pronunciaisset, Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, sepultus est honorificè longo quodam inuolutus linteo, quod ille sabbatis omnibus in mortis suæ memoriam, quodque mihi probabile fit, in beatissimæ Virginis laudē, quam mortis hora sibi propitiam fieri cupiebat, induere consuevit, eoque illis ipsis Saturni diebus ad culinæ munus utebatur. Ergo illi concessum est petēti, ut hoc amiētū Sabbatino indutus, atque contextus humaretur. Huic religioso, cordatoque Ioanni quidā alter Ioannes Husdenus, vir clarus, & cuiusdam sui ordinis cœnobij moderatior, & pater, præclarum testimonium dedit his verbis, utinam cū tali viro, & in ea vitæ conditione mihi, ut morerer, contigisset. Ioannis coqui animus ab ocio, ignaviaque semper abhorruit; nullum ociosum spiritum, tranquillumque duxit; quid singulis horis esset agendum, sibi ipse præscripserat Eius diurnas, nocturnasque commentationes, & exercitationes Thomas Campensis literis mandavit, quas qui leget, verum illud esse Davidis intelliget, beatus vir, quem tu; crudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

Psal. 145.

Psal. 99.

DE HENRICO HAIDEM CANONICO Treuerensî.

VNVS ex alumnis abiit à vita, extrema eius exequar paucis, quoniam habuere aliquid admirabile. Henricus ab Haidem Canonicus Treuirensis pari morum elegantia, & nobilitate adulescens, cum ab extrema pueritia septem annos in collegio egisset, instanter requisitus à suis reditum parabat in patriam, sed veram illi patriam Deo destitante incidit in febrem, quæ octauo die attulit mortem. Monitus à sacerdote de necessitate vltima (iam ante se generali confessione præmunierat) ad Apostoli Andreae corpus, quod Malphi colitur, pro valetudine peregrinationem vouet, certam dein pecuniã ad crucem argenteam ponendam in æde Sancti Appollinaris, is est collegij patronus, itemque ad palliũ, quo altare operiretur Deiparæ Virginis, in cuius erat totalitio, reliquit. His rebus ita dispositis, cum somnus multis præsentibus oppressit. Post paulò euigilans, accersito sacerdoti, qui erat ei à confessionibus, ô pater, pater, inquit, quæ ego vidi? Quæ? interrogat ille, quæ nec oculis, nec auribus, sed nec vlllo sensu percipi possunt, cum mouisset expectationem, & iungerentur omnium preces, subiecit, inter attonitum, lætumque, sed læto propior, salus mea fuit in angusto. At benignitas Mariæ Virginis, sanctorumque Andreae, Appollinaris, & Martyrum nostrorum tutelarium in tempore succurrit. A dæmone sum ductus ad iudicem, magna vis, cum solus essem, circumstetit accusatorum varia crimina obiectantium, iam iamque exactor supplicij me pertrahebat ad gehennam. Cum abesset piope nihil, quin essem miserrimus, astitit misericordiæ parens, & ad illos conuersa, quò vos istum, aut quid vobis cum illo, qui tot annos mihi in mea congregatio-

Franciscus Bencius in Annal. Societat. anni 1568. in Histor. Collegij Germanici iisdem verbis.

gatione seruiuit: consequutus deinde Andreas idem indignans titulum obtendebat mei patrocini, quam voueram ad eius tumulum, peregrinationem. Sanctus postremo Apollinaris cum cæteris Martyribus, quorum sacrosanctæ reliquiæ sunt in æde nostra, vim inhibuit aduersariorum memorans crucem, quam proximè mandauit faciendam. Ita, quæ Deo est gratia, periculo simul, somnoq; solutus sum. Hæc cum dixisset exultans quarta ferè post hora animam reddidit.

DE QUODAM EX SODALITIO

Virginis.

*Ibidem de
hist. collegij
Colonienfis
ijsdè verbis.
Sed nonnulla
dicuntur
ante histo-
riam loci
propriam.*

APERTVS iam aditus in ptochijs ad pauperes, quorum inuisendorum, erudiendorumq; curam propriam sibi fecit noster vnus sacerdos non ignarus in squallidis, sentisq; corporibus latere animas permagno emptas, eiusque & aliorum Catechistarum studium patrocinio, æteq; adiuuant honesti viri è maiore Societate beatæ Virginis, & alij aliquot, qui catechismos quotidie suppeditant ad nostrorum arbitrium rudibus distribuendos. Sodales omnino trecenti. Magna omnium pietas. Duo Germani fratres ægrum, atque obfirmatum in hæresi nunquam destiterunt virgere, orare, interpellare, donec ille supremas curas ad Deum cõuertit, & prauas detestatus, in quibus consenuerat, opinionones, munitusq; Ecclesiæ sacramentis discessit fidentior à vita. Alium ex eodem cætu adolescentem ornandis, venerandisque sanctorum imaginibus cubicularibus sedulo deditum acutus morbus lecto affixerat, ipse interea totus in Deiparæ cogitatione defixus, eã tantum habebat in ore, quam vnã habebat in mente, pridie, quam migraret, matrem apellat, ait visam sibi Virginem cum filio, quibus additus erat Angelus minister, ab ijs se accersiri; proinde eã hoc supremum orat, vt flosculos, quos haberet domi, ac uictos

Etos opere plumario ad congregationem Dei Matris mittat, ipse postridie vultu in eam partem conuerso, vbi cœleste apparuerat visum, ridenti similis decessit.

DE QVODAM NOSTRO PRES-
bytero.

OBIT summo omnium dolore, aut mœrore *Ibidem de*
potius pater Ioannes Sangenotius, vir non *collegio*
minus actionis virtute, quàm contempla- *Burdega-*
tionis excellens. Visus est suum præsciuisse exitum, *lense ystern*
quem prædixit. Quatuor ferè antè mensibus patri *verbis.*
Prouinciali significauit sermone, se breui motiturū.
Cum detineretur morbo, & quæreret de fratre vale-
tudinario, qui ei tutelatis sanctus in menstrua distri-
butione obtigisset, cum is Laurentium respondiisset,
idem, inquit, & mihi, oremus proinde eum vterque,
vt ipsius die natali in paradisu ingredi merear. Dein-
de cum quadam nocte esset iucunda Christi Domi-
ni, eiusque genitricis visione recreatus, mane postri-
die eius rei seriem Præposito Prouinciali enunciat, af-
firmatque, triduo post sibi ex hac vita migrandum: quæ
etiam nonnullis partibus indicauit. Nec vana prædi-
ctio; ille enim ipso sancti Laurentij sacramentis mu-
nitus Ecclesiasticis edidit animam; vir vtiq;e, vt su-
perius attigi, & dum vixit, admiratione, & post mor-
tem memoria dignus.

DE QVODAM ADOLESCENTE.

SVPERTORE anno dysenteria molesta quædã *Ibidem, sed*
lues huic vrbi, collegioque incubuit, & vulga- *in Ann.*
batur contactu. Ea adolescentes quinquaginta *1590. de hist.*
laborarunt, & non nemo extinctus. Correptus est *Collegij*
ex hoc numero quidam illustri familia, sed magis *Dilingani*
virtute. Is, cum intelligeret appropinquare mortem, *ijsdē verbis.*
ad vltimum se certamen comparabat, sub patrocinio
Virginis, quæ & clientulo adfuit, in tabula præferens
cuius

eius nomen, & aliorum quorundam aureis literis, addidit migrandum ad cœlites, post exactum breue aliquod spatium in igne purgante. Narrauit hoc lætitiæ ac spei placus sacerdoti vicino, & sacerdos illico: per ego Dei genitricis amorem rogo, vbi ad beatorū sedem deuenis, his Collegij incommodis (Collegium erat conuictorum) tam grauibus ac diuturnis finem à Deo impetra, &, quam nostras propter noxas diuinam meremur iram, auerte; recepit, & abiit. Mirum dictu ab eius discessu illo morbi genere nedū mortuus fuit aliquis, ne ægrotauit quidem. Non est diuertum, quod idem Bencius scribit his verbis. Adolefcens propter vitæ morumque integritatem præfectus sodalitis parthenio grauiter decumbens, affueerat visam sibi sanctissimam Dei matrem Peto Andreaque Apostolis latera cingentibus confirmasse, sine sacro viatico non decessurum. Visum comprobauit euentus.

*De historia
Collegij
Heiligen-
stadiensis.*

DE QUADAM MULIERE.

*Idē Bencius
de historia
Collegij Va-
riensis in
Prouincia
Peruana
ijsdē verbis,
sed qua
preponitur,
& suppo-
nuntur
præclara
etiam sunt.*

ALEATOR impurus, & improbus accitum à domesticis sacerdotem, vt audiret confitentem, tanta cum indignatione accepit, vt in ipsum cōgereret maledicta, eaque probra in Deū, quæ in odium aures adducere possent. Deum repetitis crebro aleatorijs verbis, impijsque misericordiam animam exspuit. Solata est sacerdotis mœrorem ex viri iactura mulier paupercula, quæ moribunda statim, vt eū vidit, signo crucis ostenso, hoc, inquit, pater ago, cacodæmonem expello. Nec multò post delibuta maiore gaudio, quam quod mens capere possit, finite, (ait circumstantibus) me iucundissimo Dei Matris conspectu frui, in ipsam aspicio cum insigni patrū comitatu huic similiū, qui mihi adstat ad lectum. Multaque alia edidit clarissima signa immensæ voluptatis. Ibidem ita Bencius. Coacta etiam stips ad dif-

diffoluendum es alienum, felici euentu. Ea occasione lustrata oppida suburbana, & pro perfectione nostri muneris diligenter instructa. Sed interea quidam accidit, quod memorare non videtur absurdū. Cūm adeuntur maritimi populi, incidit sacerdos cū socio in copiosum virum & opulentum, cæterū candidum, ac probum, qui nunquam antea è Societate quemquam aspexerat, is excepit illos, vt amicos, & notos, omni significatione humanitatis. Benignitatē tam effusam mirantibus, & causam quærentibus dixit, conspecta mihi nuper Dei Mater comitantibus aliquot viris eadem veste, qua vos vtimini, præcepit, vos vti adiuuarem, quibus rebus possem, neque aliter fecit.

MORTVOS AD VITAM REVOCAT.

CAPVT XIX.

De sancto Meinulpho Diacono.

MEINVLPHVS Caroli magni ætate virtutibus, & vitæ sanctimonia floruit. Badurādi Episcopi Paterbornensis familiaritate vsus, eiusque & aliorum pijs de perfectione colloquijs adiutus magnum Deo seruiendi concepit ardorem. Neque satis habens purum sui pectoris domicilium Iesu Christo præparare, aspectabile etiam templum homo diues ædificate studuit. Cumque de loco ad ponendam sacram ædem idoneo secum ipse solus ambigeret, ceruarum visione admonitus (ceruas enim non ceruos esse animaduertit) sceminis collegium instruxit, quas canonicas, id est, ex regula viuentes nominauit. Sacrarum quoque reliquiarum ad templi thesaurum inuentione ditatus est, & cerui, cuius in fronte crucis signum effulgebat, diuino recreatus aspectu. Aduenerat tempus, in quo Deus optimus maximus fidelem suum seruum pro meritis

*Gobelinus
Persona
scriptor fide
dignus in
vita S.
Meinulphi.*

remu-

temuneraturus erat, tertioque Nonas Octobris excessit à vita. Cum autem corpus exanime iaceret in feretro, presentibus quam plurimis, qui ad tanti furi funus, exequiasque conuenerant, Meintulphus ad vitam cum omnium stupore reducitur, sequè ipse erigens, & apertis oculis omnes circumspiciens in hunc loquutus est modum: agite Deo immortalis gratias propterea, quòd vobis inspectantibus reuiuisco, qui vita functus eram, & hoc quidem vestræ salutis causa factum esse interpretari vos oportet, siquidem, vt salutaria, & necessaria nunciaturus à mortuis existarem, Deiparæ Virginis precibus impetraui, cui humani charissima salus est generis. neque verò mortè rursus oppetere perleue mihi erit, & si minus acerbà, quam quæ me prior extinxit, & naturæ dissolutionè importauit. Vos autem ite ad Episcopum, & quanti illius cænobij ædificatio mihi cõstitit, non minus seuerè quàm minutè & subtiliter explicare, meoque nomine ab illo contendite, ne nostri huius monasterij, quæsi cursum rerum impediatur. Antistitam, quæcumque electa erit, suo munere fungi patiatur, Ancillanè, an libera, perinde esto, rem totam, si me amat, sororum suffragantium relinquat arbitrio. Simul etiam eidem præfule renunciate, me exutum corpore, quid illis fieri oporteat, qui pastores Ecclesiarum esse videntur, didicisse. Hæc effatus oculos clausit, & in funebri illo ipso lecto resedit, atque illam eandem tum sedem, tum figuram, quam mortuus habuerat, repetiuit. Longum esset Meintulphi bis mortui miracula, & prodigia recensere.

DE QUODAM MORTVO, QUI AD
breue tempus reuixit, salus arua quadam
loquutus.

SANCTVS Anno Colonienfis Antistes Mariæ
Virginis, sanctorumque omnium obseruâtissi-
mus,

mus, ac religiosissimus venerator erat, & eorum, qui Christo Domino placuissent, reliquias præcipua quadam pietate, & sanctitate cordis honorabat. Quorum omnium, sed præsertim Dei Matris patrocino utendum, nitendumq; esse affirmabat, hocq; ut illi & tacerent, & esse faciendum putarent, quibus ipse præerat, frequenter admonebat, in quem finem commemorabilem historiam ita narrabat. Romæ quidā nomine magis, quam vita fuit, qui diuitijs intemperanter abusus luxu atque inertia diffuēbat, solaque fide Christianus erat, in quo honestæ vitæ vestigium nulum apparebat; tantum Cæsarij inelyti martyris studiosus eius templum cum ceteris frequētabat. Cum verò mortis ineuitabile telum Andream ex numero uiuentium exturbasset, corpus non sine amicorum, propinquorumq; lamentis in feretro ad sepulturam collocatur, protrahitq; mediam ad noctem excubijs, die postero humanus asseruatur. Enimuerò in nocturno silentio feretrum cum summo astantiū horrore moueri cœptum est, & caput atollens, qui iam obierat, alijs fugientibus, alijs manentibus quidem, sed pauidis, atque conterritis in lecto resedit. Et cum se quidem fortiores ex illo timore collegissent, ad loculos accedunt, & Andream tria prudenter interrogant, diaboli ne ludificatione illud fieret, ut qui mortuus esset, viuere videretur, an præter mortalium legem diuina virtute, quod multis euenerat, rediret ad vitam? an denique morbi grauitate pro mortuo habitus esset, qui stupidis sensibus immobilis, viueret tamen, & spiritum secretissimè duceret. Ille suspirans, non hæc, inquit, simulata, sed verà mors fuit, perpetuusq; apud inferos meorum scelerum pœnas dedissem, nisi sanctissimi martyris Cæsarij deprecatio, & patrocinium adfuisset: Rogatus vbi fuisset, quid vidisset, quare reuixisset, ita respōdit. E corpore per vim eiectus, & ad metuendum Christi optimi maximi

*Author, ut
suprà in vi-
ta S. Anno-
nis Archie-
piscopi Co-
loniensis, li.
1. c. 35.*

tribunal, soliumque pertractus, circumstantibus Angelorum millibus, meorum scelerum conscius eorum neminem appellare audebam, seu trique iudicis sententia damnatus demonibus rapientibus trahebar ad inferos, & illius quidem horae diritas deleri mihi ex animo nequit. Horrendi spectaculi ante oculos imago obuersatur, & quoties terribilis iudicij mihi venit in mentem, toties corpore, & artibus contremisco. Et cum me flentem, vociferantem, lamentantem gachinnantes demones, ac meis aerumnis insultantes in sempiternae miseriae barathrum iam iam detrudere conarentur, martyr Caesarius patronus, & tutor meus, sui clientis miseratus interitum, fauente Dei Matre clementissima, sanctisque Apostolis & Martyribus una deprecantibus ante Dei tribunal in genua procumbens suorum signa vulnerum demonstravit, & in hunc loquutus est modum, pater misericordiarum, totiusque bonitatis fons, haec pro tua gloria quondam libenter accepi, quae tamen longo interuallo, nescio quo modo reuolunt, & si nullus quidem in hac beatissima vita doloris est sensus, tamen, si ita dicere fas est, crucior atque angor interitum, quod is, qui suam vitam mihi crediderat, praecipue ad Inferos impellatur, arguaturque stultitiae, quandoquidem inani spe ductus me, ut suae vitae tutorem, ac seruatorem veneratus est. Caesario haec flexis genibus ante conspectum praepotentis Dei pro Andrea demonum captiuo dicente, mitissima Dei Mater Virgo Maria sanctorum omnium stipata choro filium, & Dominum suum ad martyris Caesarii flexit voluntatem, utque Caesario Andreas concederetur obtinuit. Itaque immundis spiritibus praeda est erepta de manibus, Caesario Andream diuini numinis voluntate per sanctissimam Deiparam a mortis aeternae faucibus extrahente. Idcirco, ait, sum iussus corpus resumere ut his cognitis sua cuique curae sit salus. Haec
 Andrea

Andrea narrante, omnium, qui aderant, animi præ stupore riguerunt, ipseque, cum refecisset in feretro, animam iterum exhalauit. Hoc, vt diximus, ad sanctorum, & in primis Deiparæ ingenerandum amorē & Coelitū captanda suffragia sanctus Episcopus memorabat, sed, vt multa libris desunt, intelligendum est, Diui Cæsarij meritis ante priorem posterioremve mortem Andream de suis sceleribus ritē esse sacerdoti confessum, visionemque illam quasi picturam fuisse eorum malorum, quæ sine pœnitentia decedens sine dubio æterna pertulisset, martyremq; Cæsarium, Virgine adiutrice, aut confessionem, aut cerē in subita moriēdi celeritate dolorem peccata tollentem, & expiantem voto etiam confessionis, si licebit, adhibito (contritionem Theologi vocant) suo clienti meruisse.

*A CORPORE EXEUNTIBVS DV-
cem se prabet in cælum.*

CAPVT XX.

De Musa puella.

QVÆ de Musa tenerrimę ætatis puellula Romanæ Ecclesiæ Pastor Gregorius scribit, talia profectò sunt, vt eorum cōsenescere memoria nō possit. Huic nuces ac ludos ætate proprios ad amanti nocturno in silētio sacrata se Dei Mater ostēdit multis virginibus comitata, quæ virgines Musæ ætatem, atque annos æquare videbantur. Earum & aspectu, & splendore magnoperè Musa lætatur, & gestit, illisque se libenter aggregasset, studium tamen & cupiditatem præ pudore celabat. Mulierculam peramanter Deipara rogat, vellet ne in illo esse Gynæceo, sibi que vnà cum cæteris famulari? cum Musa se & velle, & cupere respondisset, atqui Dei Mater ait, ista si expetis, & ad tale, tantumq; munus aspiras,

*D. Gregor.
lib. 4. Dia-
logorum ca.
17.*

mutandi mores tibi sunt, & præclaræ cuiusdam matronæ grauitas adhibenda. A risu, iocis, ludo, atque ab omni leuitate puellari te oportet abstinere. Sic enim fiet, vt emenso triginta dierum spacio & his ipsis puellis pulcherrimis adiungaris, & inter meas pedissequas, & administras numereris. Quæ à virgine imperata erant atque præscripta, cœlestis Parnassi hæc Musa diligenter exequitur, atque ita se in omnibus gerit, vt non puella propè infans, sed maturæ prouectæque ætatis fœmina esse videretur, in cuius mores impudentia, leuitasque non cadit, quam Christus amet, cui patent secreta cordis, hominesque diligant, obseruent, admirentur, illi, inquam, homines, qui honestatis specie capiuntur. Musæ parentes insolita, & repentina filiolæ mutatione primum obstupefacti, cum ex ore puellæ, quod acciderat, audiuiissent, filiæ ultra annos se moderanti, & quasi suum cursum transcurrenti obsequendum potius, quàm repugnandum putauerunt, dictorum fide eò certiore arbitrati, quòd trigesimo ipso die consequuta filiæ mors visionem haud inanem fuisse demonstrabat. Morituræ Deipara iterum, vt promisit, apparet, formosissimis vt antea, septa virginibus, & Musam venire iubet, puella & si mortis vicinitate oppressa oculos tamen ad diuinæ Matris imperium verecundè pudenterque demisit, ac cœlesti se vocanti Reginæ respondet, en Domina sequor, ecce Domina venio. Quæ voce emisit spiritum, & ex virgineo corpore, vt Gregorius ipse scire, sapienterque considerat, cum sanctis Virginibus in cœlesti choro futura, & Christi, atque eius laudatissimæ Matris laudes, & præconia perpetuò cantatura migravit.

DE DIVO DOMINICO.

SANCTISSIMA Virgo diuo Dominico adfuit morienti, eiusque scelicem animum recepit in cœlum. Quod quidem eiusdem gregis fratri Gnala viro optimo, qui Brixienſe cœnobium eo tempore gubernabat, diuina quædam viſio demonſtrauit. Nam qua hora animam agebat Dominicus, Gnala dulci ſomno conſopitus cœli quendam quaſi hiatus aspexit, per quem candidiſſimæ, ſcalæ ſubmittebantur, quas hinc Chriſtus, inde Chriſti Mater ſanctiſſima ſumma earundem apprehenſa parte manibus fulciebant. Per has admotas ſcalas deſcendebant, aſcendebant, ibant, vt per Iacobæas olim cœleſtes Angeli. Erat in imo ſedes, in ea quidam Prædicatorum habitu, facie velata. Scalæ ſenſim ac leniter à Chriſto, & eius Matre ſanctiſſima ſurſum trahebantur, eodem pariter motu ſedes illa ſerebatur in cœlum, illeque ſimul, qui in ea velatus atque conſectus requieſcebat, comitantibus Angelis, & triumphum agentibus, vbi & ſcalas, & eum, qui in folio collocatus erat, Chriſti, Deiparæque manus in cœlum penitus intulerunt, illa cœli quaſi diſceſſio coiuit, clauſumque omninò eſt, quod eſſe apertum videbatur. Dilapſa viſione Gnala Bononiã properat, illaque eadem, qua rem tantam hora viderat, ſanctum Dominicum patrem ſuum comperit ex hac noſtra mortalitate in cœlum abiſſe.

*S. Antoni-
nus 3. part.
tit. 23. c. 4.
ſect. 14.*

qui sacrosanctam Virginē antiquissimam nō habuerunt: de quibus agendum in præsentia est. Sed, quia clemens est Deus, clemens item Virgo castissima, liber hic tanto cæteris breuior erit, quanto plura misericordiarum, quàm iustitiarum & seueritatis exempla collegimus; quæ in quatuor cōiecta libros suis sunt & locis & sedibus distributa. Fuitque nobis tam suavis ipsa confectio, vt innumerabiles tum ætatis ingrauentis, senectæque difficilis, tum temporum molestias absterferit, & erat quidem necessariò apponendus hic liber, vt illis consuleremus, quibus spes salutis præclusa non esset, eos sui exitus admoneremus, qui hæreticorum vestigijs insistentes suam detestabilem audaciam virginalibus conuitijs cumularunt. Iam enim tempora illa miserima successerunt à D. Ioanne in Apocalypsi tanto antè prouisa, in quibus Draco ille pestifer Deo, Dei que tabernaculo sanctissimo, id est, Mariæ sacrosanctæ mordacissimos erat dentes infixurus. cuius rei Septentrionē testē citare possumus. vbi effræntis linguis à non Catholicis ferè sanctissima Virgo lacessitur, quas linguas multò ardentior apud inferos flamma torrebit, quàm quæ auarū illum diuitem de mendico Lazaro male meritū cruciat, & in omni æternitate torquebit. Matris quidem maledicta æterna morte fore punienda lex per Moysen à Deo lata quodam quasi vaticinio prædixit. Serpentinis Mariæ hostes quis exitus maneat, vel improbissimi desertoris Iuliani verba demonstrant, qui negabat faustum, & felix quicquam euenire illis posse, qui Deorum matrem remissius honorarent, quæ quia de Cybele à turpissimo Imperatore dicta sunt, meritò irridentur à Christianis; valent tamen in beatissima Christi parente. Nam gladium hosti debemus extorquere de manibus, eaque ipsa acie serpentis caput abscindere, quæ ille nos iugulare cupierit. Et nimirum hæc est illa

*Luc. 16.**Exod. 21.**Leuit. 20.**Nicephorus
Eccles. hist.
L. 10. c. 22.*

Apollinis vitio à poëtis celebrata, qui matrem Latonam à Niobe speretam atque derisam telis est vitus gloriosus. Noster enim Phœbus Christus Iesus pro sua genitrice propugnat, quæ Dei vnicam prolem intacto pudore generavit, pater ipse æternus suam charissimam filiam tuetur, atq; defendit, suam sponsam suumq; templum augustissimū sanctus ille Spiritus, qui ab utroque procedit, sartum tectum conseruare non desinit, inque Virginis cœlo ipso purioris nefarios conuicatoris seueritatis inaudita promit exempla. Liber autem hic noster in duas potissimum diuidendus est partes, quarum altera paternæ animæduersionis narrabit exempla, nempe quibus peccantis ipsius sanitas quæsitæ esse videatur, altera grauioris vitionis facta memorabit, eorum scilicet, qui vel vtramque, vel alteram mortem, quæ corpus tantum occidit, læsa Virgine subierunt, ex quo etiam fiet, ut tractatus hic noster ad duo capita redigatur: quanquam ipsa exempla suo quæque indice notata pro capitibus debent esse lectori, quæ qui singula expendet, neque quæstionum, neque factorum varietatem desiderabit.

DE IIS, QUI SVÆ IN COLENDÆ

*Virgine vel indiligentia, vel impudentia pœnæ
aut salutaris, aut non mortiferæ
dependerunt.*

CAPVT I.

De quodam Iudæo, qui pœna ipsa respuit.

S. Ioan. Damascenus
in oratione
de Dormitione Virgini-
nis, & Simeon Me-
taphrastes,
S. August.

DEPORTANTIBVS Dei Matris inclytæ
venerabile corpus Apostolis historiæ prodit,
Hebræum quendam diaboli furore feretro
sanctissimo impias & sacrilegas manus afferre conâ-
tem brachia & manus amississe; cum verò agnito,
deflectoq; scelere virginali tabernaculo, armarioq;
cœlesti

cœlesti defecta membra supplex admouisset, ad pristinam tum sanitatem, tum integritatem rediisse, fortemque eandem & mitem virgineam manū persensisse, quod de Achille Peliam & vulnerante & sanante veteres Poetæ cecinerunt.

DE QVODAM PRÆDIVITE BONA

Virginis occupante.

VIR quidam opibus, & nobilitate præstans, *Seneca in sua non sorte contentus in villâ Christi Martiris cultui dedicatam, atque deuotam, cui Dō-* *Troade. Surius in vita S. Dō-* nolus præerat, præclarus Antistes, furenter inuaserat, *noli episcopi* & eam sibi cum summa Ecclesiæ pernicijs ac civium *Canomannenfis de* offensione vendicarat. Sacrilegum hunc tyrannum *uit. Sancto-* Domnolus, vt resipisceret, sibi caueret, & ad frugem *Maij.* se reciperet, admonebat, vt nihil agi videt, ad Deum se cōuertit orandum, vtque diuinū suū numē ostenderet, exorauit. Nefariamque hominis audaciam ac cufat, qui bona olim ad expiationem animarum, Ecclesiæ à fidelibus donata, & tributa & rapere ausus esset, & reddere appellatus, rogatusque renueret. Interim sacrilegus diuina animaduersione febrim patitur, cuius vi, atque æstu sine vlla intermissione iactatur. Nihilō sanior effectus ablata retinet, neque fertilis villæ possessione cedit. Cumque Febris arderet, & lecto affixus teneretur, nocte quadam præpotentis Dei Matrem, cuius res, & bona vsurpauerat, irruentē vidit, quæ ferreo malleo, quem gerebat, pertinacis Reguli frontem vulnerauit. Ille nimio terrore cōcussus confestim ad sanctum Episcopum misit, qui rogarent, vt quæcumque ex rebus diuæ Mariæ, Dei Marti sanctisque Gerualdo ac Protasio dicatis ablata essent, cum scœnore, & incremento reciperet, se reddere velle quamprimum. Neque tamen prius conuuluit, quam præsens Domnolus, quæ crepta erant, conduplicata recuperans pro ægotante preces effudit.

dit. Sed vulneris tamen in fronte accepti ad rei memoriam, eruditionemque multorum, quoad diues ille vixit, impressa vestigia remanserunt. Fuit porro Domnolus & vitæ sanctitate, & Virginis Mariæ cultu apprimè celebratus, in cuius laudem xenodochiū, monasteriumque fundauit, vt peregrinis perfugiū, Monachis quali gymnasium esset, sectandæ religionis, & charitatis aduersus hospites, & aduenas exercendæ.

MATRIS DEI DE NESTORII PESTILENTIS HÆRETICI LIBRIS IUDICIUM, & eius, qui libros haberet, neque tamen se habere crederet, lenè supplicium.

Ioannes Euiratus in praxo spiritali c. 46. posuimus in libro eius operis quarto. sed hic paulo copiosius.

ABBAS Cyriacus, qui & Lauræ Calomonis presbyter, eximia sanctitatis fuit, sibi aliquādo mulierem decora facie præditam, & purpuream indutam in quiete visam scribit, quæ sacrosancta Dei Mater erat, vt euentus ipse monstrauit. Cælestis Reginae latus duo viri cingebant, quorum visenda species erat, & aspectus honorandus, ex quibus alter Euangelista ille fuit Mariæ longè charissimus, cui Christus ex illa, in qua pependit cruce virginem virgini commendauit, alter gloriosus ille Baptista lucis, solisque veri præcursor & nuncius. Abbas cubiculo egressus foris stantem orat, obsecratque Deiparā, vt illud humile tectum sua præsentia vultuque dignetur, quod idem postulatum Virgine morante, & in eodem vestigio persistente Cyriacus iterabat. Afflictanti se Cyriaco, & cur introgredi nollet, modestè & verecundè quærenti, meus, inquit, hostis est tectū, & vt intrem, efflagitas? Quibus ita responsis Mater alma discessit, vt comites; neque amplius, quæ tristes consolatur, apparuit. Cyriacus hæsitat, circumspicit, animi pendet, quisnam ille esset Virginis hostis, aut vbi lateret, & quia solus ipse habitabat in cellula, me-

tue-

tuere, ac vereri, ne quid sceleſis in Deiparam amiſiſſet, cuius ſibi ipſe conſcius non eſſet; etenim, quæ peccauimus, non omnia comperta ſunt nobis; dæmone fallente, erratorumque vel memoriã euellente, vel intelligentiam obſcurante; accedit cæcus ille noſtri amor, cuius cauſã nobis ipſi parcimus, atque indulgemus, neque conſcientiæ ſinus & latebras anxie perſcrutamur. Sed tamen Cyriacus, qui ſui & cenſor & explorator eſſet egregius, cum totius uitæ dicta, facta, cogitataque recoleret, & pueritiã recordatus vltimã inde uſque repetens, nihil inueniret de vllõ Virginis hoſte recepto, ſanctiſſimæque Matris reprehenſio in animo hæreret inſixa, quæ cauſam nõ habere non poterat, in grauiffimos luſtus incidit, & maximo mœrore conſenuit, cum vt aliqua ex parte leniret, librum ſumpſit in manus, quẽ Iſychius Hieroſolymæ preſbyter commodarat. Et cum fortè codicem euoluiffet, duos impij, deteſtandi que Neſtorij libros in fine vidit, aſſutos, ſtatimque velut diſpulſa nube lumen ipſum veritatis aſpexit, ſibi que perſuaſit Virginis ſermonem ex ſuperiori oſtenſione de Neſtorio eſſe interpretandũ, qui ſacroſanctæ Virginis hoſtis fuiſſet acerrimus. Itaque vadit, & librum illi ipſi, à quo precariõ acceperat, bona fide reſtituit, & à ſe hoſpitem illum repulit, qui Mariæ integerrimæ Virginis, & feliciffimæ Matris hoſtis erat capitalis. Ecce tibi, inquit, librum, Iſychi, librum reddo tuũ, ex quo multò plus detrimẽti, quã vtilitatis accepi, remque omnem ordine expoſuit. Iſychius quaſi è graui ſomno experrectus, Virginis que pio ſtudio, & amore ſuccenſus duros illos nefarij Neſtorij libros, voluminis appendicem, ex codice ſuſtulit, in flammã que conijciens, non committam, inquit, vt apud me ſit præpotentis Dei Matris, & ſempiternæ Virginis inimicus. Arguitur à Virgine, qui imprudenter, quanto grauiores pœnas daret, qui ſcienſer teter-

rimum

790 DE HISTORIA VIRGINALI
rinum illum Deiparæ aduersarium tecti commu-
nitione dignaretur? Præclare virgo iustissima, quæ Cy-
riacum amicum leniter, propter incuriam libri non
omnino discussi, Nestorium grauissimè, propter in-
iuriam, vti suo loco dicemus, est vlta.

DE GAIANOMIMO, QVOD MALE-
dicus in sacram Virginem fuisset, atro-
cius punito.

Ibid. s. 47.

MAIVS est, quod idem Euiratus Hieropoli,
quæ Phœnicis est ciuitas, narrat accidisse illi
histrioni nomine Gaiano, qui in publico
theatro sanctam Dei summi parentem vituperare, &
hoc se patrocinio inquinare non timuit. Huic se ma-
ter clementissima ea forma, quæ digito demonstrari
posset, ostendit, verbisque lenissimis audaciam repre-
hendens, qua in re, inquit, de te malè merita hanc
gratiam accipio? Quæ causa est, cur me in tanta po-
puli frequentia lacestas? Ille post hanc obiurgationē
amoris, & benevolentiae plenam multò impuden-
tius linguæ fræna laxauit, Virginemque purissimam
grauioribus est conuitijs infectatus. Homuncioni
procacissimo Virgo & mater rursus apparuit, vtque
sibi caueret, illis admonuit, noli, ait, noli animam pe-
riclitari tuam, noli te ipse pessumdare, ille (prò nefas)
pergit, ac perseuerat, offendere Virginem, & in pub-
lico spectaculo proteruitatem contra sacrosanctam
coeli Reginam multò petulantius insistit ostendere.
Maria dulcissima tertio se Comædo infami demon-
strans, illas easdem & preces, & admonitiones repe-
tebat. Cùm se non corrigeret ludio deformissimus,
sed magis, magisque in amentia persisteret, dormiē-
ti mendic diuina Mater obrepfit, nihilque dicens tur-
pissimi Ælopi manus, ac pedes digito consignauit,
ductaque in orbem linea recessit. Gaianus euigilans
manibus ac pedibus se reperit esse truncatum, acce-
ptoque supplicio tandem aliquando resipiscens &
pœnam,

pœnam, & culpam omnibus explanabat, itinera virginis, preces, & monita commemorabat, multoque mitiores se pœnas perpeti, quàm quas scelerum grauitas, & animi peruicacia poscebat, supplex fatebatur.

DE QVIBVS DAM CHRISTIANIS

grauiter castigatis, quòd intemerata Virgini profrosi fuissent, de què eorum hospite multato clementius.

AFFINE est, quod Nicephoro narratur auctore, de quibusdam verbo duntaxat & nomine Christianis, cum in caupona, cum iocis & ludo compositassent, non se satis lepidos, & in ridiculis iaciendis facetos visum iri putarunt, nisi inter pocula puritatis, sobrietatis & virtutum omniũ matrem, præceptricemque Mariam dictis impiè nefarieque lacesserent, seque vicissim ad Deiparæ iniurias & conuitia prouocarent. Non tulit matris suæ contumelias vltor Deus, ac scelerum vindex opportunus, siquidem nefariæ horrendæque illius iocationis auctores potenter arripuit, oppressit, ac perculit, & cum ipsis, vt dicitur, vestimentis detrusit in inferos. Ipse autem caupo, illiusque vinariæ tabernæ dominus, ad quam perditissimi illi ganeones, lurconesque conuenerant, non euasit impunitus. licet enim lingua nihil admiserat, tamen dissimulationis, accusabilisque patientiæ pœnas dedit atroces. Ei namque nõ multò post nocte quiescenti Dei Mater astare visa est, & quod blasphemios tecto excepisset, & toleranter audisset, ad intactæ Virginis maledicta & conuitia tacuisset, obiurgare, turpeque silentium exprobrare institit. Miser caupo supplex Virgini esse, delicti veniam petere, ne tam citò raperetur, sed pœnitendi, ac se expiandi tempus daretur, obsecrare. Virgo daturam se, & morte dilata expiandi animi tempus aliquod.

Niceph. lib.
8. Ecclesia-
stica hist. c.
33.

spaciumque fore promisit. Vimine interim, quod manu gestabat, cauponis genua vndequaue signavit, & quasi exarando, ac lineam rotundando circumscripsit, his ita actis virgo discessit, illeque somno solutus membra illa, quae vimine notata erant, à cætero corpore auulsa, discerptaque reperit, & sanguinè quasi ex recenti vulnere profluentem vidit. Productus hospes miserandus in publicum fœdo illo corporis habitu, & horribili crurum sectione, non minus, quàm oris testimonio miraculi veritatem confirmavit, iustissimumque illud omnipotentis Dei & iudicium, & supplicium ad multorum exemplum patefecit. Est quidem hæc historia permista, nam quæ de caupone narrantur ad hanc priorem quinti huius libri partem spectant, quæ de blasphemis compotioribus diximus, posteriori, nisi tam connexa, coniunctaque essent, referuari debuissent.

DE QVORVMDAM VLTIONE, QVI
ad altare Virginis peierandi animo
venerant.

*Sanctus
Gregorius
Turon. epⁱ
scopus lib.
in gloriam
plurimor.
Mart. c. 19.*

TEMPLUM erat in vrbe Turonensi sanctæ Mariæ Virgini, ac diuino Christi præcurfari dicatum, vbi peiuri diuinitus plectebantur. Quidam enim, qui peierandi animo in Ecclesiam venerat, simul atque ad Virginis aram assistens manum sustulit, vt iusiurandum mendax pronüciaret, retro labens ita caput ad pavementum supinus afflixit, vt vix vitæ spes vlla superesset. Cum autem recreatus atque erectus ad se miser homo redisset, peiurij scelus, quod occultarat, patefecit, & ad Dei, Mariæque matris gloriam perulgauit, Gregoriusque Turonensis huius author historiæ quosdam Turonenses vidisse se ait, qui in illo eodem loco iurisiurandi religionem, & testimonij sanctitatem violarunt, haud impu-

impunita quidem audacia, quandoquidem omnes intra anni curriculum viuere, atque auras inficere desierunt.

DE QVADAM FOEMINA VOTI REA.

AEGRA quædam mulier, & vehementer affecta pro quolibet sui corporis morbo sanctissimæ Dei Matris munusculum vouerat quotannis persoluendum, & ad virginalem quandam basilicam religiosè deferendum. Vouerat autem pro sua facultate tantum, quantum semidenario posset comparari. Neque enim paupertas liberaliorem esse permiserat. Enimuerò Christi ferijs à morte se recuocatis lætissimi occasione diei votiua pecuniola, quod comederet, emit obsonium. Cum autem noctis tenebris quiescendi causâ cubuisset, manibus, quæ votum violarant, ita repente contrahitur, nihil ut posset efficere, sic enim diuina ultio dextram sinistramque foeminae in voto soluendo negligentis intorserat, ut intrinsecas palmas exorti, producti, ac prominentes ungues non modò perpungerent, sed etiam perforaret, se, torra & terris, & animo luce cum ad sancti Germani Parisiensis Episcopi celebrem miraculis tumulum adijisset, ac delicti poenituisset, sana regreditur, Regina cœli curante, & Germanum ad miraculi partem aduocante.

DE ICONOMACHI CVIVSDAM

supplicio.

IN oppido Gandau vicino impius quidam excursor diuæ Matris imaginem ex alto deijcere, ac deturbare nitebatur, cui imago ipsa præcipitans gratiam retulit meritorum. Nam pueri Iesu, cuius erat effigies, imagini Matris, ut solet, adiuncta, manus ingenio artificis altè protenta in sacrilegi & caput, & maxillam vehementer impegit, & eam velut acutissimo gladio perforauit. Ita filius & generosus,

*Ex lib. 2.
miraculorū
S. Germani
Episcopi
Parisienſis
Haymone
Cænobita
vel scriptore,
vel certè cōtextore*

*Tilmannus
Bredenbachius l. 3. sacrarū collatio. cap. 22.*

794 DE HISTORIA VIRGINALI
fus, & fortis Matris iniuriam colapho & sanguine
vindicauit.

DE SANCTO GUIDONE CON-
fessors.

*Laurentius
Scrius de
vit. Sancto.
Septemb.*

GUIDONI Brabantensi tenuioribus nato
parentibus iucunda dies illa non fuit, in qua
aut non incubuisset in preces, aut elemo-
nam non esset elargitus. Venerat aliquando in quod-
dam illius ore castellū Deiparæ tēplo decoratum. Vbi
ille primū Virginis eo in loco esse ædem audiuit,
facere non potuit, quin se ad precandum cōferret. Ita-
que noctem illam in virgineo templo libentissimo
loci presbytero posuit. Abeuntem mane parochus i-
re prohibuit, Guidonisque indolem contemplatus
& mores secum manere iussit, ac templi custodiæ,
munditiæque præfecit: Guidoni bene morato, & ad
sanctissimæ Virginis honorem, cultumque propen-
so mansio illa ingrata non fuit. Ergo grauiter æditui
munus illud gessit, & diligentie, ac pietatis illustre re-
liquit exemplum. Dabat namque operam sanctus a-
dolescens, vt semper altare niteret, fornix, & alta tem-
pli testitudo fulgeret. Pavimentum tam multis pe-
dibus subiectum, sordidatumque scoparum erat af-
siduitate mundissimum. Sacratio nihil splendidius,
vasa speculi instar lucebant, sacra cuncta suppellex lo-
co disposita, specie grata, & concinnè plicata animū
pia quadam iucunditate permouebat. Curabat dili-
genter, ne quid in cantu, & cætero cultu neglectum
ac prætermisissum videretur. Ramis, & floribus sacras
imagines vestiebat. Si quis forte Guidonem quære-
ret, vbi esset reperturus, certa coniectura diuinabat.
Neque enim is erat, qui sine vrgente causa pedem ef-
ferret è templo. Ille Guidonis vigiliæ, deliciæ, cura,
cogitatio, studium, stantiumque præsidium. Sux
res basilicæ nocturna manu, diurnaque versabat. Ser-
monis

monis obscenitatem cane peius & angue vitauit; corpus rebelle ieiunio coercuit, & quod difficillimè ferè fit, omnibus erat sine vlla sui animi pernicie gratiosus. Sed eum tamen reftis & pedibus, & sensibus in diuinæ legis, & obsequij virginalis curriculo gradientem Bruxellèsis quidam mercator auertit. Cum enim à Guidone officioso acceptus hospitio eius erga inopes & egentes animum cognouisset, mercaturæ vt se dederet, persuasit, qua opes, sine quibus misericordia ipsa friget, comparantur. Igitur relicta Dei Matris Ecclesia hospitem sequitur, & vult esse mercator, quo alendi pauperes diuturna sitis partis quæstu opibus expleretur; Ventum erat ad flumen, quod propter altitudinem cymba traieciatur, vbi lintrem Guido conscendit, carina stetit immobilis. Contum ad impellendam, regendamque nauiculam aptare Guido incipit, irritò tamen labore. Ita enim, quod præhenderat, lignum manibus hæsit, nullo vt modo posset auelli. Lachymis tandè, ac precibus, vt remus manum relinqueret, impetrauit, illoq; nodo solutus, & fortunatissimo infortunio doctus stulto consiliario demisso se ad pristinum Dei Matris in templo illo famulatum reuocauit. Romam tandem ac Hierosolymam pietatis ergò peregrinatus, ac miraculis & vitæ sanctitate clarus in pace ab huius vitæ miserijs conqueiuit. Guidoni quidem fuga illa ex Deiparæ templo impunita non fuit. Fuit tamen remota illa gloriosa, quæ pergratum Virgini Guidonis fuisse officium declarauit.

DE FOEMINEO SEXV OB VNIVS
proteruitatem mulieris castigato.

Laurentius
Sur. in vita
S. Facrij
Eremita de
vitis Sancti.
Augusti.

FIACRIVS, nobilis Hybernus, solitudinis amore captus, patria relicta, Meldos ad sanctum Faronem cum quibusdam socijs venit. Faro sui peregrini cognita voluntate locū in quodam sui patri-

monij nemore attribuit, vbi Fiacrius excisis arboribus monasterium ad Deiparæ laudē, & gloriam collocauit, adiuncta hospitali domo, in qua ipse viatores atque hospites benignè acceptos ab itineris molestijs, & lassitudine recreabat. Fiacrii sanctitas eo vsque progressa est, vt non modò peregrinorū inedia consuleret, sed cuiusq; etiam generis morbos, ægritudinesq; sanaret. Cumq; miraculorum percrebescente fama aduenarum numerus mirandum in modum excreuisset, neq; tam multis cibaria suppeterēt, orauit loci Episcopum, vt tantum nemoris liceret excindere, quantum horto serendo satis esset, vnde olera esurientibus peregrinis legerētur. Episcopus tantum ex sylua dedit, quantum diurna fossione xenodochio circum obito propria manu patefacere potuisset. Fiacrius gratis, vt par erat, Episcopo & actis & habitis, ad solitudinem reuersus preces præmittit ad cælum: Baculum deinde per terram trahit, quæ sponte discedens & virgulta, & arbores euertebat, ita vt nemus hinc inde concideret, & locum horto ponendo vacuum liberumque relinqueret. Interuenit interea mulier, quæ animaduerso terræ vltro cedentis hiaturum Episcopo indignabunda nunciauit. Fiacrium magum esse, & maleficum dicere, vtique cantionibus ad nemus omne vastandum. Inde se ad Fiacrium retulit, ac Dei virum conuitijs oneratum ab opere incepto Episcopi nomine iubet abstinere, ipsumque Antistitem aduentare denunciat, ad pœnas repositendas. Fiacrius & pacis amans, & obedientiæ, ab opere, quod in gyrum duxerat, manus abstinuit, & in petra mœstus ac tristis insedit, quæ petra de duritia remittens sedem & mollem, & concauam Dei viro subtrauit. Venit interim Episcopus procacis sceminae accusationibus irritatus, animaduersoq; & terræ & petræ miraculo Fiacrium pro meritis honorauit, ac loco illo potiri iussit, quem diuina manus esset

elargi-

elargita. Cæterum illo ex tempore muliebri genus
monasterij aditu, quod virgini dicatum erat, vis que-
dam diuina prohibuit, nullaque fœmina intulit pe-
dem impunè. Nam matrona quædam diues, quæ an-
cillam experiendi causa, quæ audierat, in monasteriũ
sua manu compulerat, altero priuata oculo est, inco-
lumi serua, quæ vim alienam, heræq; impulsu re-
pellere nequiuisset. Audaci quidem fœminæ alterum
lumen Deipara clausit, vt altero, quod relinquebatur,
clarius in posterum peruideret, & eos imitaretur, qui,
vt tela sagittasque certiore ictu dirigant, alterum so-
lent oculum cohibere, ne vis ipsa cernendi fiat di-
stracta remissior.

DE QVODAM ARMENTARIO,
quem impietas in Virginem fecit mono-
culum.

SIMILE supplicium est, quod sequitur, in deli-
cto grauiore, nunquam enim pro meritis puni-
tur impietas, ipsaque virgo secunda, & Dei Ma-
ter excelsa, vel in atrocissimo scelere, pœnas pro in-
genita clementia moderatur. Rusticus quidam ge-
nere Cyprius boues & armæta pascibat in vrbe Con-
stantia. Hic aliquando orandi proposito atque ani-
mo in beneficæ Matris sacellum ingressus oculos ad
templi tabulas, imaginesque conuerterat, cumque
beatissimæ Virginis effigiem coloribus expressam in
aduerso pariete cerneret, subita correptus amentia,
quorsum ista, inquit, & stimulo, quo boues incita-
bat, impresso dextram imaginis oculum demolitur.
Inde egressus cœpto pergebat itinere, dumq; boues,
vt moris est, instimulat, atque vrget tardiores, ecce
tibi agitoria infringitur hasta, instigantisque ligni
pars illa ferrata resluit, certissimoque ictu retro ver-
sa bubulco grande illud pecus à tergo insequenti
dexterum oculum funditus eruit.

Constanti-
nus Cyprius
Episcopus
apud acta
secundi Cõ-
cilij Nicani
actione 4.

talionis. Hunc Constantinus Cyprius Episcopus & sæpè vidisse, & videre quotidie scriptum fecit. Hunc eundem, qua diximus causa, coclitrem factum à populo digito monstrari solere confirmat. Huius admirandi memorandiq; supplicij in grauissimo patrum cœtu, qui Niceno secūdo adfuere Concilio, se testem Constantinus profitetur. Indignus profecto bubulcus, qui lucem aspiceret, & si illi, ad resipiscendum & respiciendum altera relicta fenestra est. Indignus, cui vnguentum illud mederetur, quod vnguentum Sozopoli, quæ Pissidiæ ciuitas ex sacrosanctæ Mariæ imaginis manu affluere solitum ad vulnerum medicinam Germanus affirmat Constaatinopolitanus Patriarcha.

DE SUPPLICIO QUORUNDAM MONACHORUM ob preces horarias in laudem Virginis intermissas.

*Epistol. ad Thomam
Claudiopolensem Episcopum.
Ex scriptis Petri Damiani, & ex Antonio Florëtia Archiepiscopo 2. part. tit. 16. c. 8. sect. 1.*

IN sancti Vincentij monasterio ab ea non longè, cui Petra Pertusa nomen est, fratres vnanimes lege lata sanxerunt, vt cum Pontificijs ex Breuiario, vt vocant, precationibus horariæ beatissimæ Deiparæ preces dicerentur. Cumq; id toto triennio sanctè integreque seruassent, perditu cuiusdam monachi, cui Gazoni nomen fuit, loquacitas impia, vt Virginis ad omnes horas preces tollerentur, euicit. Attamen de cœlo vindicta, tarda non fuit, rapinas, depredationes, incendia, monasterijque tum seruorum, tum administratorum cedes immittens. Itum est ad Germaniæ Imperatorem, qui maleficia coereret, & à facinorosis pœnas repeteret, inuito euenta. Consulitur Petrus Damiani, vir, illa ætate, vt sapientissimus, ita sanctissimus, qui meritò illa passos esse respondit, quod imperatricem pacis, vtar illius verbis, abieciissent. Mox in terram nuncij corruentes beatissimæ Virginis, Matrisque laudes nunquam se in posterum omissuros receperunt.

Quibus

Quibus restitutis sequuta pax est, & monasterij alta
visa securitas.

DE THOMA CAMPENSI, QVI FVIT

*ex collegio Canonicorum, quos sanctus Augusti-
nus regulis, legibusque constrinxit, vixit-
que in cœnobio Montis sanctæ
Agnetis.*

QVO tempore Campensis Thomas Dauentriæ, in Germania Theologiæ apud Florentium florentissimum diuinæ sapientiæ doctorem operam dat, vnam horam in Deiparæ, cui ex animo studebat, precationibus recitandis, pronunciandisque ponebat, ita demum se in literis proficere se posse ratus, si pietatem comitè adhiberet. Veruntamen paulatim frigescente feruore, qui in iuuenibus præsertim literarû studio attentis haud solet esse diuturnus, principio rariùs, mox sapiùs virginales hymnos & laudes omittebat, eoque delapsa sensim Thomæ socordia est, vt de virgineo penso nihil relinqueretur, eam tacitus præteriret, cuius olim diebus singulis memoriam vsurpabat. Thomæ in hac obliuione quiescenti quadam nocte talis obiecta species est, in medio sibi videbatur Xysto consistere, vbi multis audientibus solebat docere Florentius. Inter mediam explanationem, disputationemque Florentij, quam ipse cum alijs audiret attentè, cœli Regina fulgentissima tum facie, tum veste descendit, cum in atrium venisset, singulas doctorum exedras perlustrasse, magistròs de suis quemque rebus, ac quæstionibus differentes amantissimè complexam, gratulatamque, quod eruditis scholis hominum mentes expolirent, neque solum à suis discipulis scientiam, sed multò etiam magis vitæ innocentiam, & morum requirerent sanctitatem, qua sublata susus Christi filij sui sanguis auditoribus emolumèto non esset. Thomæ,

*Henricus
Granus, cui
tum maxi-
mè habēda
fides est, cū
historias re-
censet per-
sonis ac lo-
cis defini-
tas.*

*Agnoscitur
in hoc vtro
diligentia
& fides, cū
probitate
coniuncta.*

Deiparę communi indulgentia animaduersa, se quoque sperasse fore participem. Quocirca fixis oculis intuentem, dum ad se veniret, anxie expectauisse. Sed enim, cum modò hos, modò illos Dei mater esset amplexa, vbi ad Thomam venit, amplexum denegasse obiurgatione non tacita, frustra, crudelis inimice, meum tibi amplexum spondidisti, qui consuetudinis pię immemor nihil de pristina precum antiquarum pensione persoluas. Quò tandem precatio-nes illę tuę, quò laudationes abierunt? vbi illa mihi supplicandi studia feruentibus mixta suspirijs? charitatem intepuisse non vides, ac religionem illam, qua me tuam matrē obseruabas, claudicasse? & tamen, quasi nihil mali egisses, meum tibi suauium promissisti. Deinde auerso atque indignante vultu, abi, inquit, & te huiusmodi solatijs, atque hac voluptate cęlesti, quę quanta sit, scit ille, qui capit, te quàm indignissimum arbitrare. Virginem post acrem hanc reprehensionem sese in cęlum recepisse. Thomas somno solutus, memorquę dictorum, culpam negligentię defleuit, vitam correxit, solitas preces tanto ardentius repetiuit, quanto acerbiora obiurgationis, ac repulse vulnera fuerunt, & beatissimę Virginis, vt antè fuerat, sic esse denuo studiosus cultor incepit, atque in hoc non minùs pio quàm salutari officio perdurauit. Quin & posthabitis huius vitę rebus sui magistri Florentij suasu ad religiosam vitam aspirauit, & in eorum Canonicorum, qui D. Augustini regulam sequuntur, adscribi se numerũ voluit, id quod cœnobij à præfecto facillè impetrauit, & quia dignus erat, qui reciperetur, & quia ad hoc ipsum obtinendũ commendatitijs Florentij literis iuuabatur. At tamen cœnobiarcha, tametsi benè moratum & ad religionem sectandum esse vidit aptissimum, ad professionem non nisi emenso spacio sex annorum admisit. Cuius rei causam scribit Ascensius ille Typographia & libro-

& librorum commentarijs nobilis, eiusque hæc ipsa sunt verba, siue quod illa ætas cauebat quemquam adhuc rerum imperitum ad ignotatum rerum vota astringere, siue quod è re adolescentuli primarius existimabat ipsum prius per omnia probare. Hæc ille, sex igitur annos Thomas Malleolus Campensis in tyrocinio consumpsit, seque cunctis præbuit admirandum. Ac, ne quando regredi posset, voto se nouitius sponte constrinxit. Itaque cum anno ætatis vndevigesimo in Religiosorum numerum relatus primò esset, viginti quinque annos natus professionis solennia vota nuncupauit. Migravit è vita dierum & sanctitatis plenus, quem etiam miracula patrasse fama vulgauit. Ex quo intelligi illud potest professionis hanc tarditatem, quam IESV Societas suo more, institutoque conseruat, insolitam in Dei Ecclesia non fuisse, quippè quæ annis ab hinc ducentis, vt alia prætermittam, esset in vsu, scriptore Iodoco Badio Ascensio, in Thomæ vita Campensis, cui est habenda fides, qui in illa vixit ætate, suæque memoriæ viros homo, vt illis temporibus eruditus, æternitati commendauit. Etsi Thomam cum alia scripta, tum ille maximè liber ab obliuione vindicat, qui mundi contemptus inscribitur, in quo perfectum Christi seruum, militemque depingit, atque ita conformat, nihil vt sit quod amplius philosophia Christiana desideret. In eo quot verba Thomas, tot fudit oracula, Deo plenus ad scribendum accessit, mentesque solida doctrinæ discendæ auidas sine fastidio saturat, nulloque dicendi apparatu docet, delectat, & mouet.

DE DVOBVS NOSTRIS NOVITIIS

Lauretum peregrinantibus.

DVO ad Lauretanam ædem in peregrinatione suscepta hæc narrant sibi cõgisse. Exorieba-

Cap. 12.

Franciscus

Bencius in

Annal. So-

cietatis de

tur

*histor. Do-
mus proba-
tionis No-
mellariensis,
ijdem ver-
bis.*

tur inter eos, vt adhuc recentes à seculo, siue ex lassitudine, siue ex dissimilitudine naturæ querela interdum nonnulla, & altercatio. Factum aliquando, vt in reducto quodam loco, & solo cùm ab itinere quiescerent, viderent ex improviso adolescentulam honesto vultu cultuq; & incessu modesto, quæ illis hoc tantum, tam maturè inter vos lites & iurgia? Cum dixisset, pertransiit. Mirum hoc vtrique, quod de superiore aliquo litigio mortalium nemo scire poterat. Et tunc quidem inter eos pax. Tanto magis excitati ad memoriam venerationemque Deiparæ virginis. Ergò grates illi agentes, à qua & se admonitos arbitrabantur. Petierunt, dederuntque vicissim veniam, non sine lachrymis, nouisque resumptis vitibus, ac spiritu alacres redierunt in viam, neque inter se postea verbum vllum commutarunt.

DE SUPPLICIO CVIVSDAM SCHOLASTICI congregationis Parthenicæ rebus
abulentis.

*Ibidem de
histor. colle-
gijs Hispa-
lensis, ijdem
verbis.*

MAGNUM ad pietatem incitamentum in hoc quoque collegio sodalitiū Virginis à quo in Societatem octo, in alias Religiosorum familias multò plures admissi. Quantæ cuiæ sit patronæ ipsi hic clientum cœtus, hinc intelligas licet. In eiusmodi sodalitijs, quod neminem fugit, deligitur vnus, qui sit particeps & conscius rerum omnium, quæ decernuntur, easque literis mādāt, ab arcanis dicitur. Adolescens porrò, qui hoc munere fungebatur, duos ad hanc rē destinauerat calamos scriptorios, insigni ornatu, etenim caules detractis plumulis aureo filo sericoq; distinguebātur inuicem permixtis. Horum alterū subripuit vnus de sodalibus iuuenili furto Cuius etsi sæpè pulsabatur cogitatione animus, vt posthabitis rebus omnibus se Deo consecraret in aliquo cœnobio, præualente amore in mulierculam quandam, aliud agebat. Ad eam aliquando cùm instituis-

stituiſſet ſcribere, ac furtiuum calamum ſumpſiſſet manu, ſenſit ſibi verberari os excuſſiſſima palma, ſimulque vox ad aures, etiamne ſceleſte rem mihi dicatam temerare audes impuro auſu? Attonitus hac pronuntiatione, ac verberare, vt ſe collegit iuuenis, reuertit ad calculos, quos pene abiecerat, vt amplecteretur inſtitutum Franciſcanæ religionis, manſit ad aliquot dies memor nota plage acceptæ, vt appareret, ab alia vi quadã maiore, quã ab humana impactã, *DE FOEMINÆ HORRIBILI IN DEIPARAM CONUITIO mirabili vindicta caſtigato.*

CVIDAM Hollandicæ mulieri ex Anabaptiſtarum ſœce, quibus Deiparæ Virginis maximè inuiſa religio eſt, patiendi tempus aduenerat, aderant cognatæ, & vicinæ, quarum vna puerperam monuit, vt ſe in tanto vitæ diſcrimine Virgini commendaret, cui illa, quid mihi iſtam (horreſco referens) immundam ſuam appellare opus eſt? ſequitur illico horrendi pœna conuitij, non quidem pro ratione flagitij, & facinoris execrandi, ſed ad memoriam tamen poſteritatis maximè inſignis. Statim enim, vt nefariam illam vocem, quam & animus, & aures exhorreſcunt, hæretica mulier emiſit, nigellas aliquot ſuculas, partim viuas, partim mortuas e-didit, monſtroſoq; iulo partu portentofæ blaſphemig pœnas aliqua dedit ex parte, & ſe porcã turpiſſimam, atque ſpurciſſimam teſtificata eſt, quæ porcas peperiffet, ſiquidem vnumquodque animal ſui ſimile generat. Neque Deipara, qua facilitate eſt, ſi reſpexiffet obſcœna mulier, & palynodiam cantauiffet, non feriret c cœſa porca ſœdus & obliteratis iniurijs in ſuã clientelam miſeram illam porciſerã libèter acciperet.

DE PVERPERA VLTIONEM EX-
perta diuinam.

Eſt illud in more poſitum, inſtitutoque Chriſtiano, vt puerperij tempore ad felicem, facilè

Wilhelmus Lindanus in Apologético religio-nis Catho-lica c. 2.

Idem l. 2. de fugiendis Idolis.

Ddd 5 que

que exitum impetrandum coram imagine beatissimæ Virginis Christum filium in sinu confouentis cereus accendatur, fidei viuæ symbolum, lucisque animorum argumētum. Et cum mulier, quam Wilhelmus Lindanus, à quo hanc historiam accepimus, sibi dicit fuisse notissimam, in partu laboraret, mulieresque tum vicinæ, tum cognatæ conuenissent, urgentibusque doloribus vna ex illis, quæ aderant, beatissimæ Virginis imagini candelam incensam admouisset, puerpera tenax erroris, quem cum matris lacte suxerat, & candelam tolli clamasset, ac sibi Virginis honorem haud placere diceret, qui vni Deo ex hæretico mendacio, & præterea nemini deberetur, puerum paulò post enixa est, non illum quidem integrum, sed ita deiectum, atque diuulsum, vt frustratim educeretur ex utero non sine incredibili matris impiæ cruciatu, intolerandoque tormento. Parturiētibus ferre quidem opem Deipara solet, quæ licet peperit, tamen minimè parturiuit. Quam opem huic negauit veritatem abneganti. Dissidij cum Catholicis teterrimam perfidiam, & inexpiabile scelus partus ille dissectus, distractusque monstrauit.

DE LV THERANA MV LIERE.

*Ex hist. belli
Liuonici,
Bradembac-
chio, l. 2. sa-
crarū colla-
tionū, c. 26.*

A NNO 1556. Assumptæ Virginis, & Matris Dei festum vt diem Derpati sacerdotes magna quadam religione, & campanarum pulsu, multisque alijs Christianæ lætitiæ argumentis celebrabant, cum Lutherana mulier gloriam illam Dei parenti inuidens famulæ mandat, vt balneum apparet, caminumque instruat, sibi enim esse, maritoque lauandum. Famula sacrosanctas Virginis ferias excusauit, festæque lucis, & Ecclesiastica lege similibus operibus indictæ, & impetratæ quietis heram admonuit, præsertim cum illa voluptatis, non necessitatis lauatio esset, alioque die peragi posset. Matrona famulam

mulam & increpat, & inidet, obiectamque diei festi religionem parui pēdens, tu, inquit, iussā exequitor, de Maria ista quæ narras, mihi tanti non sunt, & in perstringēda Virgine Dei immortalis purissima patiente tam se proiecit audaciter, vt commemoratio- nem piæ aures reformident; quas ne offendamus, hi- storie partem incidimus, & religioso impediti pudore reticemus. Famula balneum tristis, & inuita pro- curans arida ligna congeffit, quæ flammam conci- pere facile possent, prunas immittit, iniectumque i- gnem quantum potest instigat, atque excitat. Flantē ac ventilantem vis quædam diuina retardauit. Mira- tur stupetque hera, Lutheri discipula, igniculum tam parabilem effulgere non posse, & crebris seruiantis mulierculæ flatibus nullam prorsus elici flammam. Cumque foculo instaret indignās, ecce tibi, tota do- mus flagrat incendio, quo & balneum exurit, & duæ contiguæ domus concremantur. Confluit extē- plo vulgus omne virorum, vixque incendio resisti- tur omnia populanti. Postero die lignorū illa strues, quam ad balneum concalefaciendum rerum dome- sticarum administra contulerat, intacta, atque inte- gra reperitur. Ille enim ignis emicare noluit, quem in Christianæ religionis, & immaculatæ Virginis iniu- riam perditissima mulier iussit accendi, ille ardere debuit, qui ferias vlciscebatur Lutheranæ despectas.

DE QVODAM PEREGRINO.

HOMO transalpinus ex sacra Lauretana domo calcis aliquātulum sustulerat, hunc, vbi Ro- mam venit, morbus debilitate subita ador- tus est, cum autem de consilio quorundam Laure- tum rediisset, calcemque restituisset, illico sanitatem recuperauit. Hæc his ferme verbis Valtrinus, qui- bus valde illud affine est, quod nostra memo- ria Ioanni Soares Conimbricensi Episcopo contigit, qui

Ioannes An- tonius Val- trinus in So- ciet. Annal. 1582. de hist. prouincia Romana.

qui in illo ad Tridentinum concilium itinere laterē ex eadem Lauretana æde, illo permittente, qui poterat, delictum tamen non tulit impunè. Nā morborum & dolorum quasi tempestate quassatus non antè conualuit, quàm laterem eò, vnde abstulerat, referendam curauit. Magna huic Pontifici pietas fuit, & in concionando dignitas, & ex ipsa lateris religiosè ablati, ac prudentet redditi fama glorię accessio nō parua, in vtroque laus & sanctitatis argumentum. Pauca nos de hoc ipso in prima adolescentia condidimus.

DE QVADAM FOEMINA.

*Franciscus
Bencius in
annal. Societ. 1589.
de collegio
Fuldensi,
his verbis
paulo alti.*

AD imperiū Romanæ Ecclesiæ se reuocauere viginti quinque. Quidam, etsi primū animo perculsus, tamen instigante consuetudine, cum in vicinum pagum abiisset, hausit bolum Lutheri, nec mora, contremuit omnibus artibus & audire visus vocem intus loquentem, exspue miser, exspue animæ venenum. Interea & timor quidam obtupescerat mētem, nec recreari vnquam potuit, nisi manso eiecto, luit continuo ad nostrum sacerdotem, vt cum Ecclesia rediret in gratiam. Alius per nostros ad priscam fidem conuersus, cū reuertisset ad suos, auersos à religione, increpabatur vt amens, stultusque, etiam à mulierculis, è quibus vna ultra sexū temeraria exprobrare ei cœpit cultum sanctorum, & simul ore sacrilego, quid ista vobis Maria, idololatræ? quæ vobis vna est omnia, quid ferat, etiam si velit, auxiliij? cui ille, miseret me temeritatis tuæ, sed nec diu eris inulta. Vaticinium fuit, paucis post diebus agitur infœlix in furorem, turbatur à mente.

DE QVODAM ARREPTITIO.

*Ibidem in
hystor. sedis
Pascuaren-*

DONO dederat sacerdos noster cuidam, vt haberet stimulos ad fundendas preces Dei matris imaginem, quod cum is facere die quodam

daui detrectat, an obliuiscitur sequenti nocte inspe- *sis & mani-*
ctantibus vxore & filio à furenti dæmone corripitur *lana ysdem*
tanquam ad inferos pertrahendus. initium ille reci- *verbis.*
tare symboli Apostolici, nihilo magis mitigari dia-
bolus afferens causam, quòd sacerdotis spreuisset im-
perium admonitus redit in memoriam imaginis,
quam acceperat, expromit, exosculatur, addit preces
non sine affectu. Eam imaginem dæmon perferre
visu non toleranti, celeri fuga sese proripuit, scintillas
relinquens & sulphur scæda corporis vestigia.

DE ILLIS QUI OFFENSÆ DEIPA-
ra capitales pœnas luerunt, & horribili genere mortis
vitam turpissimam finierunt: Et si quadam in-
ter eum mixti generis apponuntur,
ne ipsa disrumpatur hi-
storia.

CAPVT POSTERIVS.

De Nestorio Hæresiarcha turpissimo.

IMPIVS, detestandusque Nestorius, qui sanctis- *Socrates lib.*
simam Virginem Dei esse matrem inficiabatur, *7. Nieeph.*
cuiusque est in Ephesina synodo damnata perfis- *lib. 14. c. 32.*
dia, blasphemix pœnas soluit, & iustissimo Dei iudi- *Theodoretus*
cio damnatus horribili est absumptus interitu. Ne- *lib. 4. subu-*
fariæ sententiæ pœna illa prima fuit, pontificiæ dig- *larum hæ-*
nitatis amissio, ad quam Theodosij iunioris volun- *reticarum.*
tate conscenderat, qui hominis fama commotus lu- *c. de Nesto-*
pi rabiem, serinosque mores agnina pelle contegen- *rio. Paulus*
tis Antiochia, vbi presbyter, concionator, & ecclesia- *Diaconus L.*
stes erat, Constantinopolim eum accersierat, & illius *18. rerum*
inclytæ vrbis præfulem patriarchamque delegerat. *Romanarum.*
Latebat eo tempore in venis, & visceribus inclusa
pestitis, neque solum eloquentiæ, qua valebat, sed et-
iam castitatis & continentix famam collegerat, sed
posteaquam virus effudit immaculatæque Virginis
bel-

bellum nefarium indixit, à religioso Imperatore proscriptus est, exilioq; mulctatus. Hoc supplicio, quod mortis instar putabatur, nihilo melior effectus errorem, vel furorē potius minimè deponebat. Quamobrem Dei vnigena filius à suæ parentis improbissimo ac turpissimo vexatore debitas pœnas repetiuit, & Ephesini iudicio Concilij diuinum ac cœleste subscripsit, suoque quasi calculo Deus sacrosanctæ Synodi decretum approbavit. Neque enim satis esse debuit tam tetrum & immane mōstrum à beatissimo Patrum cœtu reijci, ac exterminari, sacerdotis honore spoliari, à Christiano principe quater in exilium relegari, à bonis omnibus quasi pestem exitialem deuitari: nam procacissimæ linguæ, quam toties in Diuæ Matris iniuriam, contumeliamque vibrabat pœnas moribundus meritas dedit, ac vitam miserrimo sine terminauit. Siquidem horrendi vermes subito misceri, & scaterē sunt visi, qui blasphemam, atque sacrilegam Nestorij linguam morientis velut agmine facto roserunt, atque ita confecerunt, vt nihil omnino superesset. Corpus quoque in sepulturam illatum terra ipsa deuorauit, vt apud Inferos vnà cum sceleratissimo illo animo torqueretur, & temulentissimæ pœnas insanix multò antè dependeret. Vermibus linguam exesam fuisse Nestorij Euagrius scribit, & ab Amanuensi ipsius Nestorij se accepisse confirmat. Quartum exilium idem Euagrius ex ipsius Nestorij epistolis se didicisse ait. Porci huius putruisse corpus Theodorus lector asseruerat. Extant Cæsareę sanctiones Theodosij, Valentianiani, & Martiani imperatorū verè Augustorum, quibus hic portentosæ superstitionis author (sic enim ab his Nestorius appellatur) publicè, ac seuerè damnatur, notaturque. Nam qui ex antiquis illis imperij moderatoribus Christianam fidem religiosè coluerunt, quidquid mater Ecclesia statuisset, & armis, & legibus defendebant.

*Lib. 1. cap. 7.
In collecta-
neis.*

DE CONSTANTINO COPRONYMO.

IMPERATOR Constantinus Copronymus Leonis cognomēto Isaurici filius, mali videlicet corui malum ouum, scēdisimo notatus atque hoc affectus cognomine est, quod illo ipso tempore, quo sacro baptisimi fonte tangebatur, humani corporis stercus egressisset, futuræque vitæ scēditatē, ac turpitudinē portendisset, quæ certē immundissima fuit, & horrore nauseq; plenissima. Eo enim impietatis, & amētiae prorupit, vt omnem sacrosanctæ Virginis inuocationē, & cultū, detestaretur ipse, & à Christianis implorari Virginem lege lata prohiberet. Neque mirum videri debet, tam turpiter insanisse, & eius sanctiōnis, quæ intemeratæ Virginis cultum abrogaret, auctorem illum fuisse, qui Venerem coleret, magistramque libidinis adoraret, pueros maſtaret, humanisque victimis vteretur: scetidorum ita amātem fuisse accepimus, vt brutorum animalium excrementis corpus inungeret, suosque aulicos ad idem exemplum non magis hortaretur, quàm impelleret, qui ita facerent, olidiq; essent, eis potissimū indulgeret. Quā putidus Dei Ecclesiæ Copronymus futurus esset, atque impius, sanctus Germanus Episcopus verissimè diuinavit. Sed parricidæ huius interitu nihil fieri potuit funestius, qui cū & Deo, & hominibus esset iniusus, moriturus carbunculum, morbi genus horribile, sensit, quo pedes inflammati condolebant. Ardētissimis etiā iactatus est febribus, quæ tales fuerunt, vt à medicis remedium inueniri nō posset. Accessit elephantia, deformis aspectu, pernicioſa cōtagio. Ergo rebus omnibus desperatis clamare ac vociferari coactus est, se violatæ Deiparæ Virginis poenas dare, & propter impias in Dei Matrē, detestandasque blasphemias vel viuum flāmis illis tradi, quæ nullis seculorum spacijs ac tetminis extinguuntur; precari

*Ecclesiastica
histor. Suidas
Laurentius
Surius, in
vita sancti
Nicetae,
Confessoris
Christi, &
imaginum
defensoris
acerrimi,
auctorisq;
miscella.*

pro-

proinde, vt Maria meritis laudibus exornetur, quibus sibi placetur irata. Paulò post impius decessit, indignus diuinæ parentis auxilio. Mortui sepulcri cadauer, Imperatore Michaelè Theophili filio, effossam, exhumatumque est, incendioque consumptum, vt ardentis apud inferos animæ similitudinem aliquam exhiberet. Sed præstat audire Sigonium. De Copronymo, inquit, multa nos ex Græcis collegimus. Patriarchæ vocem propè diuino ex ore missam confirmauit, qui hunc sacra omnia inquinaturum prædixit. Itaque inito post patris mortem imperio, vniuersali edicto proposito, imperauit, ne quis aliquem ex seruis Dei nomine sacri decoraret, neque ipsorum auxilium imploraret; sed eorum reliquias cõspueret, ac pro nihilo duceret. Neque Mariam Virginem imploraret, neque Dei genetricem vocaret. Quin sumpto loculo auro referto de quibusdam, qui aderant, forrè rogauit, quanti eum pretij æstimaret, cum responsum esset, magni, exempto auro, iterum, quanti æstimarent, quæsiuit, respondentibus autem illis, nihil rectè iudicatis, inquit, Maria quoque dum Chrißtû gestauit, summi pretij fuit, postquam eum peperit, nihilo cæteris mulieribus preciosior est. Hæc populus audiens incredibili mæore oppressus, ipsius odio, ad Artabasdum animos inclinauit, qui ororem eius habebat in matrimonio. Cæterum Artabasdus hoc modo ad imperium euectus est. Constantinus in regionem Opsicianã profectus Artabasdum, qui Dorilei erat, studijs populorum erga eum permotus, opprimere est conatus. Quare cognita Artabasdus exercitum aduersus Constantinum promouit, & præfecto eius Biseto obruncato, & Constantino in fugam coniecto, Constantinopolim aduolauit, ac sacris imaginibus reponi per urbem iussis, extemplo ab omnibus ordinibus Imperator est salutatus. Quo factò, Anastasius Patriarcha in concionem ascendit,

ac te-

*Lib. 3. de re-
gno Italia
vsq; ad verba.*

ac tenens cruceem Domini ita dixit, per eum, qui huic ligno affixus est, iuro, Constantinum Copronymū hæc mihi verba dixisse, noli credere, quem Maria peperit, Christum filium Dei, sed purum hominem esse, ita enim eum Maria mater peperit, vt & me Maria mater mea. Quibus vocibus auditis, populus inflā-
 matus extemplo ei imperium abrogauit. Constantinus exercitu Constantinopolim adducto urbem obsedit, atque Artabaldo in potestatem redacto, ipsā, imperiumque recepit, & ludis editis Artabaldum oculis priuarum vnā cum Anastasio Patriarcha in circum contumeliæ causa produxit. Anno septingentesimo quadagesimo sexto, qui fuit imperij Constantini sextus, mēse Ianuario terra in Syria tremore maximo quassata est, quo templa, ac monasteria plerāque corruerunt, ac ruinis multa hominum millia elisa sunt. Neque ita multo post grauis Siciliam & Calabriam pestilentia bubonis inuasit, quæ Monobasiā inde, totamque Græciam perculit, ac per totam indictionem decimam quartam sæuiit, diuinitus, vt vulgo ferebant homines, ad vexandum affligendumque Constantinum immilla, quod fædo patris exemplo nuper esset in sanctas imagines debacchatus. Siquidem serpens longius siue cœli grauitate, siue corporum contagione. Constantinopolim quoque ipsam decima quinta indictione, id est, anno septingentesimo quadagesimo septimo peruenit. Quod verò vehementius mortalium mentes, curasque sollicitauit, in hominum vestibus, & sacris Ecclesiarum indumentis, velisque cruculæ plurimæ animaduersæ sunt, quasi liuida olei macula quædam infectæ, quæ asperius aliquid etiam, quam quod in manibus erat, potendere putabantur. Ineunte verè, cùm ingrauescere morbus in vrbe Constantinopolitana cœpisset, tum per ætatem omne acerbitatis virus effudit, integris domibus exhaustis, neque mortuorum quidē

sepeliendorum curam qui haberent, superfuere. Plau-
 stris vulgo acruatum elati, urbanis, ac suburbanis se-
 pulcris expletis, cisternæ quoque, & lacus, & horti ad
 vsum sepulcrorum traducti vix suffecerunt. Postre-
 mo vrbes Syriæ nouo terræmotu sunt agitatæ, vt a-
 liæ funditis, aliæ magna ex parte prociderint. Qua-
 dam ex montibus in subiectos campos per sex mil-
 lia passuum, tectis saluis, incolumibusve, translatae
 sunt. Ingens in Orientis & Septentrionis partibus ge-
 lu extitit, pontus ad centum millia passuum ita obri-
 guit, vt glacies lapidis duritiem exequaret, & niue ad
 viginti cubitos alta superueniente similitudinē mō-
 tis referret. Eadem Februario mense anni septingen-
 telimi sexagesimi quinti in multas partes diffracta,
 ac secundo æstu ad mœnia Constantinopolis delata
 omnibus ad portentosæ rei spectaculum accurrenti-
 bus pauidas ac turbulentas cogitationes iniecit. Mese
 Martio stellæ cælo labêtes apparuere, omnibus, quo-
 rum obiectæ sunt oculis, vltimum seculi finem adese
 credentibus. Quodque magis terrere sanctarum
 imaginum cōtemptores potuit, Christus ipse Deus,
 ac Dominus noster, quanta imaginem suam coli
 sanctitate vellet, silentibus præ metu mortalium lin-
 guis, apertè docuit. Quippe sequenti anno ante diē
 quintum Idus Nouembris, Berithi, quæ est vrbs Sy-
 riæ, miraculum ingens, & valde commemorandum
 est editum. Iudæi quidam imaginem Christi crucifi-
 xi in ædibus ab Christiano homine conductis cum
 reperissent, contumeliæ causâ illam deposuerunt, at-
 que omnia in illam probra, quæ quondam in Chi-
 stum viuentem intulerant, congesserunt, illudentes,
 conspuentes, atque cædentes, demum autem, cum
 iterum in crucem egissent, lancea latus hauserunt.
 Quo factò, subito sanguis & aqua manauit, quem
 illi vase admoto cum suscepissent, & virtutis, de qua
 sermone acceperant, periculum facerent, ægros eo
 suos

suos in synagoga coactos asperserunt. Quibus statim a
 a gratitudine liberatis, Iudei religione perfuncti continuo
 Adeo datum urbis Episcopum adierunt, ac sanguine ei cum
 imagine reddito miraculum retulerunt, ac facris se initiari
 Christianis petierunt. Cæterum, quod Christus sanctitatem
 imaginum suarum tuebatur appetiuit, eò Constantinus eam
 oppugnabat infensius. Etenim duodecimo Kalend. Decembris principes,
 militesque, qui sancta simulacra venerarentur, apud
 postulatos iussit comprehendi, & foedis tormentis excruciar
 i, & iussuradum ab omnibus imperio subiectis exegit, se
 sanctas in posterum imagines despecturos. Idem Constantinus
 Patriarcham interfecit, quia secretum suum enunciaisset, se
 neque Christum pro Deo, neque matrem pro Deipara habere,
 & Nicetam eunuchum errori suo suffragantem substituit.
 Monachorum inde ordinem delere cum statuisset, Constantinopoli
 alios occidit, alios ignominie causa per Circum incedere
 singulas mulieres manu tenentes iussit. Cæteros, qui in
 Thracia erant, Ephesum traductos aut vxores ducere coegit,
 aut oculos eruit, & templis eorum, ac monasterijs venditis,
 redactam pecuniam militibus sibi assentientibus dedit. Quin
 & sanctæ Virginis, aliorumque diuorū pijs pro hominibus
 apud Deum intercessionibus scriptis editis improbavit,
 atque ossa Sanctorum alia in mare proiecit, alia foeditissime
 conspurcauit. Hæc Carolus Sigonius de Copronymi delictis,
 atque supplicijs eorundem. Sed plagam vltimam, quæ monstrum
 hoc immane confecit, iam ex alijs retulimus. Lutheranos
 equidem miror, cuius facta imitantur, eius dirissimum exitum
 non perhorrescere.

DE CONSTATE IMPERATORE.

CONSTANS Imperator à Vitaliano pōtifice, & vniuerso clero,
 populoque Romano ob uiam ad quintum lapidē honoris causa pro-

Ecc 2 gressu

Idem Carolus Sigonius lib. de regno Italia ijsse verbis.

Ann. 663.

gresso exceptus tertio Nonas Iulias urbem iniuit, atque ad basilicam Varicanam venerabundus accessit, & precationem adhibuit, ac dona tulit. Post triduum autem, qui dies fuit sabbati, ædem ad præsepe inuisit, eamque pariter donatam reliquit, & paulo post, cum duodecim dies in vrbe moratus omnia ex ære ornamenta, quibus vrbs antiquitas fuerat exornata, subripuisset, ita, vt ne tegulis quidem nobilissimi templi sanctæ Virginis ad Martyres abstineret, postridie hæud bona Pontificis Romanorumque cum gratia terrestri itinere Neapolim, atque inde in Siciliam se recepit. Sed anno sexcentesimo sexagesimo nono, Constante Imperatore, Idibus Iulij occiso, Constantinus filius, vt cœperat, continuauit imperium, Hic paterno exemplo vitæ, mortisque euentu deterritus fautor Ecclesiæ Romanæ fuit acerrimus, Hactenus Sigonius, quæ docent, quàm infelix exitus maneat Deiparæ Virginis contemptores. Etsi enim templi Virginis ad præsepe donauit hic tyrannus, tamen ad Martyres ædem celeberrimam, quam Pantheon dixit antiquitas, spoliare non timuit, eaque iniuria Romanos affecit, qua Rex Ammonitarum Dauidis oratores quos barba semirasa remisit, trucemque est expertus Dauidem in ultione legatorum, ceteroquin mansuetum. Hic est ille Constans secundus hoc nomine, qui diuum Martinum Papam Martyrem fecit, & à suis occisus in balneo, comprehensi, & relegati martyris, in exilioque mortui, & virginalis spoliati templi pcenas pertulit, & perferet sempiternas.

DE PRÆFECTO TIBERII IMPERATORIS, deq; Anatolio.

TIBERIO Christiano principi, qui proximè ante Mauritium imperauit, præfectus aulæ fuit vir bonus ille quidem, sed tamen Anatolij hominis impurissimi, & à Christo liberatore nostro, atque

atque eius Matre sanctissima prorsus alieni studiosus & fautor, qui domum continentiae & castitatis speculum beatissimam Virginem sibi apparuisse confessus est, & grauius exprobat, quod Anatolij defensor, & amicus esset, proinde ab hominis furiosissimi amicitia recederet, neque villo modo ab illo staret, quem Deo, & hominibus sciret inuisum, sibi que caueret in posterum. Etenim Anatolius cum Antiochia diuersaretur, nefarijs Deorum sacrificijs operam dederat, & sacrosancta Christianorum mysteria & lingua, & manu polluerat. At enim Caesar tanta impietatis fama commotus Anatolium comprehendi iussit, & Constantinopolim ad se esse constrictum, catenatumque perducere. In ea autem custodia, ubi Mariae Dei Matris hic hostis tenebatur inclusus, immaculatae eiusdem Mariae Virginis imago ad eorum solatium, qui in carcere erant, funiculo religata pendeat. Anatolius, dum suam causam Augusto probare nititur, & mutatae, correctaeque vitae testes colligere studet in illam eadem clarissimae Matris, quam meminimus, effigiem, oculos interdum iaciebat, veniamque scelerum efflagitabat, animique dolorem ex vitae superioris scelerum memoria, & recordatione susceptum ad placandum optimi principis iram callide simulabat, neque tam animo, ac sincera voluntate, quam externo corporis habitu atque ementita specie ante virginem illam imaginem virginum Virgini supplicabat. Ad fictas Anatolij preces (rem miram) Virginis imago iratae similis vultum auertit illo ipso, qui custodiae praerat, inspectante, alijsque compluribus rem admirantibus, partim ex custodijs, partim ex eorum consolatoribus, quos carcer incluserat. Quin & ipsa Dei Matris effigies illo eodem iracundo aspectu, Anatolio minitabunda multis extra carceris limen monstrata per visum esse narratur, quod grauior populi totius in sceleratissimum illum fontem esset offensio. Quamobrem

brem communis omnium vox, Anatolium de me-
 dio tollendum, horribilisque supplicio interimendū
 esse proclamauit. Itaque omnium consensu bestijs
 obiectus miserimè dilaceratur, sed nō miserabiliter,
 nec enim erat, quem miseratio commoueret. Lupi
 extincti Anatolij cadauer arreptum, discerptum, huc
 illucque iactatum auuidissimè confecerunt. Euagrius
 factum hoc scribit paulò copiosius, Anatolium ex viro
 plebeio, & eo effœminato atque molli ad magistra-
 tus in Republica gerendos non quidem meritis &
 virtute, sed astu, & callidis artibus ascendisse, Grego-
 rio Antiochenæ vrbis Antistiti amicum fuisse, quò
 maiorem authoritatem ex Pontificis amicitia conse-
 queretur. Et, cum Anatolius simulacrorum supersti-
 tionì deditus esset, hominisque deprehēderetur im-
 pietas, tamen parum abfuisse, vt ipse, & multi alij
 eiusdem perfidiæ participes, idolorum sacrificio, cul-
 tuque comperto, liberi dimitterentur, atramento
 sutoris, vt dicitur, absoluti, nisi populus reclamasset
 religiosus, & pius; magnamque ex eo casu Gregoriū
 inuidiam conflauisse, quod Anatolio Ethnicorum i-
 dololatriam longo interuallo reuocanti, multosque
 in eundem laqueum iniicienti aut iniuste ignouisset,
 aut impiè consensisset. Ergo Tiberius Anatolij scele-
 re, & Gregorij Episcopi commotus infamia Anato-
 lium, & sceleris socios Constantinopolim pertrahi
 iubet, vt ex huius testimonio, quid Gregorius pecca-
 uisset, intelligatur. Anatolium Imperatoris cognita
 voluntate se Deiparæ Virgini in carcere commēdas-
 se, cuius imago suspensa penderet, imaginem vultu
 auerso preces sacrilegi repudiasse, rei que admirandæ
 & præsidarios milites, & eos, quibus carceris erat cus-
 todia commissā, testes oculos fuisse, nonnullique
 alijs fidelibus se Virginem ostendisse, & eos contra
 scelestissimum prisæ impietatis renouatorem inci-
 tasse, dixisseque filium suum ab Anatolio contume-
 lijs

lijs affici. Anatolium, vbi Constantinopolim perdu-
ctus, sæuisque verberibus esset affectus, tamen nihil
contra Episcopum dixisse, & cum ex socijs Anatolij
quidam, quæstione habita, non capite, sed exilio dā-
narentur, populum diuino zelo succensum eos igni
tradidisse, eoque progressum vt & Imperatorem Ti-
berij, & Eutychem patriarcham si dei proditores
diceret, iudices, qui de causa cognosserent, ad necem
perquirerent. Sed Dei tamen singulari beneficio po-
puli furor ille confedit, quietisque rebus Anatolius
bestijs obiectus, & sublatus in crucem populi, quæ
parabantur, tormenta effugit, quæ præterea inferebā-
tur, terminauit. Sed lupi, quæ visã noua res est, corp⁹
è cruce deturbant, humi proijciunt, & pastu crudeli
membratim deuorant, quendam autem è nostris, id
est, verè christianis hominibus, priusquam hæc fie-
rent, dixisse, secundum quietem populi sententiam
contra Anatolium sibi esse præuisam.

DE LEONE ARMENO, QVI FVIT

quartus hoc nomine.

CVM Leo Armenus vestigijs Copronymi in-
sisteret, neque pios vellet Imperatores imita-
ri, mater eius vidisse in somnis Deiparam di-
citur, cuius in æde Blachernia imago colebatur, iu-
bentemque audisse, vt sibi propinaretur de vase ple-
no cruoris, quo cruore Ecclesie pauimentum redun-
dabat, quod cum illa auersaretur, atque, cœli ait Re-
gina, tuus filius nullum finem facit effundendi illo-
rum sanguinis, qui me tota mente venerantur, ideo-
que haud desinit ipse Deum, qui idem meus est
natus, in se prouocare. Neque post multò Leo in-
terficitur, qui se sanctorum carnibus saginabat.
Hic ille Leo est, qui ex templo sanctæ Sophiæ au-
ream coronam immensũ pretij gemmis ornatam rap-
puit, quã Mauricius Imperator sanctissimæ Deiparę
dedicarat. Ergo, vt alij scribunt, carbunculo in capite

*Zonaras in
Ann. Con-
stantinopo-
litanis.*

Petrus Me- oborto perimitur, qui virginei capitis ornamēto au-
xia in eius sus est sacrilegas manus iniicere.
vita,

DE NISIRO ARABO SCCELERATIS-
 simo pradone punito calitus.

Simeon Me-
taphrastes
in vita sã-
ctã Theo-
ctista in
Novembri.

IN insula Paro templum Dei Matri pulcherrimū,
 omnique ornatu, apparatusque visendum princi-
 pum Christianorum pietas, liberalitasque consti-
 tuit, cuius licet antiquitate senescentis, veteris tamen
 amplitudinis, & dignitatis vestigia multa remanse-
 rant, quę hospitibus ac peregrinis admirationem cō-
 mouerent. Vt enim templi formam, descriptionem,
 dimensionemque præteream, quæ scientissimorum
 iudicio artificum mirabilis, & rara fuit, columnarū
 & frequentia, & color, qui spectatum venissent, eos
 propè alienabat à sensibus, parietesq; illo ipso lapide
 columnarū inexplicabili ad videndum specie & pul-
 chritudine tegebantur, quem lapidem architecti ita
 extenuarant, in eamque subtilitatem, exilitatemque
 redegerant, vt parietes non lapillis strati atque indu-
 cti, sed bislinis operimentis, velisque tum leuissimis,
 tum candidissimis ornati ac vestiti esse crederentur,
 iam vero lapis ille, qui altari imminens diuinā men-
 sam vndequaque cingebat, & aut concamerabat im-
 mobilis, & quasi fornicem obducebat, aut arę gre-
 mium cohibebat (est enim historia concisa, & locus
 auctoris intellectu difficilis) omnibus fabricæ illius
 vel ornamentis, vel miraculis anteibat. Sic enim il-
 lum manus artificum, industriaque tornauerat, vt
 non lapis, sed lacteus esse succus commistus tamen,
 atque confusus videretur, vnde color oculis ipsis
 quamgratissimus effulgebat, eius non dissimilis,
 qui apparet in Luna, quam Solis oppositus plenè
 perfecteque compleuit. Hunc lapidem, qui vel altare
 obumbrabat, vt diximus, (neque enim ipsa satis lu-
 cet historia) vel arę operculum, vel ara ipsa
 erat,

erat, quod magis credimus, barbarus quidam pirata confregit, nec facinus tulit impunè. Nam cum Nisirus (hoc erat piratæ nomen) genere Arabs, Cretensium classis præfectus, ad insulam Paron venisset lapidis nitore percelebrem, & in templum ingressus lapidis, quem memorauimus, formositate admiratus esset, in Cretam tentauit abducere, & illius sanctitatem idolorum superstitione polluere. Hæc eo cogitante, ac petram amouente, diuino nutu in eam granditatem pulcherrimus ille lapis excreuit, vt eius immensitatem capere templi porta non posset, id cum vidisset Arabs, atque integrum deportare se posse diffideret, furij incitatus diffringi iubet, & in partes diuisum, dissectumque transferri. Sed tamen diuinus iudex pœnas ab improbilissimo latrone haud serò repetiuit, cum omnes ad Eubœæ promontoriū, quod Xylophagum appellant (naues enim compactas ex ligno demergit) peruenisset, naufragium audacissimus pirata fecit, marinique fluctus diuinæ vltionis administrari nefarium prædonem, hostemque sacrorum penitus obruerunt, exemploque fuit, quàm illis perperam res cedat, qui in Virginis dona conentur inuadere.

DE TRIBVS SACRILEGIS.

SANCTISSIMÆ Dei Matris nomini consecrati Auguste vrbis templi tanta olim sanctitas, & religio fuit, vt ex eo sacrilega manus nunquam quicquam impunè sustulerit. Quod hæc, quæ dicam, exempla testantur. Ex raptoribus vnus furens amentia manus sibi ipse lacerauit, neque prius sui dilaniandi, atque mordendi finem fecit, quàm à seipso miserè discerptus interiuit. Alter librum, ex eodem loco furatus vendidit, cumque libri precio equum coemisset, domum deduxisset, præsentem, audientemque vxore, equi pulchritudinem, præstantiamque

*Authore
Bernone
Abbate
Augustens.
in vita S.
Vdalrici
Episcopi
Augustani.*

laudasset, sibi de animalis commoditatibus explau-
sisset, librum, qui tam utilis, fructuosusque fuisset,
restitui debere negasset: cordata, prudensque vxor
contra exclamauit, vtinam ne librum, o coniux, at-
tigisses. Perstat ille in sententia, & bestiae contuen-
dae finem non facit. Eam quin immo, vt ferè fit in
huiusmodi emptionibus, leniter tractat, dorsumque,
& caudam manu demulcet. Hæc agenti, gestienti, &
temerè glorianti durissimum calcem efferatus e-
quus impressit, quo vulnere exanimis subito concidit
& sacrilegij debitam pœnam, & iustam morte
perfoluit. Tertius mitiore mulctatus est pœna, quod
se tempestiuè, ac maturè correxisset. Cum enim vilis
straguli, quo mensæ teguntur, partem vel rupisset,
vel, quam ruptam inuenerat, sibi audaciùs vsurpas-
set, à dæmone occupatus, nullum neque extra, ne-
que intra ædis limen latebræ locum inuenit, & cum
se lustrali aqua ad diabolum fugandum aspergeret,
tamen mali illius comitis aspectum vitare non po-
tuit. Quocumque se verteret, vbi vbi pedem pone-
ret, in Sathanam itineris indiuiduum socium incur-
rebat. Ergo reuersus Augustam, quod abstulerat,
reddidit, sanctoque Vdalrico Augustano Episcopo,
magno integerrimæ Virginis amatori aduolutus ad
genua ob sacrilegium pœnam sibi postulauit im-
poni. Eum Episcopus clementer acceptum à dæ-
mone liberauit, domumque remisit meliora cogi-
tantem. Deinde Vdalricus Conrado Constantiæ vr-
bis Episcopo socio ad incaltam Heluetiorum solitu-
dinem profectus immaculæ Virgini templum, vtri-
usque pariter voluntate, opibusque fundatum
collocauit: quod templum miracula,
resque vni Deo factu faciles
illustrarunt.

DE DVCE ARNOLDO.

DYNASTÆ Scheirenses tantæ nobilitatis, ut Bauariæ principes multos procrearint, insigni pietatis laude commédantur. Quod enim in ipsorum ditione erat præstans, admirandumque castellum religioni beatissimæ Virginis dedicauerunt, monasterioque constructo, quod etiam nunc apud Bauaros extat, gentis ac familiæ nõ modò sepulchrũ (humantur illic Bauariæ proceres) sed etiam monumentum reliquerunt. Sed est historia paulò altiùs repetèda. Cùm enim illo, qui familiam ducebat, quique rerum sine cõtrouersia legitimus possessor erat, extincto, atque mortuo multi hæredes de Scheirensi Castro dubia lite contenderent, diuino agente spiritu suo quisque iure cesserunt, & beatissimæ cœli Regiæ castrum illud libentissimis animis obtulerunt, vno excepto Arnolde, quem Bauarorum vulgus infelicem appellat, cùm infandum dicere debuisset, qui, quod malo dæmone familiariter vteretur, suæ partis cum consortem facere nitebatur. Non multò post dæmon amicus gratiam retulit, eam scilicet, quam sibi deuotis reddere consuevit. Viuum enim, vestitum, sospitemque corripuit, & in lacum monasterio vicinum deturbauit, vnde nunquam est visus emergere. Eo igitur de medio sublato rata cæterorum donatio fuit, & hæreditas peruenit ad Virginem, quæ suos remuneratur amatores, & ex orci faucibus ereptos ad illam vitam perducit, quæ nullis finibus terminatur.

*Trithemi⁹
lib. de ori-
gine gentis,
principum-
que Baua-
ria.*

DE QVODAM MILITE.

VIR sceleratus atque impius, cui nomen Constantino fuit, cùm Dei genitricis imaginem aspexisset, lapidis eam iactu deiecit, deiectaque pessum dedit. Dein somno sopitus cœli Reginam vidit

*Eutropius
lib. vi. verũ
Romanarũ.*

vidit astantem, atque ita loquentem, scisne, qualem te mihi præstiteris; & quàm de me valenter triumphaueris? sed tamen haud erit impunita audacia. Sequutum breui est cum Sarracenis bellum, quos muro subeuntes dum miser Constantinus, qui se volebat haberi forticulum, repellere conatur, proiectu lapidis comminutus, ac contusus interiijt, infandumque lapidem lapide, quem magno direxerat, iustissima ultione persoluit.

DE QVODAM ALEATORE.

Ioãnes Maria Politianus in vita S. Alberti, habet Surrius de vitis SS. August.

IN Castro Drepanensi quidam aleator rem suam ludendo perdiderat, ex damno dolor, ex dolore nata desperatio est, ex desperatione impietas detestanda. Nam iacturam animo reputans ad locum, vbi beatissimæ Virginis, sanctique Alberti imagines erant, accedens cum altero ita, te sæpè, Alberte, inuocauit, neque in afflictis meis rebus præsto esse voluisti, quid igitur te sanctum prædicem, vt hominum vulgus opinatur? deinde ad Virginis conuersus effigiem, tu, inquit, Maria, quæ gratiæ Mater diceris, meis quoque precibus tuas pias aures occlusisti. Hæc vbi effutiuit insanus, arrepto gladio vtramque imaginem furibundè persecuit, ex ambabus continuò sanguis in terram iastillauit, viderat hoc tetrum, & immane facinus puer quidam moribus, & ætate simplex, statimque in sacrilegum dolenter exclamauit. Fugit ille audito clamore, exeuntem ac se proripere conantem in ipso templi aditu tonitruï fragor horrendus exeret, fulminisque impresso ictu, impetuque grauissimo redigitur totus in puluerem.

Vincentius Beluacensis part. 2. speculi histor. lib. 8. c. 104.

DE QVODAM LVSORE.

PLACENTIAE, cum in taberna luderet quidam, tesseraeque iactus minus prosper ac felix cecidisset, gloriosissimo Mariæ ventri, vbi Christus

stus falus nostra delituit, impudentissimus aleator obstrepuit, ad nefariamque vocem, qua virgineum vterum diris, execrationibusque; deuouit, subita morte prostratus descendit in Inferos, quem locum illi incolunt, quos à se Christus bonus pastor segregauit, ac furijs vlticibus, dæmonibusque permisit in omnem æternitatem cruciandos.

DE QVORVNDAM OPTIMATVM

supplicio, qui in bona sacrosanctæ dicatæ Virgini rapaciter inuolarunt.

MATRONA quædam tum pia, tum nobiliss Cistercensi familiæ prædia donauerat, quibus in sanctæ Mariæ Virginis & Dei genetricis honorem ædificata domus est, vbi dignitas, operisque maiestas cum ipsa loci sanctitate congruebat. Erat quippè visu pulchra, aditu veneranda. Cum verò post matronæ fundatricis obitum quidam se bonorum illorū legitimos esse dominos profiterentur, Cisterciensibus molestissimi esse ceperunt duce Henrico, qui omnium acerrimè monachos agitabat. Sed tamen Dei Matris ope, quæ cœnobio præsidebat, effectum, vt non modo suorum præda non potiretur, vt suis etiam fortunis euersus vitam egerit infelicè. Alter eorundem bonorum cupidus, & Monachorum illa de causa vexator, à suo occisus seruo temeritatis & audaciæ meritas pependit pœnas. Tertius ad hanc eandem prædam aduolans, & anhelans in ipso cursu miserimus occidit, ac medius crepuit, vt, qui Iudæ proditoris imitabatur avaritiam, Iudæ supplicium pateretur. Hanc memorabilem vltionem cum quidam ex competitoribus vir & nobilis, & benè cordatus audiuisset, in templum Virginis venit, & hæc ibi verba fecit. Domina mea, spes mea, portio mea, sint tua tibi, ego iure meo cedo, & quæ me pars attingit, si fortè attingit, eam ego partè libenter abiudico. At verò post hoc exempla Dynasta quidam potens, cui

Wilhel-

*Cæsarius
Monachus
Cisterciensis,
li. 7. dialogor. c. 7.*

Wilhelmo nomen fuit, vxoris instinctu, quæ sese bonorum illorū iactabat hæredem, sua ipse auctoritate agrum omnium optimū occupauit, ac monachis omnia iure, ac lege tenentibus grauissimum tum rapina, tum contumeliæ vulnus infixit. Interea religiosus quidam sacerdos in visu didicit, quæ pena raptorem, sacrilegumq; maneret, eumq; proindemonuit, vt matuit resipisceret. Ille, culpata vxore, aliena retinere, monachis negotium exhibere perseuerat. Romani Pontificis seuero diplomate, ac literis appellatus rem diutius, quàm par esset, extraxit. Interea dum cursores vitio citroq; cōmeant, ac de pace cum Wilhelmo frustra contenditur, deq; agro reddendo nequicquam laboratur, religiosus quidam Ioannes nomine in somnis Virginē querentem audiuit, atq; ita dicentem, hinc me cōmigare necesse est, rogante hoc ipso, quo ibis Dominus? ad filium meū, inquit, de Guilielmo conquestura, qui me hoc in loco quietam esse non sinit. Postridie mane visionem Ioannes cuidam Wilhelmi famulo patefecit, & dominum citò morituram significauit. Insiit famulus, sed irrississe nollet, quippe qui altero pede truncatus despicientiæ poenas persoluerit. At Wilhilmus, dum in secreto quodam nemore Nisum manu tenens volucres aucupatur, à duobus Comitis Seinensis ministris, quibus vnus captiuus prædam extorquere conabatur, lancea transfixus confestim expirauit. Vxorem malorū causam priuignus quidam ex bonorum omnium possessione cum liberis, quos ex tyranno Wilhelmo susceperat, præcipitem exturbauit. Ita Cistercienses gloriosæ Virginis Deiparæ meritis, ac patrocínio cuncta pacificè possederunt.

*Theodoricus
Gresemundus
in hist.*

DE QUODAM ICONOMACHO.

ANNO salutis nostræ millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, quidam in Germania fuit

fuit Schelcropius nomine, genere humili, perdito ingenio, moribus turpissimis, quem satis deprauatam consuetudo non termissa peccandi in dies peiorem, deterioremque reddebat. Neque solum flagitis inauditis, sed flagitiorum etiam delectatus infamia in lustris, in popinis, vinariisque tabernis ætatem conterebar. Ad hæc scelera ludi & vsus, & amor grauissimorum semen, & origo viciorum quasi cumulus accedebat. Ex ludo namque auaritia, & rapacitas, & malorum postrema existit impietas, quæ hunc hominem, vel, vt melius dicam, monstrum ad tantum scelus adegit, quantum vix vlla superior ætas viderat, meminerat, audiuerat. Voluerat hæc pestis pro sua consuetudine aleæ fortunam experiri, multoque sui similes ad illius rei communionem incitaret, itum est in quoddam diuersorium Moguntini suburbij, cumque alea parum sceleriter cecidisset, ac pecuniam ferè omnem tali improspere iactibus amisisset, post illatas collusoribus iniurias, & post conuicia sodalium, Deum etiam ac cœlites nefarijs vocibus lacessuit, è caupona digressus in sacellum quoddam venit non longè ab ipsa ludi officina, & Christi crucifixi imaginem, pro nefas, sceleratissime crudelissimeque tractauit, cuius ceruicem vno ictu, cum dissecuisset, mox Deiparæ Virginis & aliorum simulacra sanctorum, quæ plurima altaris latera decorabant, sceleratissime perforauit. Sed, ecce rem prorsus admirandam, ex læsis, percussisque imaginibus sanguis effluxit, ac terram cruentauit. Non enim muta signa, sed viuos homines crederes eam iniuriam esse perpessos. Crederes Deum ipsum tanti facinoris immanitate violatum condoluisse quodammodo, & stupendo miraculo piorum animos ad ultionem sceleris excitasse. Nefarius autem paricia vel sanguinis in terram defluentis, vel vi alia aliqua diuina detentus se loco mouere

non

*violata
crucis, Hieronymi. item
Gebuilerus
& Antoni.
Solerius
Carpinus
lib. de veneratione
& inuocatio.
Sanctor.*

non potuit. Itaq; ab illis, qui religionis causa in ædem sacram venerant, stragemque illam attoniti viderant, comprehensus, inque urbem Moguntinam, quæ nõ longè aberat, abductus, viuus exurit, pœna multò, quam furiosus ille meritus erat, leniore, imagines porò furialis iniuria barbari, & fusi miraculo cruoris insignes ab illa ædícula in templum translata celebrius magno piorum concursu celebrantur, sanguisque ipse summa quadam religione conuiscitur, & a Christicolis adoratur, quo etiam ad varias sanationes post suscepta vota fideles vtuntur. Sunt qui affirmant execrabilis parricidæ brachium perpetrato facinore riguisse, locique illius, vbi admissum est scelus, herbellas & gramen illo ex die nunquam succrescere potuisse.

DE QVODAM ALIO
sacrilego.

*Tilmannus
Bredenbachius lib.
3. sacrarum
collati. c. 21.*

HOC quidem antiquitatis plus habet, anno siquidem millesimo trecentesimo secundo, contigit in monasterio Montis S. Ruperti propè ciuitatem Bingam Moguntia conterminam. Erat in huius templo cœnobij Deiparę Virginis imago quinque lucidissimis ex crystallo gemmis circumpectus decorata. Hanc miles quidam humani, diuiniq; iuris violator inuasit, & quatuor gemmas viuauellens extraxit. Quinta restabat, eam inexpiablem temeritate, rapacitateque cum miles aggreditur, Virginis potentiam sensit, & numen. Etenim ex quinti huius vnionis arcula quæ imaginis vberibus inhaerebat, ac pectori monile erat, lac & sanguis, perscrutante, ac pertentante illa sacrorum hoste, fluxerunt. Prodigij magnitudine territus prædo nefarius iniecto puluere sanguinis defluentis cursum obstruere conabatur; sed quò magis sanguinis venam, lactisq; riuum obtutare cupiebat, tanto vehemētius sanguineus

neus ille liquor, & lacteus proflebat. Sacrilegus præceps amentia ad fluium Nahum accolis bene notum cursum intendit, & se in illius aquas improbissimo lethi genere moriturus iniecit. Monasterij Virgines S. Hildegardis sepulchro gloriosi lactis & sanguinis thesaurum illum vitreis exceptum vasculis in sacrum intulerunt, vbi ab iisdem cum dignitate seruantur, ac à peregrinis cum pietate ac votis inuisitur.

DE DVOBVS CONCIONATORIBVS.

ANNO 1472. senescentem Rosarij pietatem D. Dominici sectatores, iubete Deipara, Colonia renouandam curauerunt. Procedente eorum industria, & sodalium augete numero prospera Rosarij principia duobus illius vrbis concionatoribus ingrata, & iniucunda fuerunt. Honorabat concionatorum hoc par, & celebrabat maximè populus, quippe qui eloquendi arte aditum sibi facerent ad quamlibet causam, qua tamen abutebatur interdum ad labefactandam, euertendamque virtutem, cuius se esse profitebantur defensores. Scilicet ex illorum numero, quos speciosa magis, quam fructuosa delectant. Et cum maxima hominum pars verborum florem, atque orationis voluptatem salubritati rerum & grauitati morum anteponat, ad horum vtriusque concionem audiendam innumerabilis multitudo confluebat. Igitur Rosarij crescentis iniuria tacti pium illum ita precandi morem vituperare adorti, seque versute, ac veteratorie in auditorum animos insinuantes Rosarij religionem, & sanctitatem perfidiosè impieque vexarunt. Dominicanorum inuentum illud esse, qui, vt sua sodalitia compleant, eius rei inuentricem esse Virginem mentiuntur, scilicet id Deipara curat, & eam Dominicanis mandat, committitque prouinciam. Quasi verò preces desiderentur, di-

Locus ipse appellatur Mons D. Ruperti, in quo sepulta S. Hildegardis, qua D. Bernardi vixit aetate.

Ioannes Lopezius li. 1. de Rosario cap. 15.

uinaque desint in Dei Ecclesia carmina, quibus more, institutoque maiorem Virginis gratiam demereri possimus. Rosarij tam multa gymnasia vbique per Dominicanos instituta quid sibi vellent, se prorsus ignorare, neque placere importunas quorundam preces, quæ ad imperiũ proximè accederent. Multas esse apud Christianos grauiorib⁹ de rebus sodalitates institutas, quas iniri satius esset. Nobis autoribus vetera, inquit, sani retinete, noua, & inuisa relinquitte. Illa filio, matrique probabuntur, quibus ipsa suffragetur antiquitas, quæ sanctorum Patrum sancita detretis, stabilita legibus, corroborata vsu, fauētib⁹ superis Christianorum pietas obire solet: horum nos præbebimus hortatores deliberanti, laudatores facienti. Quin & illorũ alter incredibili audacia cum sodalitates pernicie, & sacri iniuria Rosarij ex superiore loco multa iactauit, multa impudenter effutiuit, quibus retardati quam plurimi, & ab illa pietate deteriti partim societatem, quam iam coierant, deseruerunt, partim incundæ cõsilia prorsus abiecerũt. Ergo, quæ tam multo numerabatur, ad paucos redacta sodalitas suam solitudinem deplorabat, Rosa languebat, religiosæ coronæ ex Colonensium capite, collo, & manibus destuebant, ciues nuncium magnam partem Rosario Rosarijque fautoribus remittere, Dominicanos deserere, post decimam quamque salutationem Angelicam saluberrimam Christi Domini precationẽ vsurpare desinere. Vix enim credas, quam habeat vim ad corrumpeudum, & fallendum oratoris quamuis deliri prompta vox & suavis. Cũ verò nugator ille quosdam animaduertisset, & Rosarij adhuc tenaces esse, & sodalitia frequentare, ad eam religionem funditus eijciendam, & eius exinanienda collegia concionem in proximum Dominicum diem cum applausu auditorum indixit, in ea se monstraturum quam esset inanis & futilis illa religio, &

si eam Dominicani rosæ commenticijs tum colo-
 rare, tum odoriferam reddere conarentur. Nam
 miser ille clamator præ stupore adeò sensam ami-
 serat, vt alabaſter vnguenti plenus, & Magdalena
 dignus ei putere videretur. Aduencrat dies ille
 Dominicus, populusque in maximam concionis
 expectationem adductus templum omne comple-
 uerat, cum eundi tempus eſſet, neque tamen orator
 appareret, quæſitus à ſuis inuētus eſt mortuus. Nam
 proximi ſabbathi nocte cum ſanus, & valens & cu-
 buiſſet, & minacem illam concionem abiturus eſſet,
 Dei iudicio omnia cōtuentis, ac regentis obiit repen-
 tino, nullo teſte, nullo adiutore, nemine, qui Ieſu, &
 Mariæ ſalutiſera nomina identidem inuocaret; aſſi-
 ſtente. Ille alter orator erroris cōcoris & ſocius, & Ro-
 ſarij exagitator impius illud humanitus eueniſſe cō-
 ſens mortui conſilio: ū ſe profeſſus hæredem Roſarij
 reliquias delere conſtituit, & in eum finem concio-
 nem aduocauit, Dumque in ſuggeſtum parat af-
 cendere, tota vībe inſpectante, paralyſi repentina
 correptus in terram ſubito concidit, integra tamen
 Dei beneficio mens muto, infantique relinquitur.
 Igitur cum intellexiſſet improbari Roſarij ſe pœ-
 nas meritas dare, & ſupplicij cauſam agnoſceret eſſe
 iuſtiſſimam, cœli Reginam, cum voce non poſſet,
 animo, & corde compellat, leniſſimeque Matris opem
 mutatus implorat, & linguam à Deipara poſtulat,
 qua prædicet, dilaudetque Roſarium, quod furijſ
 agitatus impugnauit: impias & nefarias conciones
 commendandi pro dignitate Roſarij tum aſſiduitate,
 tum alacritate & ſtudio ſe correcturū eſſe promit-
 tit: diligentioremq; ſe ad reſtituenda ſodalitia fore,
 quam fuiſſet ad euertēda furioſus. Vix ſponſionem,
 votumque finierat, cum vox illi, linguaque reddi-
 tur, & valetudo priſtina reparatur. Inde ad ſuggeſtum
 lætus aſcendit, & in illa maxima frequentia Roſarij

laudes suauissimè, verissimeque persequitur, taleque ei pietati testimonium dedit, quale eius esse oportebat, qui beneficio Virginis ex tanto, & tam graui tum periculo, tum supplicio incolumis euasisset.

DE QVODAM HÆRETICO
sacrilego.

*Tilmannus
Bredenba-
chius, lib. 3.
sacrarum
collatio. ca.
20.*

AVGVSTÆ, cùm senatus, instigantibus hæreticis, vniuerso vrbis clerò mandasset, vt ante Solis occasum ex vrbe excederet, illoq; ipso impij huius edicti die Philippus vir in primis nobilis, & cathedralis Ecclesiæ decanus hora vndecima, aut non multò secus in templum, cui ipse præerat, esset ingressus ad hereticorum vel insidias explorandas, vel maleficia, si posset, coercenda, prohibendaq; in hominem incidit, qui Virginis Sacrosanctæ imaginem palla cærulei coloris opertam frangere conabatur, quem cùm grauius obiurgasset, illeque se & pudore, & metu proriperet, in medijs fugæ conatibus furij cœpit horribilibus agitari, & fulminato, lymphatoque similis os, & vultum fœda specie contorquere. Rogatus quid accidisset, hoc vnum respondit. Mulier cæruleo amictu me currentem assequuta est, manuque perculit, & in illo furore atque animi bacchantis amentia, & iactatione latro miserimus expirauit. Hoc mirabile supplicium de hæretico imaginum vexatore sumpsit diuina manus anno trigesimo sexto vltra sesquimillesimum. Eius historiam quidam vnus ex principibus electoribus consiliarius multis honoratis viris præsentibus Tilmanno narrauit.

*Nicolaus
Orlandinus
in Annal.
Societ. 1584*

DE QVODAM LVTHERANO.

BRVNSVICHIVM profectus est Sacerdos, Erici Ducis coniuge postulante, vt præclaram Dei Matris imaginem infantem Iesum fouentis in

tis in gremio vetustis nobilitatam prodigijs ad Foro-
 liuente Collegium, cuius partem templi matrona
 illa construxerat, transferendam curaret. Hanc ima-
 ginem annis ante sexcentis (nam digna res est, quæ à
 capite repetatur) eques nobilis, dum syluestres agi-
 tat feras, inuenit. Ea imposita erat trunco arboris
 peruetusto, eleganti specie, & ad incitandam piete-
 tem spectantis idonea. Non tulit pius eques in occul-
 tis eam syluis sine honore latere. Ablatam ex igno-
 bili ligno deportari iussit in ædes, sed non diu illa à
 suis sedibus abesse voluit. Postridie ad eundem trun-
 cum arboris reperitur, cumque semel, atque iterum
 vnde ablata fuerat, reuertisset, rei miraculo vir nobi-
 lis excitatus, Virginum cœnobium in ijs locis partim
 suis sumptibus, partim alienis instruxit. Fuerat ad
 hæc vsque tempora cœnobium illud sacrarum Vir-
 ginum frequentia, cætuque nobile, sed annum ante
 tricesimum ad Lutheranum quendam eius admini-
 stratione translata, magnas, scilicet accepit clades.
 Homo improbus, omnium religionum cõtemp-
 tor sub eo, quem dixi, trunco, vbi Dei Matris imago tot
 iam secula suum habuerat domicilium, cellam vina-
 riam effodi iussit, sed non impunè hæc impietas ab-
 ijt. Tertio die horrea omnia, & pecus vniuersum, &
 ædificia nonnulla ignis incendio conflagarunt, ipse
 verò sceleris author, cum magnos ad honores iam
 peruenisset, multorum facinorum reus in atrũ con-
 iectus est carcerem, vbi scelestam vitam inhonorato
 sine conclusit. Cœnobium, quia opulentum erat,
 manet illud quidem etiamnum, sed à mulicroso eo-
 demque Lutherano concionatore curatur, & quan-
 tum à primo illo distat ortu, tantum ab auita religio-
 ne discedit. Hoc nimirum impulit spectatissimam
 scœminam tanti Ducis coniugem, vt qui locus nul-
 lum pristinæ pietatis vestigium retinebat, cum hoc
 etiam antiquæ religionis pignore spoliaret. Difficiles

*in historia
 Pronincia
 Veneta, ijs-
 dem verbis.*

se se præbebant mulieres, cum ad eas missus sacerdos noster cum literis & mandatis sacram imaginem auhebat, postea tamen Ducis auctoritatem, coniugisq; reuerentiæ non sine lacrymis eam à se diuelli passæ sunt. flagitantes etiam à Ducis coniuge per literas summis precibus, ne se tanto presidio diutius carere pateretur, quo sublato certissimam perniciem incurrerent.

DE CVIVSDAM ADRIANI
hæretici uxore, de quo Russo Schismatico.

Franciscus
Bencius in
Annal. Societatis
1580.
C. 7. in his
provincia
Polonia,
ijsdem ver-
bis.

MINISTRI VXOR Adriani cum die quodam captato tempore, beatissimæ imaginē Virginis, ad quam orare solebant Rutheni recte sentientes, coniecisset in ignem, domi cōprimere non potuit, quo duo eius liberi miserrimè deflagrarent. Neque enim semper conuiuet elementissimus Deus, excitat se hoc etiam tēpore interdum, & vnū aliquem corripit, vt multos emendet. Vt similiter Russo Schismatico accidit, de quo oblitus sum, & volui quidem scribere in Vilenſi collegio, qui cum eo die, qui Assumptæ Virgini sacer est, ad eruendam argillam exisset, maximè ob Kalendarj Gregoriani cōtemptum, multum licet dissuadente virgine quadam Catholica, & vaticinante vltimum illum ei diem, ac supremum opus fore, ruentis subito casu mole telluris ita oppressus est, vt suo inclusus funere idem reliquerit alijs neglectæ religionis monumentum, & inuenerit ipse dementis propositi sepulcrum.

DE QVODAM VIRO PRIMARIO.

Idem Bencius in
Annalib. 1588.

PERTINET ad hoc Collegium Lapense Dei matris templū, religiosum omnibus circa populis & miraculis illustre, celebratur in anniuersarijs Virginis, sic, vt affluant plerumq; ad septem hominum

num, vel nouem millia. Huc missus sacerdos Sextili *in historia*
 mense medio vtiliter laborauit. Sed accidit quiddam *Collegij Co-*
 ad memoriã insigne. Ipso die Deipare Assumptę vir- *nimbricęsis,*
 ginis vir opulentus in oppido non longè ludos sce- *his verbis.*
 nicos virili sexui, ac muliebri talium rerum auido ad
 spectaculum effuso magnificè dabat. Ea fuit causa,
 cur præter consuetudinem ex illo oppido solennis
 pompa non duceretur ad templum. Nō tulit impu-
 nē, in ipsa orchestra, nescio vnde, exorta rixa multi-
 tudinem ad arma conuertit, & vulnerati multi, cæsi-
 que, inquit seruus Domini ludorum. Quin etiam i-
 pse non effugerat cædem, ni seruatus esset ab inimi-
 co verente scilicet, ne eius interitus sibi crimini dare-
 tur, & iudicatum est datas fuisse pœnas neglectæ re-
 ligionis.

DE QVODAM BLASPHEMO.

AVDITE nunc exemplum memorabile, quod *Ibidem de*
 propter rei atrocitatem per totum regnum *rebus Colle-*
 fama vulgauit. Quidam ad turpem concu- *gię Pacensıs,*
 binatum Indam tæminam pellegerat, quam cum a- *in prouincia*
 liquando ad infaustum torum vi, minisque compul- *Peruana*
 lislet, prouecta nocte cælum tonitru cõcuti, tremis- *isãe verbis.*
 cere terra, densasque inter tenebras micare ignes, &
 per fenestrarum rimas effundi, vt ferirent oculos a-
 nimosque adulterorum. Cadit interea scissis nubi-
 bus largifluus imber cum grandi grandine crepitan-
 te super tectum. Hic mulier subito pauore correpta,
 Virgo, inquit, Maria ser opem, tuere me obsecro. At
 vir ferox, & impius mediã complexus, tace, sis stulta.
 Scilicet auxilium vllum ferre potest Maria. Abscidit
 extremam vocem fulmen subitum, quod intonuit,
 & adhuc loquentem auellit ab amplexu mulierentis,
 quoruorque aut quinque passus cecit extra lectum,
 & flã ma corripit arida nutrimenta, surgit mulier per-
 territa miserũ inclamat, excitat, peruellit, nepe metu

exanimatum, non exanimem putabat. Trahit digitos pedum, corruunt pedes ipsi, diuelluntur, conantem domo ingredi, & mortuum extrahere, impedi-
bat ignis introrsum repellens. Ad extremū vociferata horrendum conciuit vicinos, & ægrè protracto in-
formi cadauere, reperiunt hominem mirum dictu
hiante ore, sine vllis dentib⁹, sine lingua, omnia præ-
terea membra ita soluta & fluxa, vt vel leuiter cōtre-
ctata manum sequerentur. Hic finis impuri, impu-
diciq̄ue hominis fuit. At mulier alieno malo edocta,
quanquam extra periculum, non extra metum, cum
vnde quadraginta millia passuum confecisset, ad no-
strum templū se contulit meliori vitæ instituendæ.

DE QVODAM IMPIO.

*Idem in
Annalib.
1590. in hi-
stor. Sedis
Piratiningæ
in Prouin-
cia Brasilia
ijsdem ver-
bis.*

OBIT Piratiningæ anno 1590. pater Ema-
nuel de Chaues derelictus iam senecta (80.
nempè agebat annum) sed indefessæ chari-
tatis, nullam enim curam ac diligentiam remittebat
in curriculo Deo quærendarum animarum. Etiam
nunc pedibus & quidem nudis vnum atq; alterum
Indorum oppidum frequenter lustrabat. Ea mors
homini diuinitus videtur accidisse, ne Piratiningæ
periculum, & ciuium metum videret. Barbari vide-
licet, qui sunt in interiore Brasilia Piratiningenses
oppressuri subito impetu ingentem exercitum co-
actum rapiunt ad mœnia vr̄bis, vastantur agri, diri-
piuntur pecora, villæ incenduntur, nulla quies, ac ne
spes quidem obsessis. Lusitani numero impares,
quanquam virtute superiores hostium procellam,
& obsidentium machinas ægrè sustinebant. Nostri
interea, si vnquam aliās, precibus Deum fatigabant,
donec tandem præfectus, qui erat in oppido Sancto-
rum, per literas admonitus opportuno subsidio op̄e
laborātibus tulit. Contractus Lusitanus in auxilium
aduolat, sed nō ire ausus sine vllō sacerdote ex nostris.

Vnus

Vnus sequutus est militem socius laborum, & hortator ad bellum. Sed inhiberi omnino non potuit hostis. Captum est suburbium, euersumque in co templum Mariæ Virgini dicatum. Quin & simulachrum eius ex argilla foras productum, ludibrioque habitum comminuto capite. Tamen vbi venere auxilia, mixti que sunt cum Lusitanis Neophyti, commissum sæpe est prælium, & hostis, magnò suorum numero amisso, ignobili fuga euauit. In hac trepidatione nostri audiendis confessionibus, & firmandis animis, cum res exigeret, operam dabant, sæpe etiam semet obijciebant hostium telis. Extimulatores videlicet animorum in primis ordinibus conspiciantur, sed, Deo protegente, multis licet circum eos cadentibus, intacti. Hic exitus belli, Sacilegus tamen, qui sacram effigiem violarat, nõ inultus discessit. Captus à Christianis est, & adligatus ad caudã equinam, raptatusque per vicos non iniusto supplicio fontem animam dedit.

DE QVADAM MVLIERE.

IN vrbe Zamossa quædam matrona genere quidem nobilis, sed heresis tam perditæ, vt Sabbathi diem & sibi, & suis vellet esse feriatum; contra Dominicum profestum, & operosum. Extra urbem huic erat villæ possessio, ad quam ipso Annunciantis Angeli die cum proficisci pararet, domestici iter dissuadent, diei Christianis religiosissimi sanctitate preposita. Mulier offensa Deiparam, cuius inçlytas ferias famuli obieciissent, verbis laceßere, vnam ex multis dicere, eidem se sanctitate parem esse iactare. Igitur ad villam suis inuitis egressa cum iam parum vic restaret, equi thedam trahentes tam fixis hæserunt vestigijs, vt ad progrediendum vis nulla coegerit, itaque thedario nequicquam incitante, nihilque neque voce, & clamore, neque flagello proficiente, improba

*Ex literis
Patris Melchioris
Triuini, qui
Pragensis
collegij
Rector est.*

mulier dum equi perstant immobiles, exit ex rheda, & tantisper declinat à via, vt naturæ obtemperet, & aliuum exoneret. Se purgantem ingens & validus ventus repente deturbat, & mulieris faciem in corporis egestas fordes impingit, & cum os sacrilegum immundis fecibus inquinasset, post ingentes editos clamores spurcam animam egit dolore trahente gesta res tanta anno sexcentesimo supra millesimum. Nos nostrâ claudemus historiam, quæ ab ipso mundi ducta principio vsque ad initium nostri huius seculi incipientis, Deipara iuuante peruenit.

F I N I S.

INDEX CAPITVM
HVIVS OPERIS.

LIBER PRIMVS.

In quo multa ad conciones de Virgine MARIA per statas anni Férias reperiuntur.

V IRGINIS nomen, de ea sacra prædictiones, & typi. CAP. I.	pag. 1
Gētium oracula, & responsa de Virgine multis seculis ante eius ortum. CAP. II.	4
Virginis Regale genus, patria, & parentes. CAP. III.	14
Virginis immaculata Conceptio. Vbi multa ad concionem illius diei. CAP. IV.	8
Maria sanctitas, & ortus gloriosus: hic quadam ad festum diem Natiuitatis gloriosa Virginis. CAP. V.	24
	Trien-

CAPITVM.

- Triennis in Templo sistitur, & multa ad celebritatē
sp. Etantia illius diei, in quo presentationem Virgi-
nis Mater Ecclesia concelebrat. CAP. VI. 29*
- Virginis educatio, mores amabiles, & naturalis pul-
chritudo. CAP. VII. 34*
- Iosepho despondetur. CAP. VIII. 42*
- Maria perpetua Virginitas. CAP. IX. 47*
- Salutatio Angelica, aterniq; verbi Conceptio, multa-
que de Annunciata Virginis festo die. CAP. X.
54*
- Elisabetha inuisitur, Dominiq; laudes à Virgine de-
cantantur. CAP. XI. 62*
- Virginis partus, & Bethlemi diuersorium: & in eo-
dem de Christi natiuitate permulta. CAP. XII.
70*
- Puer Iesus in templum à Virgine deportatur, multaq;
simul de Purificatione Virginis. CAP. XIII. 78*
- Fuga in Ægyptum, reuersio in Galilæā, Filyq; amissio
luctuosa. CAP. XIV. 85*
- De miraculo nuptiali, Virgine deprecante. CAP. XV.
95*
- Adest Christo patienti. CAP. XVI. 101*
- A mortuis existentem prima videt, multaq; de Chri-
sti Resurrectione. CAP. XVII. 109*
- Adest Christo in caelos ascendenti, & nouam conso-
latur Ecclesiam. Multa pariter de Christi Ascen-
sione. CAP. XVIII. 113*
- Virginis beata mors, & gloriosa sepultura. CAP. XIX.
121*
- Virginis Assumptio gloriosa. CAP. XX. 125*
- Hæc duo capita postrema maximè faciunt ad ferias
Augusti decima quinta die.*

LIBER

I N D E X

LIBER SECVNDVS, QVI EST DE
cultu beatissimæ Virginis, in quo plurima ad-
concionones instruendas, & mores
informandos.

CAPVT I.

- D**EIPARA Templis honoratur. pag. 131
Et Temples & Monasteria, in laudem Virgi-
nis eriguntur. CAP. II. 187
- De celeberrimis, & religiosissimis quibusdam Diua
Maria templis, ubi Deipara se inuocantibus præ-
cipua quada benignitate respondet. CAP. III. 209
- De augustissimo Lauratana Virginis templo. CAP.
IV. 212
- De ferijs in honorem Virginis institutis. CAP. V. 222
- Virginis imago venerationi est religioniq; præcipua,
ubi de imaginum veneratione nonnulla. CAP. VI.
226
- Inuocatio Virginis in Missa sacrificio, preces horaria,
officium Sabbatinum. CAP. VII. 233
- Ieiunia, vota, donag; Virgini. CAP. VIII. 272
- Sacra pignora Virginis honorantur. CAP. IX. 289
- Litania, & sacra pompa Virgini. CAP. X. 295
- Salutatio Virginis verbis Angelicis tum priuata,
tum publica. Hic ad concionandum aliqua. CAP.
XI. 300
- Oratores concionatoresq; Virginis, & precum ad
Deiparam authores. CAP. XII. 316
- Poemata Virgini panguntur, pangit ipsa quoq; ver-
sus. CAP. XIII. 327
- Sodalitates in honorem Virginis. CAP. XIV. 335
- De admiranda Rosarij pietate. CAP. XV. 355
- Ethnici, Mahometani, hæretici honorem Virgini de-
ferunt. CAP. XVI. 362
- De alijs quibusdam Virginis cultoribus. CAP. XVII.
369

LIBER

CAPITVM.

LIBER TERTIVS, QVI EST DE MA-
riæ Matris Domini beneficentia in corporis re-
bus, cuius hæc sunt capita quæ
sequuntur.

CAPVT I.

- D**E Conceptione per Virginem, ortuq, multo-
rum. pag. 392
Fami & inopia Deipara prouidet, atq, huius
vita bona suppeditat. CAP. II. 409
Virgo Deipara morbos sanat, & vulnera. CAP. III.
422
Membra abscissa restituit. CAP. IV. 449
Morborum, aut vulnerum vi iam iam morituros ab
ipso interitus limine retrahit. CAP. V. 453
Veneno hausto succurrit, vñeficiaq, dissoluit. CAP.
VI. 466
A latronibus liberat, itinerumq, periculis. CAP. VII.
472
A bestijs eripit. CAP. VIII. 483
Ab incendio seruat incolumes. CAP. IX. 489
E carcere, ac seruitute in libertatem vindicat. CAP.
X. 497
E supplicio capitali per Virginem multi euaserunt.
CAP. XI. 500
Et ab inimico, & ab hoste defendit. CAP. XII. 504
Victorias, triumphosq, largitur. CAP. XIII. 513
In precipitio praesto est, depressisque succurrit. CAP.
XIV. 532
Pluuias tempestatesq, serenat. CAP. XV. 537
Cæcitati medetur & oculis. CAP. XVI. 547
Maritos placat vxoribus. CAP. XVII. 553
Etiam Virgo fauet in minimis, & minuta procurat
hominum causa. CAP. XVIII. 555

LIBER

I N D E X

LIBER QVARTVS, QVI EST DE
Sanctissimæ Mariæ Matris præpotentis Dei bene-
ficentia salutari in ijs, quæ ad ani-
mum pertinent.

CAPVT I

- S**ACRÆ fidei Magistra Virgo est, baptismiq; præ-
ceptrix. pag. 562
Ab hæresi, & errore deterret. CAP. II. 575
Adest sacrificantibus, & ad Sacramentorum usum
adhortatur. CAP. III. 585
In castitatis pugna non deest, Virginitatisq; cultores
sua presentia cohonestat. CAP. IV. 595
In desperatione succurrit. CAP. V. 613
Ad catechismum hortatur, & rudium institutionem
doctrinamq; commendat. CAP. VI. 624
Obedientiam præcipit. CAP. VII. 629
Fidei hostes exterminat. CAP. VIII. 636
A damone vexatos curat. CAP. IX. 640
Diaboli laqueos rumpit, & pacta dissoluit. CAP. X.
649
Extraordinarijs sceleribus contaminatos admittit,
neminemq; se deprecantem aspernatur, & multos
anticipato remedio à pœnis liberat sempiternis.
CAP. XI. 655
Suorum mentes virtutis & totius honestatis conde-
corat ornamentis. CAP. XII. 673
Contemplationis, & vita spiritualis magistra est, &
morum emendatrix. CAP. XIII. 691
Religiosas familias in Dei Ecclesiam intromittit.
CAP. XIV. 696
Ingenium donat. CAP. XV. 726
Martyres roborat, atq; omnia feliciter auspiciatur.
CAP. XVI. 733
Mortis prædicat & præmonstrat diem. CAP. XVII. 745
Morien-

CAPITVM.

<i>Morientibus praesto est.</i> CAP. XVIII.	755
<i>Mortuos ad vitam reuocat.</i> CAP. XIX.	777
<i>E corpore exenntibus ducem se prabet in caelum</i> CAP. XX.	781

LIBER QVINTVS, QVI EST DE SVPLI-
cijijs eorum, qui Deiparam sacrosanctam aut neg-
ligentius honorauerunt, aut iniuriosius tractaue-
runt. Hæc disputatio duobus tantum ca-
pitibus continetur.

CAPVT PRIVS.

DE ijs, qui sua in colenda Virgine vel indili-
gentia, vel impudentia pœnas aut saluta-
res, aut non mortiferas dependerunt. pag.
786.

De illis, qui offensa Deipara capitales pœnas luerunt,
& horribili genere mortis vitam turpissimam fini-
erunt. CAP. POSTERIVS. 807

F I N I S.



ma-

12.974

α

21

22

